

L 1 8 7 5 4 1 2 96

L 1 6 8 6 4 1 1 4 1

L 2 1 8 7 4 4 4 1 1   418

L 1 8 7 5 4 1 2 96

[illegible]

Edizione dei [illegible]
con 5 belle iniziali

Conte Paolo Vimercati Sozzi

Cavaliere dell'Ordine de' SS. Maurizio e Lazzaro

Socio degli Atenei di Bergamo e di Bassano

della R. Accademia Valdarnense del Poggio

Membro effettivo della Società Italiana d'Archeologia e Belle Arti

della Società Lombarda d'Economia politica

dell'Istituto Storico di Francia sezione Archeologica

Vice Presidente d'onore dell'Istituto d'Africa

Membro della Commissione per la conservazione de' Monumenti

ed Oggetti d'Arte nella Provincia di Bergamo

Membro effettivo fondatore dell'Accademia Storico Archeologica di Milano

Socio corrispondente della Società Filotecnica di Torino

Membro onorario dell'Accademia Fisio-Medico-Statistica di Milano

ora Presidente del Patrio Ateneo

Socio Onorario

dell'Assemblea di Storia Patria in Palermo.


Membro corrispondente dell'Accademia Dafnica in Acireale

Socio onorario dell'Accademia Gioenia in Catania.

MARCI MARVLI SPALATENSIS EVANGELISTARIVM.



Pauli quadrij



Jesus Christus.

Venerabili Presbytero Francisco Lucēsi Cātori ecclesiae Venetae scti Marci. M. Marulus. S. P. D.



ibrum / queꝫ de imitatione Christi ędidi / tibi mittere pollicitus fueram / ⁊ certe misissem / sed is mihi (vt nosti) ab illo fuit interceptus / cui reluctari non potui / neqꝫ si posseꝫ debui. Scriptum est enim / In tota anima tua time dominum ⁊ Sacerdotes illius sanctifica. Ne vero ista tua expectatione a me omnino frustratus videare / mitto tibi aliud opus / quod nuper composui / similis quidē cum illo materię / sed tñ multa / quę ante non attigeram in se habens ⁊ licet non nullis in locis eadem quę in illo tractari contingat / non tñ iisdem verbis expressa habentur / ne cui stomachū moueat / iuxta gręcum prouerbium / repetita crambe. Eo quoqꝫ magis a me tibi satisfactum iri confido / ꝙ illud ēt quo te fraudatum quereris / tandē aliquando sis habiturus / nisi aliquid preter spem euenerit. Interim hoc ipsum Euangelistarium meū tibi cōmendo / ⁊ si sua dignū inscriptione iudicaueris / vt quāprimū imprimendū cures oro. hac ēt de causa / ꝙ magis e re librariorum tuorum erit / si prius ista in lucem venerint / ꝗ̃ illa alia / quę mihi inuito (vt dixi) necdum satis emendata de manibus exciderunt. Ex libris autem / quos imprimi feceris / aliquot ad me nihil moratus transmittas volo. Tunc enim me tibi satisfecisse putabo / cum impressos intellexero. Interim archetypum meum tibi habe / tibi vtere. Quando quidem mea quęcꝫ non parum te delectant. Delectare autem ista quę mittimus debent non tam quia mea sint / ꝗ̃ quod salutaria doceant / ac de rebus ad religionē spectantibus ratiocinentur. Sancta quippe lectio sanctum decet Sacerdotem / qualem te esse non dubito / Vale.

Index Librorum Capitulorumque Euangelistarij. Liber .j. Fidei.

Liber secundus Spei.

7

Liber tertius Spei.

Liber Quartus charitatis.

Liber .v. charitatis.

[Li]ber sextus Charitatis.

Liber septimus Charitatis.

F I N I S.

M. Maruli Praefatio in Suum Euangelistarium.



QUEMadmodum inter marmora ophites | inter gẽmas adamas | in
ter metalla aurum | ęstimatione precioqꝫ pręstare putantur | ⁊ sicut sol
omnium syderum fulgentissimus pulcherrimusqꝫ habetur | ita supra
omnes scientias eminet illa | quam ethicen vocant | quia de morum
vitęqꝫ cultu pertractat. Cum enim nihil in homine laudabilius virtu
te sit | nihil vitio detestabilius | quid ea doctrina magis egregium magisqꝫ ample
ctendum videri debet | quę hominem ipsum instruit ac erudit | qua ratione ⁊ a ma
licia declinet | ⁊ studeat probitati? Sed licet in isto tam pręclaro docendi genere
multa quidem sapienter ⁊ acute a philosophis inuenta tractataqꝫ ferantur | quis
tamen tanta desipit temeritate | vt illa cum his | quę nobis diuinitus tradita sunt |
vlla ex parte audeat conferre? Errare vtiqꝫ ipsi philosofi potuere | sicuti ⁊ errarũt
in plurimis | quoniam homines erant | deus autem quia solus consumatissimę
sapientię est | falli aut errare nullo modo potest. Eius ergo quo nihil est verius |
nihil sapientius | leges pręceptaqꝫ viuendi ⁊ nobis suscipienda proponimus | ⁊ ali
os vt suscipiant hortamur. Quibus pfecto si obtẽperare curabimus | non erit ipsa
sibi precium virtus | vt Stoici dixerunt | sed virtuti merces accedet | pro mortali-
tate immortalitas | pro corruptione incorruptio | pro miseria beatitudo. Deniqꝫ
deo ipso frui licebit | cum dei iussa peregerimus. eiusqꝫ perpetuo gaudebimus cõ
spectu | qui sua luce omnia illustrat | sua sapientia omnia gubernat | sua potentia
omnia sustentat. Nihil nobis ad perfectam cõsummatamqꝫ felicitatem deesse po
terit | cum ab ipsius maiestate atqꝫ gloria | quã eloqui vel excogitare nemo potest ⁊
recepti atqꝫ assumpti fuerimus. Ut igitur ad tam immensum ⁊ incomprehẽsibile
bonum peruenire tandem valeamus | veteris nouiqꝫ instrumenti quorum deus
est autor | acta institutionesqꝫ perscrutabimur. Tria precipua sunt | quę in his ob
seruanda nobis mandantur | Fides | Spes | Charitas. Fides | vt credamus veris-
sima esse quę Moyses ⁊ prophetę | quę Christus ⁊ Apostoli diuino afflati spiritu
locuti sunt. Spes | vt exequendo ea quę iubentur | illa quę promissa sunt | accepturos
ros nos minime diffidamus. Charitas | vt nihil agamus | neqꝫ dicamus | nisi quod
deo gratum ⁊ hominibus credimus profuturũ. Et quoniam quicquid vel agen-
dum | vel fugiendum precipitur | ad hęc tria satis commode referri queat | ex iis
quę scripturi sumus | alia sub fidei | alia sub spei | alia vero sub Charitatis titulo ex
pediemus. nihil omnino afferentes a scripturarum sensu autoritateqꝫ alienum.
Non erit itaqꝫ meum quod docebo sed diuinum. ⁊ de ipso sanctorũ voluminũ
thesauro fideliter sincereqꝫ depromptum. vt quicquid dixero tam verum sit | ꝙ
ipsa veritas. Etenim statui atqꝫ decreui | nusquam a lege | nusquam ab euangelio
discedere | sed per vtriusqꝫ scripturę spacia discurrendo | quę magis necessaria no-
bis videbuntur | passim colligere | ⁊ in septem digesta libros. ꝙ diligentissime po-
stero explanare | discereqꝫ volentibus offerre. Nihil in his inseretur externũ | ne alie
nis indigere videamur | nostra tñ | quę nobis in omni differenda demoribus ma-

teria satis abundeq; suppetunt/in medium proferentur/nullo exotici coloris fu-
co linita/ sed sola sui puritate contenta. Porro opus ipsum Euangelistarij nomi-
ne consecrabitur. quamuis non solum Euangelij/sed etiam legis dicta exemplaq;
continebit. Nam quoties per synecdochen a parte totum designare volumus/ab
ea parte que insignior videtur/ vocabulu3 imponi debet. vnde & puppim pro na-
ui: & animam pro homine quandoq; legimus apud autores. Prestat autem legi
Euangelium. quia in lege futurorum signa erant/que in Euangelio impleta vide
mus. illic typus & vmbre/hic veritas & vmbrarum caliginem dissipans desidera-
ta lux. Illic preterea per seruos suos nobis locutus est deus: hic per filium. & tunc
quidem in Adam mortui eramus/nunc viuimus in Christo. Explicata tandem
rerum: quas aggredimur/propositione: Inscriptionisq; ratione ostensa /reliquum
est: vt spiritu sancto aspirante vela pandamus: & ab ipsa/quam deo debemus fi-
de: illo beneiuuante institutum. opus auspicemur.

Euangelistarij Liber primus Fidei.

De fide Deo prestanda. Cap. I.



Rimus igitur sperande beatitudis
gradus fides est. Credam⁹
deo | credam⁹ dei filio | et quicquid spiritu san-
cto instructi diuini homines de iis que nō vi-
dimus | nobis testati sunt | indubitate creduli-
tatis assensu suscipiamus. Ut iacto recte fi-
dei fundamēto | ceteras qb⁹ beata vita cōpa-
ratur | virtutes superedificare possimus | et de
nobis dici queat | Beati qui non viderunt | Jo. 20.
et crediderūt. Unde et sacramentum corporis
et sanguinis sui domin⁹ sub panis viniqȝ spe-
cie instituit | vt non quod cernimus neqȝ qđ
tangimus | sed quod credimus in terra ado-
rantes | hoc ipsum videre in celo mereamur
exultantes. Et quoniā vnus fidei nostre finis est | diuino frui cōspectu | cōsulēs no-
bis ipse saluator nī ait. Penitemini et credite euāgelio. Tunc enī plurimū prodest mar. 1.
euāgelii fides | cum nos delictorum | quibus deum hominesqȝ offendimus penite-
ret. Idē alibi precipit dicens | habete fidē dei. qui fidem dei habēt | hi nō humane mar. 11
solertie callide inuentis argutisqȝ cōclusis credunt | sed soli veritati diuinitus reue-
late firmiter adherent | humanam doctrinā diuine semper post habentes. Iccirco
quidē et ad samaritanam mulierem | id est ad animam perfidam saluandā ipse veri-
tatis magister christus dixit | crede mihi mulier q̄si diceret | mihi crede q dei sapiē- Jo. 4.
tia sum | non philosophis qui humana sapiunt | non poetis palliate fatuitatis scripto-
ribus | qui in deorum vix numeranda multitudine delyrant. neqȝ iudeis qui trini-
tatem denegāt | non intelligentes in vna simplicique substantia personarum plurali-
tatē | quā et ipse sanctus pphēta dauid vidit dicens | dixit dominus domino meo se-
de a dextris meis. et alibi | verbo dei celi firmati sunt | et spiritu oris eius omnis vir- Ps. 109
tus eorum. Quod si recte acciperent | etiam in veteribus scripturis mysteriū scte tri- Ps. 42
nitatis contineri faterentur | et nobiscum simul sentirent. Crede mihi inquit. distan-
tiam quidā faciunt | inter credere deo | et credere in deū. vt credere in deū sit per fi-
dem operari | et eius cui credimus precepta exequi. Hinc idem ait | hoc est opus
dei | vt credatis in eū quem misit ille. Prius tamen credimus | deinde operi accin-
gimur. alterū sine altero nihil proficit ad salutem. Ceterū fieri solet | vt ad secte hu- Joā. 6.
ius professionē accedentes non nihil suspensum animum primitus gerant | deinde
(si tamē dignoscende veritatis proposito hoc agunt) magis illuminati | nihil verius
esse existiment quam quod sacrarum litterarum monumētis contineri cognoscūt.
Qui ita in fide stabiliri cupiunt (omnes autem cupere debent) deo supplicent | et
hominem illū imitentur | qui in euāgelio ait. credo domine adiuua incredulitatē mar. 9.
meā. Simul enim et credebat | et q̄si incredulus nutabat. Et quoniā experimento
iam didicerat | suam credulitatē omnino infirmā esse et imbecillē | nisi auxilio iuue-
tur diuino | a domino opē petiit | vt perfectius crederet. Porro qui iam de religio-
ne nihil dubitant | continuo de iudea ad mōtes trāsmigrare cupiunt | ad altiora vir-

tutum culmina conscendere nituntur, credendo in filium peruenire festinant ad
Jo. 12. patrem, ipso filio dicente, Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit
me. Fide enim penetramus vsq; ad intima bilia dei. Ne aūt ipm qui est missus mi-
Jo. 14 nus aliquid habere putares, q̄ȝ eū q mittit, rursum ait, creditis in deum, ⁊ in me
credite. equalē se illi testatur, dum eādem ipse de se fidem exigit, que habetur de
Jo. 10. deo patre. Cui sententie ⁊ illud dictum cōgruit, Ego ⁊ pater vnū sumus, non pro-
pter assumptā humanitatem, in qua minor sum patre, sed propter substantie vni
tatem, in qua illi equalis sum. Cum ergo patris ⁊ filij ⁊ spiritus sancti vnā eandēq;
deitatem confessi fuerimus, consequens est, ut de ipsius filij doctrina nihil hesi-
temus. Postq̄ȝ autem omnes prorsus ambiguitatis tenebre cordis latebras ex-
cesserint, tunc reliquū erit, vt nobis ad bene, beateq; viuendū ⁊ cupiditas accenda
tur, ⁊ detur facultas. Quod quidē futurū pollicetur dominus dicens, qui habet,
matth. dabitur ei, ⁊ habundabit. hoc est, qui habet fidē, merebitur gratiā, ⁊ fructibus exu
13 berabit virtutū. Sic ⁊ luxurioso prodigoq; filio, post offensam ad patrē reuertenti
15 petentiq; veniam non solū ignoscitur, sed ēt datur stola, vt veteri homine deposito
nouū induat. annulus in manu, vt iustitie operibus incūbat. calciamenta in pedi-
bus, vt ipse firmiter incedens, alijs quoq; se itineris, quo ad christum peruenitur,
ducem prestet, atq; alios doceat, quod ipse prius ⁊ didicerit ⁊ fecerit. Semper ta-
men meminerit, ad fidei perfectionē non nisi deo adiuuāte se posse peruenire. cū
Joā. 6. saluator dicat, Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eū. Illi
ad xp̄m trahunt, qui trahi volūt, quiq; orant vt trahant. nemo saluatur inuitus. Ut
velimus nostrū est, vt autē velimus ⁊ possimus, dei est. Siquis sitit inquit, veniat
Joa. 7 ad me ⁊ bibat. Sitiant igitur ⁊ esuriant iustitiam, qui iustitie pabulo saturari volūt.
⁊ tunc demū ex abundantia cordis os loquetur. Ipse enim subiungit dicens, qui
credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aque viue. quod ex
ponens euangelista ait, hoc autem dixit de spiritu, quē accepturi erant credentes in
eum. Fidelis ergo christianus veritatis ⁊ intelligētie impletur spiritu, quo iam ple
nus saluberrimis vite p̄ceptis incipit scaturire. Minime quippe ociosi sunt, qui
diuino aguntur spiritu. Hic idem christū dominum in se manentem habet, dicen
Jo. 15. te illo, manete in me, ⁊ ego in vobis. ⁊ rursum, qui manet in me, ⁊ ego in eo. Quan
tum autem boni ex hoc cōsequamur, cōtinuo declarat dicēs, hic fert fructum mul-
tum. Ne quis tamen quicq̄ȝ sue libertatis arbitrio magis, quam gratie tribuat di-
uine, subiūxit, quia sine me nihil potestis facere. Itaq; vt possimus, vt valeamus
ad vite melioris perfectiorisq; statum peruenire, futuri edificij fundamenta nō ali
bi ponenda sunt, quam supra firmissimā petram christum, qui de se met loquens
matth. ait, Et super hanc petram edificabo ecclesiam meā. Quam petrā ille qui primus cō
16 fessus est, Petri nomen accipere meruit. ⁊ inter apostolos tenere principatū. Hoc
Jo. 8. igitur qđ iudeis dictum est, Si filij abrahe estis, opera abrahe facite, nobis quoq;
Gen. 15. dictum putemus. Credidit Abraham deo, ⁊ reputatū est ei ad iustitiam. Fides sola
nūq̄ȝ ei ad iustitiam reputaretur, nisi congruis fidei virtutum ornamentis sese ex-
Jo. 14. coluisset. Et hoc est idem quod alibi ait dn̄s, Qui credit in me, opera que ego fa-
cio ⁊ ipse faciet, ⁊ maiora horum faciet. Maius enim est pie iusteq; viuere, quam
Jo. 18. miracula facere, que ēt per impios quandoq; fiunt. Sed qui ex veritate est, inquit,
audit vocem meā. hoc est, qui in me credit, qui sum veritas, hic preceptis meis obe

semper erat | ⁊ me imitari pro viribus contendas.

De fidei constãtia ⁊ virtute. Cap. 2.

CEterum nisi rectę religionis fides semel suscepta constanter teneatur | virtu-
tes quoq; effluere ac dissipari necesse est. Conuulso quippe fundamẽto | quic
quid superędificatum fuerit | corruet. Firma sane fides fuit cecorum illorum | qui in Lu. 18
crepãt vt tacerent | magis clamabant | domine miserere nostri fili dauid. Chananeę mar. x.
quoq; mulieris inconcussa permansit credulitas | quã ipsa nec contempta quidem math.
dimisit. ⁊ quod credendo atq; sperando poposcerat | perseuerando impetrauit. In 20
uicta deniq; fuit ipsorũ martyrũ in credendo cõstantia. Cede | vre | occide inquiũt. math.
cuncta quę homini inferri possunt tormenta | prius in corpore nostro perfere- 15
mus | quam christum negabimus. Hi ergo fuere | qui domum sibi non in terra | sed
in cęlo ędificare volentes | fidei suę fundamentum supra firmã petram posuerant.
atq; ideo domus illa nec fluminis illisione | nec validis ventorum flatibus potuit
moueri. Sed hanc quoq; in credendo cõstantiã a deo petendã esse docet dominus |
dum ad petrum conuersus ait | Ego rogaui pro te | vt non deficiat fides tua. Stabi Lu. 22
lis autem in deo fidei quanta vis virtusq; sit | quis explicet? Chananea credẽs res- math.
ponsum accepit | fiat tibi sicut vis: quod multo plus est | quã si audisset | fiat tibi sicut 15
petisti. Minus enim interdum petimus quã volumus | ne impudens videatur pe
titio. Et illud profecto ad credulos est dictũ | cognoscetis veritatem | ⁊ veritas libe-
rabit vos. Casso nimirum labore tota gentiliũ philosophorum schola desudauit in Jo. 8
quęrenda veritate | quam sola christi aperuit fides. Frustra Romani liberos se esse
iactitarunt | dum orbi terrarum dominarentur. Fidei enim christianę veritas vere
liberos reddidit credentes | non potentię fastus terrenę. Sola quippe ex corruptibili
bus incorruptos ⁊ ex mortalibus facit immortales. Virtus etiã fidei in eo eminuit | qđ
ex tam infirmo principio tantũ roboris concepit | vt humiles homines | pauperes |
inermes | neque persecutiõibus | neq; cedibus cohiberi potuerit | quin longe lateq;
reuelatę diuinitus veritatis verba disseminarent. In omnem terram exiuit sonus Ps. 18.
eorum | ⁊ in fines orbis terrę verba eorum. Hoc sane fuit granum illud synapis qđ math.
minimum erat omnium seminũ | postquã autem creuit | maius factum est omnibus 15
oleribus | ⁊ fitq; arbor grandis | in cuius ramis volucres cęli habitarunt. Nusquã
enim alibi cęlestia cõtemplantium mentes iocundius cõquiescunt | quam in ipsa
euangelicę doctrinę lectione. Si habueritis inquit fidem | sicut est granũ synapis. math.
Ad naturã seminis referendum est | ex quo fit arbor magna. Magna igitur fide opus 17
est | vt magna operemur | ⁊ credẽtibus nihil impossibile sit. Et enim perfecte credẽtes nihil mar. 4
inutiliter petẽt | ideo nec mõtes transtulisse feruntur | nõ quia nequiuerint | sed quia nõ expedie luc. 13
rit. Non minus autem mirabile fuit | mortuos suscitasse | quod quidẽ fecerunt | quã luc. 17
montes transtulisse | quod fecissent | si vtile fore censuissent. Unde alibi etiã dominus mar. 9.
ait | si potes credere | omnia possibilia sunt credenti. Sed videamus que nam sunt
ista omnia | quę factu possibilia dicat. Centurionis fides seruum suum paralitici san- math.
nat | dum ipse a domino audit | vade ⁊ sicut credidisti fiat tibi. Fides mulieris emo 8
roidas patientis ipsam morbo liberauit. fimbriam tetigit Saluatoris nihil de om
nipotentia eius hesitans | ⁊ meruit audire | filia fides tua te saluam fecit. Fides lepro Luc. 7

Luc. 8 sos mundauit / et ei qui reuersus pro beneficio accepto gratias egit dicitur / surge va
luc. 17 de quia fides tua te saluum fecit. Fides cecum illuminauit / qui dum misericordiā
implorat vt videret / statim audiuit / Respice / fides tua te saluū fecit / et confestim vi
luc. 18. dit. atq3 vt bñfactori gratiam quam poterat referret / sequebatur illum (vt euange
matt. 9 lista ait) et magnificabat deum. Fides Jairi synagoge principis filiam eius mortuā
vite restituit. Domino enim iubente vt surgeret / que iam exanimis plangebatur /
viua in pedes se erexit. Fidei deniq3 merito Martha et Maria Lazarum fratrem /
Joh. 11 quem mortuū sepultumq3 et iam fetentē fleuerant / iterum viuum receperūt. dicen
te domino / qui credit in me / et si mortuus fuerit viuet. et rursum / si credideritis in
quit / videbitis gloriam dei. Precessit ergo fides / et subsecutus est tā grandis mira
culi effectus. Omnium tamen que per fidem christi facta sunt queq3 fiunt / fientue /
hoc maximum quidem est / quod per eam ipsi credentes de mundi huius miserijs
matth. ad celestem transferantur beatitudinem / perpetuoq3 felices efficiātur. Omnis in
10 quit qui confitebitur me coram hominibus / cōfitebor et ego eum coram patre meo
mar. 8. qui in celis est. Si ergo in terra / vt oportet crediderimus / illic certe in celesti gloria
luc. 12. coronabimur vt optamus. Beatus inquit qui non fuerit scandalizatus in me. Scan
Luc. 7 dalizantur illi qui dubitant / nec satis credunt. vnde apostolus / nos ait predicam
Ad Co Christum crucifixum / iudeis quidem scandalum / gentibus autem stultitiam / ipsis
rin. pri autem vocatis iudeis atq3 grecis christum dei virtutem et dei sapientiā. Sed post
ma. 1. christum quid queso beatius matre christi? et ipsa tamen ideo beata predicatur / quia
de nuncio sibi celitus allato nihil dubitauit. Sic enim spiritus sanctus per os Eli
sabeth eius cognate ad eam dixit / beata que credidisti quoniam perficientur ea
Luc. 1. que dicta sunt tibi a domino. Porro ne quis quasi propinque ad propinquā di
ctum causetur / audiat ipsum dominum dicentē. Amen amen dico vobis / quia qui
verbum meum audit et credit ei qui misit me / habet vitam eternam / et in iudicium
non venit / sed transit a morte in vitam. Unde etiam latroni in cruce credenti atq3
confitenti respondit / hodie mecum eris in paradiso: In paradiso vtiq3 oim bono
Joh. 5. rum pleno / et nulli vnquā obnoxio molestie / nulli querele. Cum iterum veritas dei
dicat qui venit ad me / non esuriet / et qui credit in me / non sitiet in eternum: et paulo
post / hec est inquit voluntas patris mei / qui misit me / vt omnis qui videt filium et
credit in eum / habeat vitam eternam / et ego resuscitabo eum in nouissimo die. vt vi
delicet non solum in anima beatus sit / sed etiam in corpore. Atq3 vt se esse filium hunc /
in quem credere oporteat ostēderet / postea intulit / qui credit in me / habet vitā eter
Joh. 6. nam. Presentis temporis verbo vtitur / vt credentes / et secundū ea que credunt vi
uentes / iam beate eternitati predestinatos monstraret. Ne autem minus recte cre
dendo ab ipsa patris diuinitate filiū separemus arriane impietati assentientes / ali
Joh. 6. bi idem ad patrem conuersus dixit / hec est autem vita eterna / vt cognoscant te so
lum deū verum et quē misisti iesum christum. Pater igitur et filius / et vtriq3 cōmu
nis spiritus sanctus solus verus deus est / trinus in personis / vnus in substantia. Et
Jo. 17 si hoc credere vita eterna est / profecto qui sancte trinitatis fidē nō tenent / licet vnū
deum / vnum dominum et credant et predicent / vitam eternam habere non poterunt.

De fide sine operibus. cap.3.

VT autez fides nostra ex omni parte perfecta sit / operibus cōpleatur iustitię.
Utquid enim euangelio credimus / si secundum euangeliuz non viuimus?
quid christuz cōfitemur / si preceptis eius non obedimus? Talis fides / iuxta Iaco
bi apostoli sententiam mortua est. Mortui sunt ergo illi / qui quod verbis credere matth.
se aiunt / factis non probāt. de quibus dominus ait / Dicūt ⁊ nō faciūt. Illis vtiqꝫ 23.
comparandi / qui christum spinis coronatū genuflexi adorabant / non vt eum vene
rarentur sed vt deriderēt. vel etiaz illis simillimi / qui eidez sitienti vinum quidem
porrigebant / sed felle mixtū. Quare autez ille vinuz istud gustauit ⁊ bibere noluit? 27
quia licet diligat cōfitentiuz fidem / fidei tamen pręceptis aduersantes non recipit.
Quāuis enim aliquis ad nuptias fidei inuitatus veniat / vestem tamen nuptialē / 22
hoc est virtutum ornamenta non habens / de ędibus eliminatur / ⁊ quod deterius
est / manibus pedibusqꝫ ligatis proijcitur in tenebras exteriores. ibi erit inquit fle
ctus ⁊ stridor dentiuz. vt discas eos damnandos esse / qui vel per ociū / vel per mali
tiaz / beatitudine fidelibus promissa se fecerint indignos. Quos etiam cum fatuis 25
virginibus in euangelio conferre possumus. virginitatē quippe fidei habent / quia
sincere credunt / sed pię rectęqꝫ actionis oleum / quo fides ipsa illustret / non habēt.
Frustra itaqꝫ clament / domine dn̄e aperi nobis. ipso domino aditum pręcludente
ac respondente / Amen dico vobis nescio vos. Quid queso infelicius / quid calami
tosius / quam ab illo ignorari / qui solus nouit omnia? Illos autem nescire dicitur
deus / quos a se reijcit / ⁊ procul a beatoruz repellit cōsortio. vnde ait / Non omnis matth.
qui dicit mihi domine dn̄e intrabit in regnuz cęlorum / sed qui facit voluntatē pr̄is 7
mei / qui in cęlis est / ipse intrabit in regnū cęloruz. Nemo itaqꝫ sibi de sola fide plau
dat. iustitiaz iungat fidei / si vitę ęternę premia cōsequi desyderat. alioquin ne mira
cula quidē aliquando fecisse illi proderit / a quo abest iustitia. Ideo subditur / mul
ti dicent mihi in illa die / domine dn̄e nō ne in nomine tuo demonia eiecimus? ⁊ in
nomine tuo virtutes multas fecimus? ⁊ tunc cōfitebor illis quia nunqꝫ noui vos /
discedite a me omnes qui operamini iniquitatem. Hoc idē apostoli verba docent
dicentis / Si fidez habuero / ita vt montes trāsferā / charitatez autem non habuero / Ad co
nihil sum. Cęteruz hoc quoqꝫ mali credentibus ⁊ non operātibus contingit / quod rinthi. j.
cum se se ocio dederint / etiam fide deficere incipiant. Hoc in illa fici arbore appa 13
ruit quę quoniam fructibus carebat / maledicto domini arefacta etiam folia quę matth.
sola habebat amisit. Exiccato autē omni humore / nulla vsui apta nisi ignibus fuit. 21
Ita non nulli qui christiano censent nomine / cum se se ignauia corruperint / siquid
christianitatis cōceperant / totū consumunt / ęternisqꝫ ardorib9 digni efficiūtur / cū
infidelibus cruciandi nisi pęnitentiā egerint / ⁊ ante vitam correxerint / qꝫ iusti iu
dicis sententiā subire cogantur. Sed si neqꝫ fides actionibus bonis carens a mor
te liberat / quanto damnabiliorē putabimus perfidiam?

De perfidia. Cap.4.

NUnc ergo qꝫ perniciosum sit / ab euangelica veritate dissentire / ipsoruꝫ euāge
liorum testimonijs probare conabimur / vt cum aduersarioruꝫ mens perti

nacior nullis argumentis flecti queat| saltem nostri ea secum cōsyderantes| in pro
mar.16 posito fidelis professionis intentius perseuerent fortiusq; stabiliantur. Qui nō cre
diderit inquit. cōdemnabitur| ne videlicet bona cōsequantur fidelibus promissa|
sed poena infidelibus proposita puniatur. Poenę autē vel maxima pars erit| me
luc.9 minisse ęternę beatitudinis quā amiserūt| minas domini cōtēnendo dicētis| Qui
me erubuerit & meos sermones| hunc filius hominis erubescet| cū venerit in maie
12 state sua & patris & sanctorū angelorū. & iterum| Qui negauerit me inquit coram
hominibus| negabitur corā angelis dei. Hoc ipsum est| quod de illis qui inuitati
14 venire neglexerāt dixit| Nemo virorū illorū qui vocati sunt gustabūt coenā meā.
Et cū summi boni participes esse nullo modo possunt increduli| additur dolori cu
mulus| quod continuo post vitę huius finem summū malū subire cogitur. Hoc
math. quoq; tibi indicat ille in euangelio| qui non habens vestē nuptialē| id est fidei laua
22 cro carēs| non solum propellitur e conuiuio| sed etiam ligatis manibus ac pedib9
luc.17 in tenebras mittitur exteriores| vel etiam illi dicit| quo fidei aduersante fideli ali
cui scandalum oritur| & melius cū ipso actum iri| si molari lapide ad collum alli
gato in mare proijciatur. Et enim remissior poena eū manet | qui per incredulita
tem se solum perdit| & peruersa suasione alios non inquinat. Quamuis a utē leui9
crucietur| ęternę tamen morti| sicut & illi| qui alienę subuersionis autores sunt| ob
noxius est. Si non credideritis inquit| quia ego sū| in peccato vestro moriemini.
21 Quid sit ita mori| Joānes in apocalypsi ostendit dicens| timidis & incredulis &
execratis & homicidis & fornicatoribus & veneficis & idolatris & omnibus mēda
cibus| pars illorū erit in stagno ardenti igne & sulphure| quod est mors scda. Qui
ergo in peccato incredulitatis moriuntur| inferni ardoribus traditi sunt. Hoc vt
Jo.15 magis manifestū faceret domin9 ait| Siquis in me non manserit| mittetur foras
math. sicut palmes| & arescet| & colligent eū| & in ignem mittēt| & ardet. Tritici ppterea &
13 zizaniorum parabola distantiam fidelis & infidelis demonstrat. dicente domino|
colligite primum zizania| & alligate in fasciculos ad comburendū: triticum autē
cōgregate in horreum meū. Alteri ergo in ignem proijcientur| alteri ad vsum domi
ni in thesauris celestibus translati seruabuntur. Quamobrē de nobis sollicitus sal
math. uator noster| vt hereticorū doctrinam deuitemus hortatur & ait| cauete a fermēto
16 phariseorū & saduceorum. Parum enim fermenti (vt apostolus inquit) totā mas
sam corrumpit. Idē rursum ait. videte ne quis vos seducat. Multi enim venient
mar.13 i nomie meo| dicentes quia ego sū| & multos seducent. Cum hereticis igitur & bo
narum mentiū seductoribus perniciosa est conuersatio. Si quos ergo diuinitati
christi derogare videris| eos non christianos esse existima| sed antichristos| nō mi
mar. nus execrandos illis| qui in domo Caiphę in eū spuere & faciē eius velare| quiq;
14 caput ips9 & spinis cōpūgere| & harūdine ausi sūt verberare. Nā Christi caput deus|
chr̄s aūt caput nr̄m est. Rursū si quē circa humanitatē ei9 errare senseris| eū sic exi
stima| quasi qui ipsū vestib9 exuat| & nudum extentūq; affigere cruci non dubitet.
heretici. Talis Manicheorū fuit impietas| qui Christū non ex virgine natum dicebant|
sed tantūmodo in phantasmate visū. Horū profecto & his similiū fugiendum est
consortiū. Sunt enim in pellibus ouium lupi rapaces| dum simulatione credu
litatis fidelibus insidiantur. Sunt abominatio desolatōnis stans in loco sancto.
Fingunt enim se cū ecclesia Christi sentire| & tamen maligne argumētatōis machi

nis eam destruere ⁊ euertere conantur / ⁊ scā eiꝰ prophanare. Male interpretāt scri
pturas / diuersiqȝ sensus dogmata conscribūt / ⁊ se veritatis assertores esse predicāt /
vt iudam imitati osculo Christū prodant / ⁊ spongiam felis calamo impositā ori
eius offerant / illis ipsis qui olim hoc egerunt deteriores. Siquid eos petieris / por
rigent tibi pro pane lapidem / pro pisce serpentē / pro ouo scorpionē. pro bono vi
delicet malū / pro veritate mendaciū / pro antidoto venenum. Quo autem faciliꝰ
illos declines / audi dominū dicentē / Ex fructibꝰ eorū cognoscetis eos. Aut enī matth. 7
terrenarum rerum studiosi celestia contēnunt / ociosiqȝ in foro negociantur / ⁊ in vi
nea domini operari nolūt. aut voluptatibus ⁊ impudicicie seruiunt / porcis illis si matth.
miles / qui receptis intra se immundicie spiritibus in profundū maris precipites
fere. Aut auaritie student / cū iuda vendentes dominū / ⁊ cum custodibus accepta
pecunia negantes eius resurrectionē. aut de omnibꝰ dubij atqȝ animo suspēsi nihil
affirmare audent. quibus dicitur / Quare timidi estis / nec dū habetis fidem. aut mar. 4
proteruces sunt / vt illi qui preterentes Christū in cruce pendentē blasphemabāt. aut
iniqui ⁊ in omne scelus proni / Sathane pmogeniti / quibus dicere possis / vos ex
patre diabolo estis. aut prorsus in errore ita obdurati / vt nec ratione / nec autorita
te / nec miraculis moueantur / Facti lapides / in quibus semen verbi dei arescit / ⁊
spine in quibus prefocatur / ⁊ via in qua cōculcatur. quibus dominꝰ ait / Qd sci Jo. 3
mus loquimur / ⁊ quod vidimus testamur / ⁊ testimoniū nostrū non accipitis. Hi
sunt qui lapides cordis sui tollūt / vt his obstinationis telis Christum repellant / ⁊
ipse abscondit se / ne quādo veritatē agnoscant / qui mēdacio iam occalluerūt. qui
bus si ipse sua voce dixerit / ego sum / retrorsum abibunt / ⁊ in eodē corruent luto vi
ciorum / quorū nequiter infecti sunt. Et quoniam obcecauit eos ipsa animi mali
gnitas / cū etiam ab aliquo fideli doctore que vera sunt audierint / non satis intel
ligunt / ⁊ tenebris repleti lucis disciplinā suscipere nequeūt. In tenebris ergo ⁊ in
vmbra mortis sedent / ⁊ diligūt magis tenebras qȝ lucem. quibus ait dominꝰ / que
retis me / ⁊ non inuenietis. Querentes quippe cum in scripturis / dū sane intelli Jo. 13
gentie sensum peruertunt / minime ipsum inueniunt / terrenarūqȝ rerum impedi
ti cum celestia capere nequeunt. mundūqȝ magis qȝ mundi dominū diligentes /
non iam mundani / sed mundus appellātur. Domino ita de illis ad patrem dicē
te / pater iuste mundus te non cognouit. Huius mūdi dominus diabolus est. apo
stolus enim cum de diabolo loqueretur / Princeps mūdi huius inquit. ⁊ ne incer Ad
tum esset de quo mundo diceret / addidit / mūdi tenebrarū harum. Ille itaqȝ qui ephe. 6
pertinaciter errat / ⁊ mundus tenebrarū est / ⁊ diaboli seruus. Dei creatura es / o
homo / dei iuris es / cur auerteris ab eo cuius es / ⁊ illi te tradis cuius non es? Di
ctū est / date deo que dei sunt / ⁊ tu que dei sunt / porrigis diabolo? Quid tunc di
cturus es / cum ipsum / cuius doctrinam contemnis / te iudicantē videris? tibiqȝ
dicentē audieris / In propria veni ⁊ mei me non receperūt. Qua fronte / qua fidu
cia tunc rogabis / vt ipse te recipiat / quem omnino negare non poteris / ab te reces Jo. 1.
sum non fuisse? Quid de illorū incredulitate dicam qui ne miraculis quidē mo
uentur. quos tamen admonens dominꝰ ait. Si mihi non vultis credere / operibꝰ
credite. que si ab homine fieri nullo modo possunt / cur non creditis in me aliquid Jo. 10
esse supra hominem? Ceci vident / claudi ambulant / leprosi mundantur / mortui re
surgunt / ⁊ vos me hominē esse cōfitemini / deum negatis. Talia ⁊ ab hominibus

facta sunt in qui uint. sed qui hoc fatentur | nonne verius dicerent | non ab homini-
bus sed per homines facta fuisse | si considerare vellent | in cuius nomine | quo in-
uocato facta sint. Quod si hec miracula | vt debent | facta esse a deo credunt | ꝛ per
quos ea ipse fecerit | veraces ꝛ sanctos fuisse non negant | dicant quis vnq̄ꝫ illoꝛuꝫ |
se vel deum | vel dei filiuꝫ esse confessus sit? Et si eum se esse Christus affirmauerit |
cur ei non credunt? cur eius verbis fidem non prestant? cum etiam ipsi homines |
quibus talia agendi data fuit potestas | in nomine Christi ea se egisse nunq̄ꝫ dissi-
mularint. Quibus certe si crederent | ꝛ in Christum | qui ab ijs dē predicatus est | cre-
derent. Porro cum nec operibus volunt credere | audiant inclamantem | Ueh tibi
matth. Corozain | veh tibi Bethsaida | quia si i Tyro ꝛ Sydone facte fuissent virtutes | que
11 facte sunt in vobis | olim in cilicio ꝛ cinere penitentiam egissent. veruntamen dico
vobis | Tyro ꝛ Sydoni remissius erit in die iudicij q̄ꝫ vobis. Tyrus ꝛ Sydon ciui-
tates idolatre erant | vitijsq̄ꝫ dedite | ꝛ tamen his acerbius punientur illi | qui cum
per inuocationem Christi non pauca prodigia facta viderint | Christum nō vt deum
recipiunt | ꝛ minus aliquid patre habere affirmare non dubitant.

In illos qui de miraculis que scripta sunt dubitant. Cap. V.

SUnt qui signa illa quidem facta fuisse legunt | sed an vere facta fuerint | ani-
mo suspensi sunt | ac simile aliquid suis ipsi oculis | intueri spectareq̄ꝫ affectant.
matth. quibus respondens dominus ait | Generatio praua ꝛ adultera signum querit | et
12 quoniam qui dubitant | indigni sunt vt tale aliquid cernant | signum inquit non
dabitur ei nisi signum Jone prophete. Queri potest | cur dictum sit | ꝛ signum non
dabitur ei. cum Judeis incredulis multa signa data fuerint? Sed qui signo | id-
est miraculo dominice resurrectionis | cuius typus Jonas fuit | non crediderunt |
quod maximum erat | multo minus alijs nō ita magnis credere poterant. Maius
est enim se met a morte reuocare ad vitam q̄ꝫ alios | ꝛ ad vitam incorruptibilem at-
q̄ꝫ immortalem | quam ad corruptibilem ꝛ mortalem. Non est ergo eis datum si-
gnum efficacius ad credendum Christo | q̄ꝫ ipsa resurrectio Christi: quam tamen sub-
ornatis per largitionem custodibus denegare conati sunt. Eorum perfidiam imi-
tantur | qui miracula ipsi cernere querunt | ꝛ de illis que in euangelio recensentur du-
matth. bitant. Phariseis quoq̄ꝫ ꝛ Saduceis infidis comparandi qui de celo signum sibi
16 ostendi petierūt | non satis habentes ea | que facta coram se in terra viderant. Jure
igitur ac merito talibus exprobrauit dn̄s dicens | Nisi signa ꝛ prodigia videritis |
nō creditis. Et si nō credideritis quia | ego sum | moriemini in pctō vrō. mori au-
Jo. 4 tem in peccato (vt supra ostendimus) omni alia morte peius est. Qui dubitat | Chri-
8 sti aduersarius esse conuincitur | ipso dicente | Qui non est mecum cōtra me est. Pe-
matth. trus dubitando cepit mergi. discipuli non potuerunt eijcere demoniuꝫ. Zacharias
12 factus est mutus. ꝛ hi quidem quod dubitando amiserant | credendo recupera-
runt. Tu quoq̄ꝫ nisi dubitare desieris | non poteris euitare demonum dolos | nec lo-
qui ea que tibi saluti esse possent | nec iam emergere de abysso inferni si modo cum
corde isto dubio tibi decedere cōtigerit. Quod si cum Thoma hactenus dubitasti |
iam ꝛ cū eodē credens Christuꝫ cofitere dicēs | dominus meus ꝛ deus meus. Alio-
quin ne illa quidem que bene egeris | prodesse tibi poterunt ad salutem. Nisi enim

firma petra / que est Christus fundamentũ tui edificij fuerit / quicquid operis extructũ erit corruet. Ut autem operis tui labor nõ sit irritus / crede deo nõ hoibus / Apostolis nõ philosophis / ecclesie dei nõ diaboli synagoge. cuz dei filius dicat / Omnis plantatio / quã nõ plãtauit pater meus celestis eradicabitur. hoc est omnis religio / omne dogma / quod alio preter q̃z deo autore inductum fuerit / diu stare non poterit.

De ecclesia fide fundata. Cap.vj.

PEr hanc ergo fidẽ diuinitus nobis reuelatam edificata est ecclesia supra firmissimã petrã Christũ / dei filiũ / dñm nostrũ. Si fideles sum⁹ ipsi sancte dei ecclesie / cuius caput est Christus / mẽbra corporis Christi sumus. Qui autẽ nõ credit ecclesie / nec potestati eius subijcit / ille abscisus & abiectus est / atq̃z cum mortuis cõputatus / nisi forte poenituerit eũ erroris / ac rursum per fidẽ iunxerit se ecclesie mandataq̃z eius perfecerit. Solo enim fidei glutino corporis huius membra coniunguntur / spe firmantur / charitate perficiunt. Igit quicquid catholice apostoliceq̃z ecclesie recepit autoritas / & te illud citra oẽm cordis hesitationẽ recipe oportet / & quicquid seruandum constituit / obseruare / si cũ Christo viuere mauis / q̃z cũ infidelibus interire. Ecclesia nauis illa Apostorum est / que fluctibus & procellis mar. 6
multarũ heresum inquietabat / sed duz fideles in remigãdo laborarẽt / hoc est in mẽda defendẽdaq̃z veritate fatigarent / ope adiuti diuina superiores euasere. Suscepto enim Jesũ in naui cessauit vẽtus / & turbines errorũ dissipati sunt. Sed obserua / q̃ ad laborantes venit Saluator / nõ ad desides & pigros & a iustis operibus ociosos. Qui ergo quod per se facere põt non omittit / facile impetrabit / vt etiã illa que p se facere nequit / efficiat. Homo prime ab initio ecclesie illa in euãgelio parabola est / Homo plantauit vineam / id est deus pater domũ Israel. circũdedit eam luc. 20
sepe. custodia muniuit Angelorũ. posuit in ea lacũ siue torcular. i. leges preceptis vite redundantẽ edificauit turrim. i. templum. Turris quippe arx est vrbis / ita oratoria nobis munimẽta sunt / ad que cõfugiẽtes / carnis demonũq̃z ipugnationes minuimus / orationis armis accincti & celestis contẽplationis fide protecti. Sequitur Et peregre profectus est. non discedẽdo sed permittendo / vt in vtrãq̃z partem libera sit operandi facultas. Misit deinde seruos ad fructus vinee colligẽdos / misit enĩ prophetas / qui mãdatorũ dei obedientiã exigerẽt. sed agricole id est / Judei proterui / & nullius bone discipline patiẽtes / nec dei sui nũcijs pepercerunt / alium afficiẽdo verberibus vt Micheã / aliũ vulnerando ac perimẽdo vt Esaiam / Hieremiã / Zachariam & alios nõ paucos prophetas / neminẽ prorsus vitiorũ suorũ reprehensorẽ equo animo tolerantes. Post prophetas misit filiũ suũ charissimũ & vnigenitũ dicẽs / Reuerebunt filium meũ. non q̃z ignoraret quid facturi essent / sed innuens quid facere deberent. At illi / hic est heres inquiunt / venite occidamus eum. occiderunt & eiecerunt extra vineam idest extra hierusalem. extra ciuitatez enim crucifixerunt dñm Jesum. vel extra vineam / extra Judeorũ ecclesiam. vt ab ipsis eiectus exciperet colendus a nobis. Sequitur enĩ / Quid ergo faciet dñs vinee? malos male perdet / & vineã locabit alijs. hoc est / omnibus in Christum credentib⁹ / tã gẽtilib⁹ q̃z Judeis / veterib⁹ noua copulãs christus lapis angularis / illa implens & ista incohans. Uerũ tñ quãtũ intersit inter ecclesiã & synagogam / ipsa nominum

interpretatio declarat. Synagoga grece/ latine cōgregatio dicit. ecclesia aūt cōuocatio interpretat. hec propria nature rōnalis/ illa etiā ad pecudes ptinet. Itaqz ecclesie sicut magis singulare nomē/ ita dignitas maior & gratia plenior. Hec ergo ciuitas illa in
Mar. 14 quā mittunt Apli vt dño parent pasca. hoc est cibū/ de quo ipse ait/ Caro mea vere est cibus/ & sanguis meus vere est pot⁹. In ecclesia qppe carni & sanguini dñi cōicamus/ accedētes ad cenaculū grāde stratū. i. ad altar/ nomini eius ꝯsecratū/ vt non
luc. 19 nro qd exiguū est sed Christi merito vitam ꝯsequamur eternā. In ecclesia deo preces offerimus/ dicēte dño/ Dom⁹ mea domus orōnis est. In ecclesia p baptismū
Jo. 10 renouamur/ & encenia facimus/ dum nouū hoiem induimur/ q scdm Christū nat⁹ est. In ecclesia peccatorū nobis vincula relaxant. Hec est enim stabulū illud/ in qd hō
luc. 10 a latroib⁹ in via vulnerat⁹/ curād⁹ ifert. In ecclesia laborātiū/ in celo reges est. qb⁹ dicit/ Uos aūt cōtristabimini/ sed tristitia vrā vertet in gaudiū. Ecclesia est ergo
Jo. 16 mulier parturiēs/ que (vt in euāgelio scriptū est) tristitiā hz/ qr venit hora eius. cum aūt pepit puerū/ iam nō meminit pressure pp gaudiū/ qr natus est hō in mundū. Tristitia quidē afficit/ dū psecutiōes tolerat/ siue corporis/ siue animi. Sed cū ab imis ad supna se trāsfert/ tāto pfundit gaudio/ vt precedētis angustie prorsus obliuiscat. Quia nat⁹ est hō in mūdū. hoc est/ qr filij ecclesie iaz imortalitatis natiuitate letant/ trāslati de mūdo isto corruptibili ad mūdū icorruptiōis/ & de terreno habitaculo ad celeste regnū. Cui⁹ imensam & ineffabilē gloriā nūc in ecclesia laboribus
luc. 10 occupata ꝯstituti cogitatōe cōminiscimur/ dū solēnia sacra celebram⁹/ Mariā imitādo/ que sedēs ad pedes domini sermonum eius dulcedine pascebat/ vt cuz ipsa postea dicere possimus/ Uidi dñm & hec dixit mihi.

In eos qui in ecclesia nequiter se habent. Cap. vij.

Ceterū meminisse debemus/ illis in ecclesia nō esse locū/ q terrenis intēti nego-
Jo. 2. cijs/ corpus nō aium in eā afferūt. ne tūc qdē vanis colloquijs & nugis inutilibus abstinētes/ iocisqz & risu/ cū a Sacerdote diuina pagina [illegible]. Sciāt eos minime fortasse culpabiles fuisse/ q dñi flagello eiecti fuere de tēplo dicentis/ Nolite facere domū pris mei/ domū negociatiōis. Illi vero eā latronū speluncā faciūt/ q inefrenate libidinis ardore/ nulla loci aut sacrificiorū hita rōne pudicitie insidiant aliene/ vel oris nutu/ vel occulorū nictu/ vel ipudēti aliquo verborū plausu. Meli⁹ tū ipsos ageret/ si nūqz domū dei adiissent/ qz vt igressi sic in ea qsi in pstibulo versari non
Jo. 18 dubitēt. Deterius tñ adhuc peccāt/ q ea mēte illuc ꝯueniūt/ vt simpliciorū fidē pniciosis qōnib⁹ puertāt/ Zizania supiacientes/ vbi satū est triticū. Hi scindūt tunicā dñi incōsutilē/ ecclesie turbātes vnitatē/ seqz ipos deprauato scripturarū sensu in errorē implicātes. Longe sese ab his faciat/ q ui matris ecclesie/ cuius Christus sponsus est/ filius esse desyderat.

De lege & euangelio. Cap. viij.

Ecclesie vero late fortissimi parietes sunt/ lex & euāgeliū. Nihil eni (vt Aplus ait) ad pfectū adduxit lex. Ille q Christo dño legis pcepta se custodisse dixe-

rat | audit vnū sibi adhuc deesse | vt bonis que habebat | in vsus pauperū distractis ce luc. 18
lestes diuitias parare sibi maturet. hoc ergo legi deesse apparuit | vt terrenarū reruз
cura cōtēpta celestib⁹ tm̄ bonis cōparādis inhiemus. Lex enim ꝛ ꝓphete vsq₃ ad
Joānē. q₃ illi p̄ntē tm̄ ūmō foelicitatē obseruatorib⁹ legis ꝓmittebāt | Joānes auteз
ꝑmus regnū celoꝝ cepit euāgelizare. Atq₃ ideo dr̄ | A dieb⁹ Joānis vsq₃ nunc re- luc. 16
gnū celoꝝ vim patit | ꝛ violēti rapiūt illud. Tūc eni ꝑmū vim itulimus celesti re-
gno | cū ꝓ nobis pugnāte Chr̄o victus est ille | q̄ oēs ab Adā descēdētes ob delictū
vinctos tenuit. Disce tn̄ qd̄ violēti rapiūt illud nō ignaui | nec q̄ a vitijs supant | sed
q̄ his repugnādo victores euadūt. Nullibi aūt certior vincēdi spes q̄₃ in euāgelio |
in quo certātib⁹ suffragat grā. Quia lex p Moysen data est | grā ꝛ veritas p Jesuз Jo. 1
Chr̄m facta est. Hoc certe optimū vinū in fine cōuiuij reseruauit nobis benignissi
m⁹ Spōsus | cui dr̄ | Tu aūt seruasti bonū vinū vsq₃ adhuc. i. vsq₃ ad sextā etatem | Jo. 2
quā sex hydrie figurabāt. Prima eni etas fuit ab Adam vsq₃ ad Noe | scd̄a a Noe
ad Abrahā | tertia ab Abrahā ad Dauid | q̄rta a Dauid ad trāsmigrationē Baby-
lōis | quīta a trāsmigratōe ad Joānē | sexta a Joāne vsq₃ in finē sc̄li. In hac igit po-
strema etate | in q̄ nos sum⁹ | aque verse sūt in vinū | q₃ scripturarū lr̄alis itelligētia
alegorici sensus recepit saporē. Jā de plenis hydrijs haurimus Christi mysteria | luc. 13
que diu sub verboꝝ velamēto latuerāt. Et tunc q̄dē granū synapis minimū erat |
qd̄ postea acceptū hō misit in hortū suū | ꝛ creuit | ꝛ fcm̄ est in arborē magnam. In
omnē eni terrā sparsit se veri dei sonus | q̄ prius Judee tm̄ finibus arctabatur. ꝛ
volucres celi inquit | requieuerunt in ramis eius. Illis quippe in euangelio iucū-
da quies est | q̄ spem suā de terra tollētes in celo collocāt. neq₃ q̄cq₃ de ꝓmissiōib⁹ Jo. 17
Christi dubitātes aiunt | Sermo tu⁹ veritas est. Cauēt itaq₃ a fermēto phariseoꝝ | luc. 13
qd̄ est pniciosa hereticoꝝ doctrina | ꝛ ei fermēto penit⁹ inherēt | qd̄ acceptū mulier
abscōdit in farine satis trib⁹. hoc est | ad illā itelligētiā dictoꝝ tota credulitate acce-
dūt | quā approbauit ecclesia | triplicieq₃ sensu distinxit | historico | morali | spirituali.
donec fermentet totū | donec totū sane recteq₃ itelligat | ita vt nullus errori supsit
locus. Et ex licet pferamus euāgeliū legi | vtriusq₃ tn̄ vnū autorē deuз ꝯfitemur |
vtrāq₃ approbamus. Nec solui legē per euāgelium dicimus sed adimpleri. in illa
figuras esse | in hoc veritatē. in illa ꝓmissionē | in hoc ꝑfectionē. Facilius est inq̄t ce- luc. 16
lū ꝛ terrā preterire | q̄₃ de lege vnū apicē cadere. Quicq̄d ergo cerimonie | sacrificia |
ꝓphete futurū nūciabāt | parti impletū est in ꝑmo Chrī aduētu | parti in scd̄o implēduз
expectam⁹. neq₃ frustra aliq̄d scriptū aut significatū putet. Quicq̄d aūt in lege ad
vite moꝝq₃ istitōnē spectat | sicut veterib⁹ ita ꝛ nouis hoib⁹ est obsuādū | ꝛ cū euāge
lio cōicādū. ac de vtriusq₃ scripture moralib⁹ preceptis cū psalmista dicendū | Elo-
quia dn̄i | eloq̄a casta | argētū igne examiatū | ꝓbatū terre | purgatū septuplū. Nihil ps̄. 11
est his preciosius | nihil suauius. Quod idem sibi testatur ad dominum dicens |
Bonum mihi lex oris tui | super milia auri ꝛ argenti. ꝛ q̄₃ dulcia faucibus meis elo
quia tua | super mel ori meo. Nihil ita sedat iracundiam moderetq₃ affectibus ꝛ in ps̄. 118
viam equi honestiq₃ animum dirigit. Pax multa inq̄t | diligētib⁹ legē tuā | ꝛ nō est illis
scādalū. Lucerna pedib⁹ meis verbū tuuз | ꝛ lumen semitis meis. Multa quidēз ps̄. eod
ꝛ ipsi sapientie professores philosophi ad componendos animi mores vere ratio-
nabiliter q₃ preceperunt | sed cum diuinis humana conferri nequeunt. Potentius
ista insinuant | si fideliter suscipiantur | efficacius mouent | tenacius herent | secūdum

fructificant| felicius ad optatum proueheunt finem| et cum incõmutabili bono nos
Lu.10. coniungunt. Uetus igitur nouaqȝ lex| duo denarij sunt stabulario dati| id est ec
luc.12. clesie presidi| vt his peccatorum nostrorum vulnera curentur. Sunt etiam duo
gladij| quos in medium proferentibus apostolis| satis esse dixit dominus| cum
vtriusqȝ testamenti doctrina satis superqȝ sit aduersus quasqȝ repellendas diaboli
insidias| ac prauas ab animo abscindendas cupidines. Uetus tamen testamentũ
Ad gala. 4. fuit Agar ancilla in seruitute generans| et nouum Sarra libere prolis mater qua
libertate donauit nos Christus. Ideoqȝ dominus quinqȝ panes ordeaceos turbe
dedit seruili| veluti quinqȝ libros Moysi. Nos autem pane qui de celo descendit
vescimur| vt cum eodem qui nos liberauit| ascendamus in celum. Deniqȝ legis
lu.24. pascha cum lactucis agrestibus que amarissime sunt| comedebatur. at in euange
lio pars piscis assi cum fauo melis domino a mortuis resurgenti offertur. Unde et
Ad Coloss.3. Apostolus clamat dicens| Si consurrexistis cum Christo| que sursum sunt querite|
vbi Christus est ad dexteram dei sedens| que sursum sunt sapite| nõ que sup terrã.

In contemptores legis vel euangelij. Cap. ix.

Sed neqȝ legis contemptoribus impune erit| cũ diuinus sermo dicat| Qui
declinat aures suas ne audiat legem| oratio eius execrabilis. Frustra enim
puer. 28. deum precatur| qui dei iussa parui estimat. Hoc idem per Hieremiam spiritus san
hier.6. ctus affirmat dicens| Ecce ego adducam mala super populum istum| fructum co
gitationum eius| qȝ verba mea non audierunt| et legem meã proiecerunt. Post hec
denunciat illis captiuitatem futuram| vt qui ad legis prescriptum sponte seruire
deo neglexerunt| inuiti seruiant inimicis dei gentiqȝ infideli. Et si talia legis preua
ricatoribus debentur| quanto magis aduersus euangelij sui irrisores indignatio
deseuiet Christi. Horum autem qui euangelium despicere videntur| tria genera sunt.
Alij quippe ne audire quidem volunt diuinos| qui in ecclesia recitantur sermones.
alij autem audiunt| sed que precipiuntur| ea exequi aspernantur. alij vero magis
temerario ausu ita audiunt| vt ea econtrario arguere presumant| et veritatis verba
que non intelligunt| peruertere aliquo modo conantur. De primis conqueritur
Jo.8. Dominus ad eosdem dicens| Quare loquelam meam non cognoscitis? qȝ non po
testis audire sermonem meum. Et vt ostenderet eos| qui audire diuina dedignan
tur| ex parte diaboli esse| Qui ex deo est inquit| verba dei audit. propterea vos non
Mar. 7 auditis| qȝ ex deo non estis. Hi ergo et surdi sunt et muti| cum nec aures accomo
dent ecclesie doctoribus| nec quicqȝ tale aliquando loquantur. Qui nisi conuersi
postremo sese offerant christo| ita vt ipse digito tangat eorum aurem| et saliua pala
tum| nunqȝ sanitatem consequantur. semper ad ea que salutis sunt| surdi et muti
erunt. atqȝ vt ita etiam ad malum sicut ad bonum surdi et muti forent. sed vt deteri9
peccent| et leuam aurem habent| qua ea que carnis sunt auidissime auriant| et sini
stram linguam qua vel nugas garriant| vel alios infament| vel proximo maledicant.
Ad Timo. scda. 4 Quos nisi tandem ad Christum adduci se permiserint| qui labefacta solo verbo instaurat|
quis eos curare poterit? De istis (vt reor) pphetauit Apls cũ diceret| Sanam doctrinã
nõ sustinebũt| sed ad sua desyderia coacervabũt sibi magistros prurientes auribus et a
veritate quidem auditũ auertẽt| ad fabulas aũt conuertentur. Sũt quippe in his plurimi|

qui pudēdis gētilium poetarū cantibus tota die operā impendunt / ⁊ ne horam quidē diuinarum in ecclesia recitationum vacare auditionibus queunt. Transeamus ad eos / quos auditores tantū ⁊ non factores verbi esse diximus / de quibus domini sentētia est / qui audit ⁊ non facit / similis est homini ędificanti super terrā sine fundamēto / in quam illisus est fluuius / ⁊ continuo cecidit ⁊ facta est ruina domus eius magna. Audire enim ⁊ nolle facere / deficere est. Deficiens autem / ⁊ se sibi nō restituēs / quotidie deterior fit / patetq; omnibus diaboli insidijs / nulla circumspectę mētis virtute munitus: tantoq; facilius supplantatur / quanto se putat magis tutum. Nam sicut arborem ventorum pulsatam procellis ruere necesse est / cuius radix vitiosa fuerit / ita illū labi quoties voluptatū illecebris prouocabitur necesse erit. Neq; minus in istos qui facere nolunt / q̄ in illos qui audire negligūt / exclamant prophetę / apostoli / euangelistę / omnes catholici doctores / cecinimus vobis ⁊ non saltastis / lamentauimus ⁊ non planxistis. Quid enim aliud omnes diuine continent scripturę / nisi virtutū laudem vitiorumq; detestatonē atq; querelam? Porro istis etiam / qui sacra eloquia vel audire renuūt / vel si audiant / secundum ea viuere nolunt / nequiores sunt / qui eadem audiēdo coram arguere / atq; ijsdem petulanter obtrectare audent / ⁊ sophismatū strophis docere / ipsa dei pręcepta vel impossibilia factu / vel inter se pugnātia / vel aliqua in parte minus rationi cōsentanea esse. quasi vero quicq̄ rationabilius / cōsultius / iustius homo possit indagare / q̄ hominū opifex pręcipere? Siquis tam prophana pręsumptione ducit / inter hereticos erit habendus / ⁊ de fidelium coetu repellēdus / ne sanum gregem morbida cōtaminet pecus. Adeunt ecclesiā / audiūt epistolas / audiunt euangelia ⁊ sicut in Joāne scriptum est / dicūt / durus est hic sermo / quis potest eū audire? Nihil credunt nisi quod naturę cōsentaneū putant / ⁊ nesciunt oīum auctorē supra naturā esse / ⁊ vt se talem probet / super naturalia loqui operariq; solere. Quibus qui nō adhibuerit fidē / necesse est / vt dei omnipotētiā deneget / fateaturq; quod naturaliter fieri nequit / id nec diuinitus fieri posse. Qua in re naturam deū alterum constituere videtur / si nihil maius deo q̄ naturę tribuēdū cēsent. Quibus dei verbū respondēs ait / queritis me interficere / quia sermo meus nō capit in vobis hoc est / quia non estis capaces a me predicatę veritatis / ideo in me diuinitatē natura potētiorē / ⁊ humani ingenij captu maiorem esse non creditis. Ego autē quod vidi apud patrem hoc loquor. Ego enim ⁊ pater vnum sumus / vna substātia / eadem natura licet nō eadē persona. alia quippe persona est geniti / alia genitoris / ⁊ tamē vtriusq; vna eadēq; diuinitas / eadē vis ⁊ gloria cū sancto spiritu / quē ambo simul spirant / sibi ęqualē sibiq; cōsubstantialem. Quod sancte trinitatis mysterium in vna deitate / nisi fides teneat / lingua nō explicat. Ob hoc quidam / quia comprehendere nequeunt / retro cedunt / cum potius persuadere sibi deberēt / tanto ea magis deo tribuēda esse / quāto minus a nobis / qui homines nō dij sumus / possint intelligi. Alioquin fateri oporteret / quod nemo vnq̄ ausus est dicere / aut deum nō esse homine maiorē / aut hominē deo esse ęqualē / si ad omnia quę dei sunt / humani vis intellectus posset penetrare. Sunt tamē nōnulli / qui in puersitatis suę proposito ita obdurant / vt credulitatē nostram etiā irridere non dubitēt. atq; hi fere sunt / qui gentilium philosophorū argutias secuti nihil credendū putant / quod ipsa hominis ratio nequeat inuestigare / ⁊ suorum ambagibus argumentorum vsi / quicquid nō sa

Luc. 6

math. 11

Joā. 6

Joā. 8

tis intelligunt | id verum esse denegant. A quibus euangelicę veritatis assertores a
Actuū uersi | ne in tam duro solo frustra verbi semen iaciant | nullam frugē facturum | di
13 cunt | Quia repellitis verbum dei | & indignos vos iudicatis ęternę vitę | ecce con
uertimur ad gentes. Quę videlicet & audiunt euāgelij prędicationes | & qd audiūt
Luc. 9 credunt | & quod credunt opere complere pro viribus nitunt. Vos vero increduli
mementote ab ipsa veritate. i. a dei filio dictum | Qui me erubuerit & meos sermo
nes hunc filius hominis erubescet | cum venerit in maiestate sua & patris & sancto
rum Angelorum. Huius autem hominis infelicitati | quem christus erubescet | nul
la vitę pręsentis infelicitas potest comparari. Naz qui receptus a deo non fuerit in
gratiā | a diabolo recipietur in damnationem suppliciumqꝫ sempiternum.

De conuersis ad Deum. Cap. 10.

VT autē alterū ex his euitemus | alterum sequamur | sarcina peccatorū depo
Mar. sita | quę nos in abyssum deprimit inferni | ad illa conuertamur quę de terra
14 erigunt pauperez & in cęlo collocant. Imitemur Symonē leprosum | vt flagitiorū
lepra curati mereamur hospitem habere Christuz. Neqꝫ nos prioris vitę pudor im
pediat | aut horror in desperationem trahat. benignissimus est | qui ad coenam in
Lu. 14 uitari iubet pauperes | debiles | cęcos | & claudos idest omni scelerum genere inqui
natos | & neminem prorsus repudiat ad se cum peccatorum poenitudine accedent
Luc. 15. tem. Hic est qui prodigum filium | cum bona paterna peregre profectus dilapidas
set | ad se reuersum osculo excepit | amplexibus fouit | & letatus est | ꝙ ille qui pe
rierat inuentus esset | & qui mortuus fuerat reuixisset. Diu multumqꝫ in nequitię
Mar. 9. coeno immersus iacuisti | expergiscere tandem & erige te vt inuideris. Mulier quę
duodecim annos profluuio sanguinis laborauerat | cum christi fimbriaz tetigisset |
Luc. 13. sana discessit. Altera duodeuiginti annos morbi vi inclinata | domino manuz ei im
ponēte curatur | & cęlum aspicere incipit | quę tanto tempore pecudum more ter
Joā. 5. ram tantum spectauerat. Plus dicam | octo & triginta annorum langorez sustinuit
ille quem ad probaticam piscinam sanū surgere iussit dominus. ita vt qui tam diu
fracto debilitatoqꝫ corpore immobilis in lectulo decubuerat | illum ipsum lectulū |
quo ferebatur | ipse humeris suis referret | domumqꝫ rediret | non soluz sanitati | ve
rum etiam vigori uiribusqꝫ restitutus. His autem curationibus tam diutina tabe
marcescentium corporum significauit tibi dominus | ꝙ ipse medicus animorū sit |
quāuis ad multam ętatem in peccatis versati fuerint | tantum vt curari cupiant &
rogent. Non enim sanat ille nisi volentem. Naz & hunc prius interrogasse dicitur |
an vellet sanus fieri | atqꝫ vt velle audiuit | non distulit | quin statim sanum redde
ret. Nemo ergo desperet | quādiu viuimus | misericordię locus est. tunc iudicamur |
cum morimur. & si ante impetratę venię priuilegium nobiscum deferimus hinc de
cedentes | in electorum numero asscribimur. Sin vero sine illo vitam obimus | ad
mortem nunꝗ intermorituram descendimus | ad tenebras exteriores | vbi est fle
Luc. 3. tus & stridor dentium | & poenarum finis omnino nullus. Beati igitur illi | quorum
anteꝗ iudicabuntur | erunt praua in directa | & aspera in vias planas. qui priusꝗ

opera ipsorum iusticię libra examinabuntur | luporum feritatem quam induerunt |
cum agnorum mansuetudine commutabunt. Nunc ergo tẽpus acceptabile | nũc
dies salutis | nunc accessus ad eum datur | a quo dictum est | Qui venit ad me non Jo. 6
eijciam foras. Non aliter ad eum venitur | nisi desinendo a malis ⁊ quod bonum
est operando. Itaq; non solum iniqui | sed etiam ocio indulgentes | ab eo qui salua
re potest | procul sunt. Ficum illam quę foliorum tñ luxuria exuberans fructu ca= mar. 11
rebat | maledicendo dominus ariditate dãnauit. Sub qua cum lateret Nathana= Jo. 1.
hel Israhelita licet dolo carens | non poterat loqui cum Iesu. egressus autem ⁊ ma
gis alacris animi affectu Saluatoris quęrens conspectum | eum ipsum quem scri
bę ⁊ pharisei cognoscere nequiuerunt | confiteri cepit dicens | Rabi tu es filius dei |
tu es rex israel. Uerum tamen si sensus quoq; non satis sanos habeas | quicquid il=
lis blanditur | mortiferum puta ⁊ illa quę deo placent | ijs indulge. Si visus te ad mar. 10.
peccandum solicitat | cęcus es. cum Barthimeo perge inuocare Iesum ⁊ petere
vt videas. tunc ipso imperante discedent ab oculis tenebrę illę | in quibus spectan
darum mulierum concupiscentia habitabat | vel delectatio aliquam vanitatem vi
dendi versabatur | celumq; ac sydera contueri incipies | ⁊ per ea quę videntur ip=
sa dei inuisibilia contemplari. Quod si te auditus ⁊ loquendi intemperies in ma=
lum precipitant | surdus ⁊ mutus es. quia dum te audire vel loqui ea quę mundi
sunt nimium delectat | ab his quę dei sunt | ⁊ aures auertis ne audias | ⁊ os compri
mis ne loquaris. Cum surdo igitur ⁊ muto a domino posce remedium | Ille huius
modi | hominis aures digito tetigit ⁊ saliua linguam | atq; is qui vtroq; malo affe=
ctus fuerat | vtroq; liberatus abijt. Statim enim (vt Marcus ait) apertę sunt au= mar. 7
res eius | ⁊ solutũ est vinculum linguę eius | ⁊ loquebatur recte. Postremo quibus
cunq; vitijs corruptus viuis | ita vt mortuus sis cum viuas | quantum potes ad il
lum qui viuificat mortuos te verte. Nam ⁊ mortui audient vocem filij dei | ⁊ qui Jo. 10.
audierint viuent. modo ne tardes tibi iam in morte posito querere salutem | dum
inueniri potest. Fugit tempus | dies aduentat extremus | atq; hic forsasse crastinus
est aut hodiernus | ⁊ tu tibi tutum putas differre turpis vitę correctionem? Noli iu
ventę confidere. omni ętati communis est mors. nec prosperę valitudini crede. qui
dam dum rident | dum iocantur | dum cum alijs colloquuntur | repente concide=
re. Pelle igitur moras omnes | ⁊ prauas cupidines de pectore proijcere festina | at=
q; de spelunca latronum fac domũ orationis in qua habitare dignetur Christus.
Hoc pacto qui nunc nouissimus es apud deum | iam inter primos computaberis.
In nouissimis erant Matheus | Zacheus | Latro | sed conuersi ad dominum | pri=
mi facti sunt. Matheus reliquit teloneum | ⁊ fit Apostolus. Zacheus auariciam
largitate mutauit | ⁊ salus facta est domui eius | cum Christum suscepisset hospicio.
Latronem aliena per vim rapuisse penituit | ⁊ Saluatori se commendans meruit
de cruce transferri in paradisum. Audi Christum clamantem. Uenite ad me om= matth.
nes qui laboratis ⁊ onerati estis | ⁊ ego reficiam vos. Huic tu tandem aduocanti 11
conuersus dic | Iniquitates meę supergressę sunt caput meum | ⁊ sicut onus gra=
ue grauatę sunt super me. Tunc ille occurrens tibi | protinus te omni fasce liberta=
bit | ⁊ expeditum ad se trahere incipiet. vt qui flagitijs coopertus mergebaris in
profundum | iam his omnibus exundatus ascendas in celum.

De auersis a Deo. Cap. xj.

ET cum tanta felicitas sit eorum | qui ad deum conuersi mores suos corrigũt |
non ambigimus eque grandem esse miseriam illorum qui obdurãtur. Pre
dica | argue | obsecra | increpa | opportune importune | nihil proficis | cum in spinis |
que semen verbi dei prefocant seminas | vel super lapide | vbi semẽ radices agere
nõ valens arescit | vel in via vbi conculcatur & atteritur. Coram praua assuetudine
corruptis hominibus quoties de deo | de sanctis | de vite honestate incidit sermo |
Joã. 6. corrugant nares | contrahunt frontẽ | os distorquẽt | vultum auertunt | & taciti etiam
Luc. 11 dicere videntur | Durus est hic sermo | quis potest eum audire? Tales erant phari
Joã. 8. sei illi ac legis periti | quorũ scelera cũ argueret Dominus | coeperunt (vt Lucas ait)
grauiter insistere & os eius opprimere. De quibus in Joãne conqueritur Saluator
& ait | Non potestis audire sermonẽ meum. Dextera igitur aure carẽt | ne bona au-
diant | veluti Malchus ille cum a Petro vulnus accepisset. Is tamen adduci ad
Jesum vt curaretur sustinuit | Isti vero peruicatius auditũ obturasse videntur | vt
Joã. 9. aspis | ne intelligant vocẽ sapienter incantantis. Q̃d si vltra eis precepta salutis in-
gerere perseueraueris indignantur | & iam in contumeliam prorumpunt. Totus in
peccatis natus es inquiunt & doces nos? Unde autem fit | q̃ tam obstinato propo-
matth. sito celestem aspernentur disciplinam | parabola euangelij de nuptijs recitata docet.
22 Ad quas inuitati | qm̃ venire noluerunt | alius inquit abijt in villam suam | alius ad
negotiationem suam. Delicie quippe huius seculi & ipsa terrenarum opum cupi-
ditas auertunt animũ a celestiũ contemplatiõe | & caduca bona eternis preferre cõ
pellunt: q2 hec futura expectantur | illa vero presenti voluptate deliniũt. ita vt que
nondum habentur | iam vel nõ esse omnino | vel haberi non posse credãtur. Illi er-
go qui tam impie subuersi sunt | nec fidei certe | nec firme spei sunt. Alij luxurie | alij
auaritie student | & cum sensuum suorum affectibus seruiant | virtutibus vacui & ad
matth. vitia proni efficiuntur. Recedẽte enim domino de templo cordis eorum non relin-
24 quitur lapis super lapidẽ | qui non destruatur. vsq3 adeo Barrabam i. diabolum
sibi dimitti gaudent | vt eundẽ Christo domio | qui pro ipsis crucifixus est | antefer
re non dubitent. Attendant tamẽ | si nondum penitus obsurduerunt | & cognoscãt |
ad se quidem omnia illa pertinere | que salutarẽ doctrinam nolentibus admittere |
minatus est Christus dominus. Ad illos eni quos iustitie sue doctores constituit |
matth. & ad predicandum gentibus destinauit dixit | Quicunq3 non receperint vos | neq3
10 audierint sermones vestros | Exeuntes foras de domo vel Ciuitate | excutite pulue
rẽ de pedibus vestris. Amen dico vobis | tolerabilius erit terre Sodomorũ & Go-
morreorum in die iudicij q̃3 illi ciuitati. Sodoma enim & gomorra ante euangeliũ
subuerse sunt | at isti vltro oblatũ respuũt ac repellũt | dum pceptis eius contraria
operent. O mirã mentis peruerse cecitatem. nõ vident q̃3 labile bonũ sit munda
ne luxurie voluptas cui adherẽt | q̃3 firmũ & stabile celeste regnũ qd̃ contẽnunt | q̃3
graue perpetuũq3 malum infernalis cruciatus | quẽ mox subire coguntur. Sed is
tos in damnationis interitũ tam pertinaciter currentes relinquamus | cum etiam
ab ipso omnium domino relicti esse videantur. & illis pro tẽpore consulamus | q ad
capessendas accedũt virtutes | vt in eo bono quod semel sibi proposuerint ꝯstãter
perseuerent. Sicut enim in vitijs obdurare perniciosissimum est | ita in beneuiuẽdi
cura minus esse constantem | turpe indecorũq3 habetur.

De animi constantia. Cap. 12.

FIrmum ac stabilem esse oportet dei seruum / nec iniuria lacessitũ irasci /
nec laudatũ insolenter efferri. Utrumq; prestitit mulier illa Cananea. Cum matth.
enim canibus cõpararetur / quibus non erat concedendus panis filiorũ / nõ est 15
indignata / sed magis semet submisit dicens / quod etiam catelli micas panis co-
medant / que de mẽsa cadunt dominorum. Rursum cum responsum domini acce
pisset / Magna est fides tua / fiat tibi sicut vis. Nequaq̃ tante cõmẽdatiõis gloria
se se extulit / sed potius eandẽ humilitatem / quã contempta nõ deseruerat / egre
gie deinde probata cõseruauit / fidei sue magnitudinẽ magis ad diuine largitatis
gratiam referens / q̃ ad arbitrij sui libertatẽ. Quod si quicq̃ ex eo sibi iactanter ar
rogasset / filiã pro q̃ supplicauerat / sanã non recepisset. Et nos igitur si ab ijs que
nequiter cõmisimus purgari cupimus / modis oĩbus caueamus / ne in eodẽ rela-
bamur luto. alioquin per incõstantie vitium / nec satis creduli esse arguemur / nec
ipsa que intra nos est / sanari filia poterit. Est autẽ cõstantis animi repugnare cu
piditatibus / a bono instituto nũq̃ deflecti / & cum semel ad colendã equi hone-
stiq; virtutem conuersus fueris / nunq̃ ab ea discedere velle. Profecto qui sic sibi
constiterit / intrepidus vite finẽ expectabit / spe certissima firmatus de morte se trã
siturum ad immortalitatẽ / & illã beatitudinẽ / quã nec fando exprimere / nec co-
gitando possumus complecti / Nos ergo tante mercedis cupiditate flagrantes / cũ luc. 6.
sanctius viuendi domũ edificare cepimus / fundamentũ eius supra petram sta
biliamus. & ipsam virtutum structuram nec malignorũ spirituũ venti concutere
poterũt / nec p̃sentiũ aduersitatũ flumina obruere. immobilis inuictaq; perstabit /
donec ad culmen vsq; perducatur summe perpetueq; integritatis. Frustra autem
Christũ in cordis nostri monumento condimus / si constantie lapidẽ ad ostiũ mo
numenti non admouemus / vt eo aditum inimicis Christi / quantũ in nobis est /
prohibeamus. Qui sunt isti inimici procul longeq; abigendi / nisi vitia ipsa / que
salutaribus vite monitis reluctant atq; obsistũt / & quicquid probe laudabiliterq;
edificatum fuerit / destruere festinant. Ab his quidẽ quicunq; se illesum inconta-
minatũq; custodierit / hic vere Christi discipulus erit. cui idẽ dominus iure ac me
rito dicere poterit / Tu es Petrus & super hanc petrã edificabo ecclesiã meã. Ille matth.
enim vere petra est supra petrã / qui dum Christi vestigijs innititur / in his in finẽ 16
vsq; firmus perseuerat / & in domino cõfidens / sicut mons syon non mouet in eter
num. Ut autẽ ista constantie virtus quãta sit magis patescat / instabilitatis quoq;
vitium q̃ execrandum habeatur consyderemus.

De animi inconstantia. Cap. 13.

QUemadmodũ firmum & constantẽ animum supra petre soliditatẽ edifica
re diximus / & id quod ab eo fabricatum fuerit / tam cõtra demonũ preua
lere certamina q̃ aduersus malorũ / que mortalibus contingunt / acerbitatẽ. ita
ex contrario debilem & in proposito minus persistentẽ domui illi cõparandũ esse luc. 6.
arbitramur / quã moli arene impositam & ventorũ concutit flatus / & impetus
subruit fluuiorũ / atq; ad solum vsq; concidere compellit. Is enim qui incõstans

fuerit | facile quidez ⁊ fraudibus diaboli cedet | ⁊ violentię persecutionū | ⁊ fastui ambitionis | ⁊ cumulandaruz opum cupidini. Seruabit fortasse fidez | quam diu nemo aduersabitur | sed si qua foedę voluptatis appetitione coritulare serpentis antiqui calliditas coeperit | si Tyranus minari necez | si collati magistratus dignitas efferre | si animū habendi auiditas inquietare | adulterio inquinabitur vt Herodes | metu ad negāduz subuertetur vt Petrus | optimuz quęqz contemnet | vt Pontifices ⁊ Scribę Christum | duz lucra sectatur vt Judas | nec furtis abstinebit | nec sacrilegio. qz aūt turpissimū sit | cum bene coeperis male desinere | ⁊ nūc hoc nūc aliō velle | alię quoqz in euāgelio similitudines indicio sunt. Incōstātis quippe hominis volubilitas cōparatur harundini vento agitatę | duz Joānes bap. talis non esse asseritur. Adde qō arundo ipsa ⁊ fragile lignum sit | ⁊ infructuosuz vacuumqz intus ac nodis quidem plurimis interfectū. Ita vir sibi minus constans in tentationibus succumbit | bonaꝝ actionū sterilis est | vanitatibus affluit | ⁊ multorum vinculis innodatur peccatoruz. Eundem lunatico illi conferre possumus | quem nunc in ignem | nunc in aquaz cadere solere dixerunt. Inconstans igitur vt Luna mutatur | ⁊ cuz iam pene plenus bonorum creditur | tunc deficere incipit. cumqz alternis motibus agitetur | ⁊ nunc igne charitatis incalescat | nunc aqua malicię frigeat | promptius tamen ad id quod malū est rapitur | ⁊ ad peccata declinat. Quam autem difficulter ne in scelere perseueret effici queat disce. Lunaticuz hunc Apostoli curare non poterunt | a Christo sanatus est. qui ipsis mirantibus | quare sibi id nō licuerit | dixit | hoc demonioruz genus nō posse eijci | nisi per orationem ⁊ Jeiunium. ostendens grauissimā quidem esse animi egritudinē inconstātiam. Hanc pręterea rotarum instabilitati comparat scriptura | Pręcordia fatui inquit | quasi rota carri | ⁊ quasi axis versatilis cogitatus illius. Et quoniaz rota ista non solum instabilis est | sed etiam dum tracto curru vertitur | magnos ędit stridores | ⁊ crebra reuolutione atteritur ac deperit | sic hominis inconstantis leuitas quicquid benefecerit | ipse suas laudationes iactabundus garrit | ⁊ facinus illud | quo meritum aliquod aput deū consequi sibi potuisset | euacuat inanis glorię cupiditate. deinde hanc ipsam gloriaz prauis operibꝰ | ad quę semper pronior est destruit | ⁊ in sui met infamiam turpiter cōuertit. Nam quāuis aliquando etiam nō improbi ingenij esse videatur | nūqz tamen nō maiore sui parte malus est. de quo Jacobus Apostolus | Uir inquit duplex animo incōstās est in omnibꝰ vijs suis. Quippe qui nunc hoc | nunc illud appetit | cui quod modo placuit | modo displicet | ⁊ rursuz qō displicebat placet. Qui si quādo boni aliqd agere aggreditur | semper ante qz perficiat cessat. atqz idem nec sedere | nec stare diu potest. multiplex | varius | discors est | secum pugnans | sibiqz met contrarius | nec in verbis nec in factis idem. Profecto qui talis est | nunqz aliquo honestioris vitę studio pficere poterit. immo cū in sęculi huius pelago vela faciens frequenter naufragetur | mergendum tandē in profundo inferni facile cōijci potest. Nūqz enim sic respicit | vt non cras deterior qz hodie sit. Nos ergo ne quādo ad eius tam damnosaz animi mobilitatem taz periculi plenam declinemus | discamus post cōstantiā etiam fortes esse | ⁊ iam de ipsa fortitudinis virtute | pro vt nobis diuinus euangelij sermo suggerit disseramus.

Marginal notes: matth. 11 (beside "pe hominis volubilitas"); matth. 17 (beside "torum vinculis"); Eccle. 33. (beside "tiam. Hanc pręterea")

De animi fortitudine. Capi. 14.

Fortis animo is est | qui nulli rerum fragilium cupidini succumbit | ⁊ neq; adversantibus frangitur | neq; prosperitatibus insolescit. celestibus tantummodo bonis adipiscendis inhiat | cetera contemnit. Fortis est igitur qui vincit luc. 12
avaritiā | ⁊ audit dominum dicentē | Cavete ab omni avaritia | quia non in abundantia cuiusq; vita eius est ijs que possidet. Superata autē avaritia ad munificentiam liberalitatēq; se confert | ⁊ ea que habet | indigentibus dilargitur | dum ad per matth.
fectioris vite sublimitatē ascendere festinat. iuxta illud Salvatoris dictū | Si vis 19
perfectus esse | vade ⁊ vende omnia que habes | ⁊ da pauperibus | ⁊ habebis thesaurum in celo | ⁊ veni sequere me. Nō erat perfectio cōtemnere divitias | nisi abdidisset dominus | veni sequere me. Omnibus abundare virtutib⁹ querit | qui Christum imitari decernit. Christi enim imitator q̄ primū veterem exuit hominem ⁊ induit novū. superbiā mutat humilitate | iracundiam lenitate | incontinentiam castitate | ⁊ breviter vitium virtute. Atq; ita malarum passionū victor efficitur | cū ad diversas ab his actiones animū convertere coeperit. In his deinde confirmat⁹ omnes presentiū tribulationū ictus excepit clypeo patientie | de omnibus deo gratias agēs | minusq; ꝫ pati confitēs | q̄ peccata sua mereantur. Hoc est illud quod matth.
precipit dominus ⁊ ait | Qui vult venire post me | abneget semet ipsum | ⁊ tollat 17
crucē suam | ⁊ sequatur me. Ac ne quis crucis nomine | quod dura asperaq; significat turbetur | discipulos suos consolatus est dicens | In mundo pressuram habebitis | sed confidite | ego vici mundū. quasi dicēt | Sicut ego ꝓpria virtute calcavi Io. 16.
mundi huius erumnas | ita ⁊ vobis vincēdi facultatē cōferā | vt per me mala omnia magno animo perferēdo | illis omnibus fortiores potētioresq; fitis. tantū non in vobis sed in me spem fiduciāq; habeatis. Hunc ꝑterea fortis animi virū | Christiq; domini sectatorē | quēadmodū adversa non deijciūt | ita nec secūda arrogāter erigūt. Frustra eni; in adversis vinceret | si in prosperis per inanis glorie appetentiam superaretur. Itaq; in dignitate cōstitut⁹ non sibi blanditur | sed alijs prodesse affectat | nec tam Prepositum se esse meminit | q̄ eorū quibus ꝑest ministrū. matth.
a domino admonitus dicente. Quicunq; voluerit inter vos maior fieri sit vester mi 20.
nister | ⁊ qui voluerit inter vos primus esse | erit vester servus. sicut filius hominis non venit ministrari sed ministrare | ⁊ dare animam suam redemptionē pro multis. Prestantis autem ac strenui animi est | dominandi cupidinem | que sepe robustissimos vicit | superare. ipsamq; regum pompam ⁊ principum luxuriam pro nihilo ducere | atq; in oib⁹ cū Christo humiliari. Quid eni esse pōt maius christo? qui eiuscemodi humilitatem sic in se cōmendavit | vt dei filius non dedignaretur esse hois fili⁹ | ⁊ formā servi assumere | cū esset diu; dñs. deniq; fugisse dr̄ in euāgelio | cū eū regē facere vellēt | ⁊ nō est regnū meū de hoc mūdo inqt. vt suo exemplo Io. 6
non in terra regnare | sed in celo desyderemus. Unde ⁊ mercedem humilitatis | ⁊ nō 18
humilitatis poenam proposuit dicens | Qui se humiliat exaltabitur | ⁊ qui se exaltat humiliabitur. Ad hanc animi fortitudinem pertinet | ipsam etiam | quā; precipue matth.
vulgus formidet | mortem contēnere | nec vllo supplicij genere sic terreri | vt a bo 10.
no honestoq; discedas. Nolite timere eos inquit | qui occidunt corpus | animam autem non possunt occidere | sed potius eum timete | q potest corpus ⁊ animā per

dere in gehēnam. Si ergo casus inciderit | vt aut moriendum sit | aut peccandū | eligatur potius mors corporis q̄ animę. mors enim animę peccatum est. Quod si metu mortis perculsus | vitę fragili z velis nolis cito perituręTunc peperceris | illam stabilem z immortalem | qua sācti fruuntur | amittes. Ait enim Qui voluerit animā suam saluam facere | perdet eā. Nam siquis peccare mauult q̄ mori | hic sibi viuet | z deo morietur. deo autem mori est | in inferni barathrum ruere | z nullum cum ijs qui vere viuunt habere consortium. Sequitur | z qui perdiderit animam suam propter me | inueniet eam. Sed ne forte dubius z incertus queras |
Jo.12. quo locorum inueniet eam | ait | Ubi ego sum | illic z minister meus erit. Quid autem illo homine felicius | qui merebitur esse socius Christi? Sed si cum illo simul viuere volumus | mundo moriamur | nullum recusantes quo deo gratificari possimus laborem | nulli cedentes aduersantium persecutioni. Nam dum Tyrānus minatur necem | Christus aperit paradisum | dum homo impius tormentis cruciat | clemens deus refrigerij sempiterni sedem constanter tolerantibus parat | premijq3 magnitudine tanto ampliat magis | quanto grauius pro amore suo affligimur. si tamen vindictam in eos qui affligunt | nō appetimus | sed econtra-
matth. rio bene illis facimus beneq3 optamus | a quibus male accipimur. dicente domi-
.5. no | Diligite inimicos vestros z benefacite ijs qui oderunt vos | z orate pro persequentibus uos. Hoc prior p̄stitit ipse qui precepit | deinde serui eius | qui suis persecutoribus mōstrabant uiam salutis. z a quibus tormēta patiebātur | eis ignosci orabāt. Propriū itaq3 christianę fortitudinis ē | se ipsū uincē | z affectibus cōtra rationem nitentibus imperare | nec carni sed spiritui obedire | ipsumq3 dominū pro uiribus imitari | eiq3 se se q̄ simillimum reddere. Sed iam fortitudini cōtrariam pusilli animi imbecillitatem in medium proferamus. Fit enim vt magis elucescat virtus ex comparatione vitiorum.

De animi imbecillitate. Cap. xv.

Si eū fortem esse constituimus | qui cupiditatibus dominatur | quis erit imbecillus z infirmus nisi qui se se his in seruitutē dederit? Hęc autem seruitus multo turpior atq3 foedior est | quam illa quam fecit captiuitas | aut quam nascendi attulit conditio. Neutra enim istaꝝ officit quin etiam in ipsis magis liberi dominis nostris esse possimus. Maior quippe libertas est | non esse subiectū vitijs | quam non esse hominis mancipium. Uere igitur imbecillus est | quē superat auaritia | vl̄ fraudulētia | vl̄ simulatio | vel arrogātia | vl̄ vanagloria | vel ira | vl̄ gula | vel luxuria | vl̄ libido | vel icōstātia | vel timor | vl̄ ociositas | vel eoꝝ quę ab ecclia recepta sunt icredulitas | cęteraq3 id gen⁹. quę quoniam rōni naturęq3 repugnant | quis quis illis seruierit | non iam inter homines computādus sed īter pecudes erit numerandus. Ratio enim propria hominis est. bestiarum autem natura id tantū sequi quod suggerit appetitus | nullūq3 boni ac mali discrimen habere in his quę
matth. appetuntur. Imbecillus es igitur | si iugo premeris auaritię | cui seruiendo | nō po-
.6. teris seruire deo. Non potestis inquit deo seruire z māmonę. hoc est deo z diuitijs. Syri enim diuitias mammonam appellant. Qui autem diuitias pręferūt Christo | z nihil egeno porrigunt | ipso dei filio in fine iudicante audituri sunt | Esuriui

enon dedistis mihi manducare cuius criminis conuictus diues ille/ qui se tantū pascebat/ in inferno sepelitur. vt semper miser sit/ quem miserorum nō tetigit pietas/ dum sua cupide retinet/ & pecuniam magis quā Christum diligit. Imbecillus item es/ quando alterum dolo seducere contendis. ab iniustitię enim vitio superaris/ quoties alios fraude aliqua supplantare moliris. Nō poterit in eo pectore habitare Christus/ in quo domiciliū sibi fecit dolus. Nā ipse de eiusmodi homine dixit/ Vulpes foueas habent & volucres cęli nidos/ filius autem hominis nō habet vbi caput suum reclinet. Non habet Christus ibi requiem/ vbi stabulantur vulpine fraudes. & volucrū instar alte se erigentis hominis elatio. Fraudulentię autem comes est simulatio. Semper enim simulationibus vtitur fraudulentus/ aliud facie prę ferens/ aliud in corde occultans. Qui licet homines fallat/ deum non potest decipere. Si modestum/ si pium/ si castum/ si deniq; iustū se esse finxerit/ cum longe alius sit/ non ne cum illis damnabitur/ quibus dictum est/ Veh vobis Scribę & pharisei hypocritę/ qui mundatis quod de foris est calicis & parapsidis/ intus autem pleni estis rapina & imunditia. veh vobis qui similes estis sepulchris dealbatis/ quę a foris apparent hominibus speciosa/ intus vero plena sunt ossibus mortuorum & spurcicia. Quanto igitur melius id esse quod apparere vis/ q̄ quod nō es videri velle. Imbecillus quoq; es/ si cōmittis vt te sibi subijciat superbia/ teq; arroganter incedere cogat. Ea superatus alijs pręferri cōcupisces/ & plus honoris q̄ quod mereris tibi exhiberi postulabis. Quā rem Scribis & phariseis exprobrans dominus ait/ Omnia opera sua faciunt/ vt videantur ab hominibus. dilatāt enim philateria sua/ & magnificant fimbrias. amant autem primos recubitus in coenis/ & primas cathedras in synagogis/ & salutatiōes in foro/ & vocari ab hominibus rabbi. Ergo & inanis glorię cupido arrogātibus dominatur. de quibus in euangelio Joannis dicitur/ Dilexerunt gloriam hominum magis q̄ gloriam dei. Statuit ergo eos diabolus supra elatę iactātię pinnaculum/ vt quo altius ascenderint/ grauius elidantur cum ceciderint. Vis nosse q̄ infirmi sint qui sic corruunt? non vi coacti sed verbis deliniti sua spōte labūtur. Diabolus enim nisi imbecillior homie esset/ non ei quem supra templum posuerat dixisset/ mitte te deorsum/ sed ipsemet eum precipitē dare tentasset. Quis ergo corruit/ nisi qui imbecillis inimici callidę suggestioni paret? vt non inuitus sed volens subuertatur & cadat. A quo quidem casu eo difficilius exurgunt ambitiosi/ quo magis adulantium sibi palpatione delectantur. Ideo in euangelio dictum est/ Veh vobis cum benedixerint vobis omnes homines. & per prophetam dominus/ Popule meus/ qui te beatū dicūt/ ipsi te decipiunt/ & viam gressuum tuorum dissipāt. Veh ergo illis/ q per adulationem ita allucinantur vt se peccatores esse nō agnoscant cum laudantur. Cares pręterea mentis fortitudine/ si te iracundia occupat & furere cōpellit. Talis fuit Sacerdotum ille Princeps/ q cum audisset Jesum confitentē se a dextris dei sedere/ in rabiē concitatus vestimenta scidit/ & in clamorem prorupit/ blasphemum eum vocans/ qui assertor erat veritatis. Neq; enim potuit quod verum erat intelligere ira prepeditus/ aut quod rectum est iudicare. vsq; adeo excęcari solent/ q supra modum irascuntur. Sed neq; ille fortis est habendus/ qui ventri seruit/ & omne suū studium in cibo potuq; delicatius q̄ vitę ratio postulat cōparando ponit. Vt autē cognoscas q̄ perniciosa gulę seruitus sit/ de manducante & bibente cum ebriosis

matth. 8.
matth. 23.
matth. 23.
Jo. 12.
luc. 4.
luc. 6.
Esa. 3.
matth. 26.

matth. in euangelio est scriptum | qd diuidet eum dominus | partemq; eius ponet cum
24. hypocritis. vt videlicet ibi ficta crucietur abstinentia | vbi simulata torquetur san
ctitas. Illic inquit erit fletus & stridor dentium. vt miserabiliter lugeant qui in cō
uiuijs imoderate letati sunt | & esuriendo siccis crepitent dentibus | quos esculen
luc. 6 tis poculentisq; resperserant crapulando. atq; ideo alibi dicitur. Ueh vobis qui sa
turati estis | quia esurietis. qui autem gule atq; ventri se se in seruitutē dedit | idē
luxurie libidinisq; vitio facile cedet. Uentris enim repletiōe venas inflari intume
scereq; necesse est | & inde pudenda ipsa in venerē concitari & in turpem pruritum
exardescere. Quam autem male cū illo agitur | qui his affectibus est adictus | pro
luc. 15. digi filij in euangelio miserabilis testatur euentus. Deuorasse dicitur substantiam
suam cum meretricibus & ad inopiam redactus pauisse porcos. Etenim substan
tiam nostram deuoramus | cum per peccatum diuine gratie lumen in nobis con
sumimus. atq; ita porcos pascimus | rē gratam faciendo imundis spiritibus | quī
nos ad ipudiciciā stimulant | & si peccato ingnatos viderint gaudēt. Peccare au
tem non tantum opere libidinoso foedoq; | verum etiam turpi cogitatione possu
matth. mus | dicente domino | Omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam |
5. iam mechatus est eam in corde suo. Hoc autem quod viris dicitur | etiam mulie
res respicit. quia caput mulieris vir est. Ita fit | vt qd capiti vetitum est | nec cor
pori licere intelligatur. Preterea imbecilli animi certissimum argumentum est |
voluntas incerta. nunc hoc nunc aliud placet | proposito semper labanti & instabi
li. Quod si ille qui bene institutus perseuerat vsq; in finem saluus erit | nonne is
qui in via vite multiplex ac uarius est | procul erit a salute? Profecto nihil prodest
corrigi | vbi contingit repente deprauari. Sed cetera pcurramus | cum de isto incō
stantie vitio abunde dictum est supra. Igitur neq; ille fortis erit | qui timore pter
ritus delinquit | & dum vel rerum suarum vel corporis detrimentum vel vite pi
luc. 23. culum cauet | deū offendere nō veretur. Timuit Pilatus Cesarem | quādo Chri
Mar. stum dānauit | quē cōfessus erat esse innocētē. Timuerūt Apostoli | cum cōphen
14 di vidissent Jesum | & dum fragili vite metuunt | veram deserēdo fugerunt. Timu
it Petrus | quādo dominū se nosse negauit. pro quo postea spiritu sancto cōfirma
tus mori non timuit. Infirmi etiam atq; abiecti animi indicium est ociositas. Nō
nulli quippe virtutis operibus ideo exerceri nolūt | quia verent ne labori succū
bant. malūtq; ignauo ocio torpescere | q̄ vllam religiose vite fatigationē subire.
Jo. 25 Hi sunt palmites illi infructuosi | a vera vite abscindendi | & cum nullum sancte
actionis humorem habentes exaruerint | mittendi in ignem vt ardeant. Tempus
enim ad beneagendum datum | nihil agendo cōsumpserunt. defoderūtq; in ter
ra talentum | a domino ideo commodatum vt rediens exigat illud cum foenore.
& si hac lege talentum istud accipimus | quomodo restituemus | si lucri nihil feceri
mus? Postremo qui animo imbecillo est | ne fidelis quidem esse poterit. Semper
enim dubius pendet | & dum errare metuit errat. diuersarum gētium diuersas con
syderat sectas | & cui earū adherendum sit | incertus fluctuat. Cum nulla verior cre
dibiliorq; religio sit | q̄ que deo autore tradita est hominibus. Istos vero qui ad
huc in ambiguo versantes nihil affirmare audēt | pusilli animi esse declarat ipse
mar. 4 dominus | qui discipulis tēpestatem formidantibus | Quid inquit timidi estis |
necdum habetis fidē? de talibus alibi ait | Ad tēpus credūt | & in tēpore tētatiōis

recedunt. Ac ne plura enumerando longius protrahatur oratio | Cuicunq; vitia dominantur | imbecillus & infirmus est. Fortis autem inuictus | cui adest virtus | quẽ non deserit ratio | qua ipse suam voluntatem a seculi voluptatibus auersam ad ea quę celo digna sũt dirigit | & ad eterna properans ea quę temporalia sunt | cõstanti atq; erecto animo contemnit.

De contemptu glorię. Cap. xvi.

Quod si in fortibus censeri cupimus | preter iam dicta hominum rumusculos & famę mundanę blandimenta ne aucupemur. Siquid benefeceris | notũ esse ei sat est | qui fideliũ hominũ benefacta eternę beatitudinis mercede cõpẽsat. Inanẽ autem gloriã semp fugiẽdam esse | Saluator noster & exẽplo mõstrauit | & preceptis docuit. Descẽdens de mõte leproso mũdato iniũxit | ne cui diceret. In hoc instruẽs | oportere nos quidem beneficos esse erga proximum | & tamen laudationes hominũ nõ q̃rere. Duobus quoq; cecis | cũ redintegratis oculis visum eis cõtulisset | cõminatus dicitur | vt cauerẽt ne quis sciat. quãuis Euãgelista subiungẽs dicat | Illi autẽ exeuntes (in domo eni sanati fuerãt) diffamauerunt eũ in tota terra illa. Ex quo discimus | beneficia quę cõtulimus tacere quidẽ | quę autẽ recepimus p̃dicare. vt in altero ostentatio | in altero vitetur ingratitudo. Iccirco ceci isti post acceptam sanitatẽ | ne iussi quidẽ silentium tenere potuerũt. neq; tamẽ ob hoc reprehenduntur. quia & dominus ideo iussit vt doceret humilitatẽ | & illi ideo nõ obedierunt | ne magis ingratitudine offenderent. Iterum gloriam hoim minime appetendã esse ostẽdens | cũ multos aduersa valitudine varijsq; morbis oppssos pristinę sanitati restituisset | precepit eis (vt Mattheus ait) ne manifestũ se facerent. Quanq̃ enim nõ possumus nõ esse mãifesti | quoties erga plurimos pietate liberalitateq; vtimur | nulli tamẽ alij | nisi soli deo hoc qd̃ p ei⁹ amore p̄stam⁹ | notũ fieri | cupe debemus. Queãdmodũ in ijs q graui morbo liberati sunt | sanitas latere nõ poterat | & tamen ipse qui eam induxit medicus | quasi latere posset | ne vulgaretur imperauit. testatus bona quidẽ omni loco omni tẽpore faciẽda esse | nõ tamen ideo vt alij sciant | sed vt obsequiũ p̄stetur deo | qui ea fieri precipit | ad suam nõ ad hominum gloriam | vt eam mercedẽ | quam nemo alius prestare potest | ab ipso recipere mereamur. Nullo modo celari potest illius vita | quem mortuũ fuisse omnibus manifestũ est | & tamẽ domin⁹ filia Archisynagogi suscitata nõ solũ p̄cepisse dicit | sed vehemẽter p̄cepisse | vt nemo id sciret. Quorsum ergo spectat | qd̃ ita p̄cipiat | nisi ne per bonũ qd̃ agimus | vulgi voculas requiramus? qui eni id captãt | mercedẽ a domino promissam nõ merentur. Sed queri põt | cũ toties opa sua p̄ceptor humilitatis celari iusserit | cur apud Gergezeos demoniaco sanato dixit | Redi in domũ tuã | & narra quãta tibi fecit deus. quare hic nunciari mãdat | qd̃ in supradictis tegi silẽtio precipit? rñdemus quia alibi de se tãq̃ de homine silentiũ imponẽdo iactantiã vitãdã docuit. hic autem quasi de deo narrari oportere nõ dissimulauit. vt & nos q̃cquid bene agimus | nõ ad nostrã sed ad dei laudẽ referamus. itaq; nõ dixit | quãta ego | sed quãta tibi fecit deus. Illud quoq; qualiter accipi debeat | nũc indagãdũ occurrit | qd̃ in Marco scriptũ legim⁹ | Et ingressus domũ neminẽ voluit scire | & nõ potuit latere. Sed hoc apud

Marginal notes: matth. 8. — Luc. 5. mar. 9. — matth. 12 — mar. 5. — luc. 8. — mar. 7

gentiles in finibus Tyri & Sydonis gestū esse meminisse debemus | quibus nō sicut Judeis pdicādū erat euangeliū. qa ergo vulgādi gētibus euāgelij nondū tps erat | dñs Jesus noluit tūc illis nūciari p Apsos | sed tñ agnosci p miracula | his dūtaxat q vltro ad fidē ventur erāt. Nō ergo voluit aliqd qd nō potuit | sed & qūo
mar. 7 voluit latuit | & qūo noluit | latere nō potuit rogatusqʒ a muliere syrophenissa filiā eius a demonis vexatione liberauit. vt dū verbi pdicatio subtrahitur | mirabiliū opatio credere volētes inuitaret. Neqʒ enī repudiari debēt | qui nō vocati ad Christū veniūt | si etiā vocati cū venerit saluētur. Ceterū quia glorie cōtēptorē etiā inuitū ac nolētē sequitur gloria | ap eundē Euāgelistā hēmus | q Saluator nr̄ | his qui
mar. 7 surdū & mutū hoiem ad se adduxerāt | & sicut rogarūt sanum receperāt | pcepit ne cui dicerēt | sed qto magis pcipiebat vt tacerēt | tanto plus pdicabāt | & eo amplius admirabātur dicētes | Bñ oia fecit | & surdos fecit audire | & mutos Loqui. pcipiebat sane vt tacerēt | sed tñ pdicātes nō increpuit. Quo etiā nos opa nr̄a | & ad laudē nr̄am latere velimus | & ac pfectū alioꝝ nō latere. Sciebat enim ille | cui etiā futura pñtia sūt | qa magis pdicaturi erāt | qd mīus pfutur esset | & nequaqʒ ex hac causa silētiū impabat | sed ex ea | qua inanē gloriā nō admittebat. Alioqn superuacaneū foret iubere aliqd eis | quos ꝯtrariū facturos nō ignorabat. In oībus igit Justitie pietatisqʒ opibus querēde pprie laudis absit intētio | sed aliene vtilitatis cā | vt innotescamus nō desit charitas. & id quoties videbit opportunū. hoc est cū nō sit pīculū | vt vel auditor iactātie crimē imputet | vel doctor cōmittat. Qd qm̄ frequēter cōtingit | semp tutius existima | nihil d te predicare | nihil qd deo teste agis | ab alijs inspici uelle. Glorie qppe mūdane cupiditate duci oīo nefas esse
Jo. 8. etiā tūc mōstrauit dñs cū diceret | Ego nō qro gloriā meā Qui illū vere imitari desyderat | nō qrat gloriā suā | sed gloriam dei | monēte Apso ac dicēte | Siue manducatis siue bibitis | vel aliud quid facitis | oia in gloriā dei facite. Illi oia in gl'iā dei faciūt | qui nihil ex ijs que bñ laudabiliterqʒ agūt | sibi arrogāt | sed cūcta ad gratiā dei | qua semp indigem⁹ | referūt. latere volūt ne ipi laudētur | latere nolūt vt laudetur ds | obseruātes pceptū dicētis | Sic luceat lux vr̄a corā hoibus | vt videāt opa vr̄a bona | & glorificēt patrē vr̄m qui in celis est Neqʒ hoc repugnare putem⁹ alteri sniē postea dicte | attēdite ne iustitiā vr̄aʒ faciatis corā hominibus vt videamini ab eis. p hoc enī quod subiūxit | vt videamini ab eis | ostētationem facti prohibet | nō spectaculū. Eadē ratione & elemosinā fieri iubet in occulto | & orationem in abscōdito | vt totū optimi cuiusqʒ studiū sit | nō suaʒ laudem sed dei qrere. Huiuscemodi occultatōnē & parabola illa nobis insinuat | Simile est regnū celoꝝ thesauro abscōdito in agro | quem qui inuenit hō abscōdit. Thesaurum in agro | vitaʒ perfectiorē in ecclesia intellige. hāc cū inueneris | ita abscōdere debes | vt quod p gratiam spūs sancti adeptus es | per tuā inanē iactātiā non amittas. Et qm̄ hoc celeste donū comparari nō potest | nisi cōtemnatur terrena | Uadit inqt & vendit vniuersa que habet | & emit agrum illū. Renunciat enim omnibus carnis voluptatibus qui pfectus est | vt voluptate spiritus | que i deo habetur | frui possit. Quāto tamen perfectior fuerit | tanto minus latere poterit. Non potest abscōdi Ciuitas in mōte posita | neqʒ lucerna super candelabrū lucēs. Quāuis in solitudine & in mōtibus feraruʒ petat cubilia ab humāo cultu semotus | deo tamē volente proditur | vt alij suo exēplo ad calcandā mūdi gloriā celestium amore ac

Marginal notes: ad corin .i. 10. (beside "ducatis siue bibitis"); matth. 5. (beside "Sic luceat lux"); matth. 13 (beside "thesauro abscōdito").

credatur. Solus ergo in dño gloriari poterit / q vanitatis humanę põpã honoresq; cõptẽserit. Sic enim ꝛ Apls gloriatus est dicens / Absit mihi gloriari / nisi in cruce domini nostri Jesu christi / p quẽ mihi mundus crucifixus est / ꝛ ego mundo. Et si humilitas ista Sanctos deceat / profecto non sancti sed stulti sunt / qui terrenę laudis honore delectantur. Horum nunc dementia veri assertione ostendenda est / nequis errore lapsus vitium amplectatur pro virtute / ꝛ dum honorari ab hominibus appetit / a deo reprobari mereatur. Ad gala. 6.

De glorię appetitione. Cap. xvij.

Scribas ꝛ phariseos inanis glorię arguebat dñs / cum de illis diceret / Oia opa sua faciunt / vt videant ab hoibus. dilatãt eni; phylateria sua ꝛ magnificãt fimbrias. Amãt aũt p̃mos recubitus in coenis / ꝛ p̃mas cathedras in synagogis / ꝛ vocari ab hoibus rabbi. Igit qui gloriã hoium appetit / nõ Christũ / sed christi adversarios Scribas ꝛ phariseos imitat. quantoq; magis humano ore laudari cõcupiscit / tãto gravius iudicio cõdẽnat divino. Multos qdẽ vanę glię cupiditas a christi religiõe dissidere / ꝛ cõtra veritatẽ stare cõpellit. Dũ eni cęteris ingenio ꝛ eruditiõe pręstare videri volũt / scripturę sensus ab ecclia receptos atq; approbatos impugnare nitunt / nec ad hereticoꝝ pravitatẽ declinare timẽt / vt aliqd se acutius investigasse rudi plebeculę persuadeãt / ꝛ apud indoctos doctorũ laudẽ sibi comparent. Quã ob rẽ talibus est dictum. Quõ vos potestis credere / qui gloriã ab invicẽ accipitis / ꝛ gloriã quę a solo deo est non quęritis? Pleriq; autem eodem appetẽdę glorię vitio superati, tam ꝛ si fideles sint / si tamen ab infidelibus honorant / cavent ore cõfiteri, qđ corde credunt / ꝛ humanã laudẽ fide ipsa potiorem habẽt. Siquidẽ tales illi erant / de quibus Joãnes memorat dicens / Ex principibus multi crediderunt in eum / sed propter phariseos nõ confitebant / ne de synagoga eijcerentur. dilexerunt eni gloriã hoium magis q̃ gloriam dei. Quam ergo pniciosum vitium est inanis gloria / quę alios ita infatuat / vt Christũ confiteri nõ audeãt / etiã vt negare nõ vereant. Uerũ esse qđ dicimus nostrę quoq; ętatis exẽpla probãt. Uidimus nõ paucos ex Christianis trãsisse ad machumetanos / ꝛ p̃fecturę sibi collatę honore illectos / eorum ritus legesq; subisse / maluisseq; sine Christo / q̃ sine potestate vivere. Cęterum ne illi quidem / q̃uis cum fidelibus censeant / virtutum suarum fructum aliquẽ referre poterunt / qui in his non ad laudem dei / sed ad plebis plausum exercentur. Humilitatem pręse ferunt / ꝛ in postremo convivij loco discumbunt / nõ quia humiles sint / sed vt esse videant. vel sicut in euangelio dicit / Exterminant facies suas / vt appareãt hominibus ieiunãtes. elemosynas faciũt ꝛ tubis insonãt ostẽtationis / vt misericordiũ sibi laudem vẽdicent. atq; ita bonũ opus malo fini corrumpũt. Cumq; ab ipso bonarum actionũ remuneratore deo mercedẽ recipere potuissent ęternam / fragilẽ ꝛ caducam malunt / fucum videlicet istum volatilẽ aurę popularis. Huius tam perversę sãctimonię ꝛ illi erãt / qui salvatorẽ nostrũ interrogarũt / dicentes / Quare nos ꝛ pharisei ieiunamus freqnẽter / discipuli autẽ tui non ieiunant? Quę aũt vtilitas est / vacuũ cibo gerere vẽtrem / ꝛ glorię cupiditate repleri? Hac tamen ꝛ phariseus ille refertus erat / quem certe nec coram deo puduit arrogantius q̃ decebat sese

matth. 23.

Jo. 5

Jo. 12

matth. 5.

matth. 9

Lu.18 efferre. Deus gratias ago tibi inqt | quia nõ sũ sicut cęteri homines | raptores |
iniusti | adulteri | veluti etiam hic publicanus. Ieiuno bis in sabbato | decimas do
omniũ quę possideo. Grãs quidẽ deo agere debuit | sed alijs detrahere seq3 tam
improba iactatione efferre nõ debuit. Sic reliquos despexit | quasi sibi ęquãdus
esset nemo. sic semetipsũ cõmendauit | quasi ad ea quę pficiebat | nihil vltra addi
oporteret. cũ ieiunare adiumentum potius virtutis q3 virtus sit | ⁊ decimas dare
ęs alienu3 soluere | nõ aliquid sua spõte offerre. Tantũ autẽ a ꝯ ostentatione profe
cit | vt publicano quẽ procaciter taxauerat | minus iustus de tẽplo discederet | do
cumẽtoq3 esset peccatorem qui se humiliat | magis esse deo charũ | q3 innocẽtem |
qui se se alijs pręferendũ iactat | Non possumus tamen | quin tãgamur aliquan
do glorię palpatione | sed statim aduocanda ratio est | vt quod caro blanditur |
matth. 20. mentis iudicio protinus repellatur. Nam ⁊ apostolos Zebedei filios honoris
tentauit ambitio | cum alter ad dexterã | alter ad sinistram domini | quẽ mox in
terra regnaturum putabant | sedere cõcupissent. Et quoniam terrenis adhuc affe
ctibus ducebant | risum est eis | Nescitis qd petatis. Qđ si nescit qd petat | q pceteri
cęteris appetit | nõ ne cęcos ⁊ iprouidos homines facit ipsa humanę laudis affe
ctatio? Etenim dum laudari cupiunt | ad vulgi opinionem viuant necesse est | ⁊
magis placeant simulatione q3 veritate. Necesse est etiam vt offensi irascantur |
ne timidi ⁊ abiecti reputẽtur. vt inuideant | ne alijs minoris existimationis habe
Ad gala. 6. antur | vt reliqua huiusmodi ppetrent | quę vulgus fieri amat | q3uis ea boni ⁊ ęq
ratio non admittat. Ideo sane Apostoli preceptum est | Non efficiamur inanis
glorię cupidi | inuicem prouocantes | inuicem inuidentes. Cum igitur plurimum
mali ex laudis humanę captatione soleat oriri | ⁊ nihil solidi boni nasci | quinim
mo cęlestis merces | quę nobis a domino promissa est tolli | quandoquidem illi
qui sic afficiuntur | mercedem dicuntur accepisse | contempta huiusce uanitatis
Ad Corinthi. 2. 10 cura Apostolum audiamus monentem | Qui gloriatur | in domino glorietur. nõ
enim qui seipsum commendat ille probatus est | sed quem deus commendat. Au
luc. 17 diamus ⁊ dominum precipientem | Cum omnia feceritis quę pręcepta sunt vo
Jo. j. 1. bis | dicite serui inutiles sumus. fecimus enĩ3 quod facere debuimus. Ad hęc sem
per peccatores nos esse meminerimus. Si enim dixerimus quia peccatum nõ ha
bemus | nos ipsos seducimus ⁊ veritas in nobis non est. Deniq3 nihil boni vel in
Ad corin. j. 4 nobis | vel extra nos esse | de quo quasi de nostro gloriari possimus | dicente Apo
stolo | Quid habes quod non accepisti? ⁊ si accepisti | quid gloriaris quasi non ac
ceperis? Cum ergo cuncta quę agimus aut dicimus laude digna | ad deum refe
renda sint | vt ad bonorum omnium autorem atq3 largitorem | profecto aliquid
ex his nostrę virtuti ascribere velle | summę ingratitudinis crimen est | arrogan
tięq3 non ferendę. Facile autem gloriam pręsentem contemnet | qui semper fra
gilitatis humanę memor erit. quam inprimis mortis nostrę testatur conditio. de
qua per opportune quidem nunc tractabitur.

De mortis conditione. Cap. xviij.

NOn est ibi stabilis gloria | vbi non est vita diuturna. Nobilem ignobili |
liberum seruo | diuitem pauperi | strenuum ignauo | doctum indocto |
sapientem stulto | regem deniq3 priuato ęquat mors. Et si fama superstes viuat |

quid ad te? quam voluptatem ex eo capies | si non audis quid de te post te dixerint homines? Solent illi quidem qui per adulationem viuo laudes dixerunt | de mortuo non nihil obloqui. quippe cuius iam neque beniuolentiam captent | neque vim formident. Sed esto vt lauderis & in ore viuas multorum | & hoc insuper ad te illi | qui ad inferos descendunt perferant | nunquid nuncio isto illa tibi leuare cruciatus poterunt | & non magis grauare | si ideo te noueris fuisse damnatum | quia non virtuti laborasti dum viueres | sed glorię | & hominibus magis placere quam deo sollicitus fuisti? Quam igitur imprudenter | immo quam stulte inanis gloria queritur | quę etiam in infamiam verti potest | & si non vertatur | vel ignorata nihil iuuat | vel cognita plus doloris ei cuius est affert quam consolationis. Quid profuit diuiti in euangelio quotidie splendide epulari | purpura byssoque indutum in publicum procedere | a plurimis honorari? aut quid nocuit Lazaro mendico canibus tantum qui vlcera eius lingebant | esse notum? Si hic defunctus ab Angelis in sinu Abrahę collocatur | si ille in inferno sepelitur | & in igne ardet | & gutta aquę indiget | & nullum supplicij finem sperat? Vtriusque exitum considera & iam magis optabis inglorius & ignotus deo seruire | quam quę rendę laudis gratia | vrbibus ac prouincijs imperare. Nũc reliqua | quę ad mortem hominis pertineant | euangelij loca percurrendo | more olitoris inter salubres herbas | eam tantum | quę ad presentem vsum facit decerpentis | inquiramus. Naturale est omnibus animantibus mortem timere | In his tamen quę ratione vtuntur idest in hominibus | timorem istum a natura insitum | vitę imortalis cupiditas superat ac vincit. Vtrumque de Saluatore nostro Euangelistę nobis prodidere. Sic enim in Mattheo legimus | Coepit Jesus contristari & moestus esse. tunc ait illis | Tristis est anima mea vsque ad mortem. Quamuis alij moestitię huius causam assignent non timori mortis | sed ei dolori quem capiebat ex perditione Jude proditoris | aliorumque in se credere nolentium. posset hoc tamen | quod propinqua iam passione est dictum | & ad metum mortis referri. non tam quia timuit | quam vt hac etiam in re | sicut in cęteris in se hominis naturã ostenderet. Separari autem a corpore nemo est qui vellet | nisi idem per separationem istam ad ęternam beatitudinem se transiturum speraret. Paulus apostolus nunquam dixisset | Cupio dissolui | nisi cupitę dissolutionis causa potior subesset | quam in corpore viuere. quam ipse ostendit continuo subiungens | & esse cum Christo. Christus autem postquam coepit contristari | vel vt alius Euangelista ait | tedere & pauere | ex natura passibili & infirma | ex eadem paulo post dixit | Pater mi | si possibile est | transeat a me calix iste. Sed quoniam ratio ipsa in nobis vincere debet naturalem carnis motum | nihil moratus intulit | Verum tamen nõ sicut ego volo | sed sicut tu. Vt semper dei voluntas preferatur hominis voluntati. Vis nõ timere mortem? crede in illum qui ait | Ego sum via veritas & vita hic est enim via morum | veritas fidei | vita retributionis. Propterea quidem etiam hortatur nos dicens | Amen amen dico vobis | quia qui verbum meum audit | & credit ei qui misit me | habet vitaʒ ęternam | & in iudicium non venit | sed transit a morte in vitam. Quod si in Adam morimur | & in Christo reuiuiscimus | si de morte nobis transitus est ad vitam | non est cur mortalitatem exui timeamus mox īmortalitate induendi. tantoque minus cum etiam corpus nostrum rursum assum-

luc. 16.

matth. 26

Jo. 14

Jo. 5.

luc. 8.

ad phi prturi fimus | non quale deponimus | tetrum tardū graue ignobile terrenū fragile
lipp.3. mortale | sed lucidū agile leue gloriosū | omni pristina fece carēs | nullis casib⁹ ob
noxius | beatitudinis capax | mortis expers. dicēte Apostolo | Nostra cōuersatio
in celis est | vnde ⁊ Saluatorē expectam⁹ dn̄m nostrū Jesus Christū | qui reforma
bit corpus humilitatis nostre cōformatū corpori claritatis sue. Nos hac tanta spe
cōfirmati nō solū mortē nō timere | sed etiam nullū mortis genus debem⁹ exhor
rescere. Ideo domin⁹ noster cū asperrimā tū ignominiosissimā elegit crucis mor
tem. Quē secuti sancti martyres omnes Tyrannorū minas cōtempscere | oia vice
re tormēta | magis timētes deū offendere | q̄ queq͛ extrema perpeti. Quid q͛ etiā
ps.119 multi ante persecutionē | imo ante Christū | cū nōdū paradisi ianua pateret | mo
Reg.3 ri optarit? Ingemiscens Dauid ait | Hei mihi qꝛ incolatus me⁹ plōgatus est. ⁊ He
19. lias | Sufficit mihi dn̄e | tolle aiam meā. ⁊ Job | quare nō i vulua mortu⁹ sū? egres
Job.3. sus ex vtero nō stati perij? ⁊ Jonas | Dn̄e tolle q̄so animā meā a me | qꝛ melior est
Jo.4. mihi mors q̄ vita. Qđ si hi quib⁹ adhuc clausus erat aditus regni celestis | hic de
cedere optarūt | nos timebim⁹ | qbus p Christū a maledicto iā liberatis patet pa
ps.115. radisus? quosq͛ corpore isto exutos ptinus excipit celestis claritatis habitaculū sem
ps. 33. piternū? Ob hoc ergo pbatę vitę hoies mori nō formidāt | qꝛ pciosa i cōspectu dn̄i
Apo mors Scōrū ei⁹. Ob hoc aūt impij ⁊ iniqui terrent | quia mors pcōrū pessima.
cal.14 Itaq͛ nō dolore vehemēti neq͛ imodico flectu psequi debem⁹ eorū funera | qui
fide virtuteq͛ satis pditi vixerūt. Bti eni sūt mortui qui i dn̄o moriunt | amodo di
luc. 8. cit spiritus | vt requiescāt a laborib⁹ suis. Unde nō i merito felicē taliū obitū scriptu
Jo.11. ra sepenumero dormitionē appellat | vt quiete eos ⁊ vita simul frui significet. Puel
Ad lam suscitaturus dn̄s | Nō ē mortua iquit | sed dormit. ⁊ đ Lazaro | Lazarus ami
thess. j. cus noster dormit | sed vado vt a somno excitē eū. Paulus quoq͛ cū de mortuis
4. loqueret | Fratres igr̄ nolo vos ignorare đ dormiētib⁹. Et i psalmo habet | Cū dede
ps.125. rit dilectis suis somnū. Honestiore igit q̄ mortis vocabulo mors notata ē iustorū |
qui i dn̄o viuūt. Vnđ Christus Judeorū nūcupatus est viuorū ⁊ mortuorū. Plu
ra quippe mortis gn̄a sunt. est pprie mors corporis recedēte aia | que viuificat illd.
est p metaphorā mors aie | cū ppter pctm̄ a deo discedit. est mors reorū poena i infer
no. hec in apocalypsi scđa mors appellat. Quāuis eni aia etiā peccatrix imortalis
sit | mortua tn̄ est | tū quādo i corpore nō deo viuit sed pctō | tū qn̄ in iferno poe
nas luit eternas. Nā cum mors primorū hominū in poenā peccati data sit | ipsa
poena que pro peccatis infertur | mortis interdum nomine designatur. Atq͛ ideo
sane nec ipsam corporis mortem bonā esse dicimus | quia stipendium peccati est |
quia non sine dolore est | sed tamen vt malis perniciosam | ita bonis vtilem. Alte
ri enim moriunt vt in eternum viuant | alteri vt in eternum crucientur. fugienda
ista | expetenda illa | etiam cū tormētis ⁊ supplicijs pro tpe tolerādis. Si eni tole
rabimus ⁊ conregnabimus. Magis excoctum aurum purius nitet. ⁊ terra perse
Ad Ti ferax si aratro aut ligone versata fuerit | fructus vberiores reddet. Mortis tēpore
tum.3. non est iustitie nostre operibusq͛ confidendū | sed in misericordia dei sperandum.
cū sanctus Apostolus dicat | Nō ex operibus que fecim⁹ nos | sed secūdū magnā
misericordiā suā saluos nos fecit. Aiam igit a corpore decedētē soli illi qui saluare
potest cōmēdem⁹. Qui vt hoc nobis isinuaret | iā morti ppinqu⁹ | iā spiritū tra
diturus | Pater inqt in man⁹ tuas cōmēdo spiritū meū. ⁊ hec dicēs expirauit. Et

nos ergo cõmendando animam deo | misericordiamq̃ eius implorando | ac preci
bus insistendo vitam istam finiamus. ⁊ tunc sequet̃ | qđ paulo ante diximus | Pre
ciosa in ↄ̄spectu dñi mors sctõꝝ eius | ⁊ beati mortui qui in dño moriunt̃. Ceteꝝ
sicut nõ timere mortẽ ad seruos dei pertinet | ita ecõtrario eã formidare | ad suos
mundi. Qđ vt clari⁹ ↄ̄stet | de vana p̄sentis vite cupiditate aliquid dicamus.

De vite cupiditate. Cap. xix.

SI diu viuẽdi vel vota vel cõfidẽtiã hoium recte ꝑpẽderimus | plurimos q̃
dẽ qui ita afficiunt̃ | vanitatis ĩprudẽtieq̃ arguem⁹. Diu viuere sperabat luc.12.
diues ille in euãgelio | q̄ frugũ vbertate letat⁹ dilatare cogitabat horrea | cellariaq̃
ãpliare | ⁊ his que vna estas attulerat | ꝑ ãnos multos frui. Tãtos ãt cogitatus ab
scidit nunq̃ satis ꝓuisa mors. atq̃ nocte illa | q̄ ipse sibi lõgiora felicioraq̃ vite spa
cia ꝓmittebat | coactus est decedere | ⁊ cuncta que collegerat | alijs relinq̃re possidẽ
da. Frustra igit̃ aliqđ diuturnũ fore sperat̃ | qđ stati põt deficere. Sed aliud est spe
rare vices | aliud cupe. lʒ nõ idẽ sint | alteꝝ tñ ab altero pẽdet | ⁊ ex desyderio spes |
⁊ spe orit̃ desyderiũ. Alioqn qđ stultius esse põt | q̃ cupere aliquid | quod te asse
cutuꝝ nõ speras? Sed cupis diu viuere simul ⁊ speras | verumtñ times | ne te spes
ista fallat | atq̃ ita inter spem metũq̃ dubius fluctuas. Et cum ita sit | quero abs
te | cum voti cõpos fueris cũ ad decrepitã vsq̃ etatẽ ꝑueneris | q̃diu vixisti? ãnos
centũ aut plures fortasse | si toto hoc tpe deo vixisti | ꝑclare qđẽ tecum agit̃. moꝝ
eni in eternũ viuere incipies. at si tibi tñ | male ꝑfecto reb⁹ tuis ↄ̄suluisti. Volu
ptas qppe ois que cũ etate ꝑterijt | ꝓ nihilo est | pctã aũt manẽt ⁊ ꝑdurãt qb⁹ gra
uatus aius ad inferos ruit | ibi ꝓ breuibus delitijs poenas luiturus sempiternas.
Quid qui omnium hoium breuissima vita est super terrã? atq̃ (vt Jacobus Apo
stolus ait) vapor ad modicum parẽs? Que res cũ neminẽ lateat | qđ queso tãtope
cupim⁹ | qđ velim⁹ nolum⁹ | cito ꝑtrãsituꝝ nõ ignoram⁹? Diu vixit Adã | diu Ma
thusalẽ | alijq̃ nõnulli ex patribus. Diuturnitas tñ ista senescente mũdo defecit.
Quis enim nostra memoria centesimum vite attigit annum? cum p̄sertim psal
mista dicat | Dies annorum nostrorum in ipsis. lxx. anni. si autem in potentatib⁹
lxxx. anni | ⁊ amplius eorum labor ⁊ dolor Quere si quẽ inuenire potes octogena ps.89.
rium senem sanum. neminẽ certe reperies | cui vel aures nõ obsurduerit | vel visus
nõ hebetauerit | vel pedes nõ titubẽt | manus nõ tremant | dorsum nõ curuet̃ | den
tes si qui reliqui sunt nõ fluitent | ⁊ tota corporis deformata facies non penitus alia
sit q̃ fuerat. adde tussim | apoplexiã | paralisiꝫ | stomachi cruditatẽ | vẽtris tormina |
inguinũ tumorẽ | spirãdi difficultatẽ | mingendi stranguriam | aliaq̃ huiusmodi mul
ta | que annositas ipsa secum apportat | nec corpus mõ | verum etiã mentẽ ifestans.
Videas eni plerosq̃ delyrare ꝑ etatẽ | ⁊ qui paulo ante sapiẽtes habiti erant | iam ri
diculos esse. Cũq̃ tot mala vna senectus afferat | nõne satis apparet | eũ qui diu vi
uere appetit | nõ vitã appetere | vt putat | sed morbos? Si quibus autẽ contigat | qđ
rarissimuꝫ est vt etiã in senecta integris sensibus vegetoq̃ corpe ⁊ mẽte illesa sint |
hoc donum dei est | celestisq̃ gratie fauor | nõ lõgeue etatis | que cuncta corrumpe
re consueuit | bñficium. Qđ Ecclesiasticus testat̃ dicẽs | Dedit dñs ipsi Caleph for
titudinẽ | ⁊ vsq̃ in senectutẽ ꝑmãsit illi virtus. In Job etiã legimus | Sperabã qđ

etas plixior loqueret̃ ⁊ annorũ multitudo doceret sapientiã | sed vt video spiritus
Lu.12 est in hominibus | ⁊ inspiratio oipotentis dat intelligentiam. deniq; in euãgelio
dñs | Dabo vobis inq̃t os ⁊ sapientiã. Hãc vero sapiaz ⁊ iuuenes expetere ⁊ senes
debẽt. Quã si adepti fuerit | dabunt certe operã nõ vt diu | sed vt bene viuãt | neq;
vt etate sed moribus graues sint. Nam diu viuere hoc quoq; mali habet | q̃ ne-
cesse sit | vt qui diu vixerit | mortes videat multorũ | lugeat liberorum orbitatez |
ingemiscat coniugis | fratrum | cognatorumq; funera | ⁊ frequenter exitu triste-
tur amicorum. Quin etiã vel sua vel aliorũ adhuc viuentiũ infortunia deploret.
quãdo qdẽ crebrius mala q̃ bona cõtingere mortalibus solẽt. Quas obres vnam
tm̃ habemus (vt equidẽ reor) vite diuturnioris concupiscende causam. vt videlicet
quo plus vixerimus | vberiores poenitudinis nostre fructus colligere possimus |
tantoq; maius promereri apud deum premium | quanto prolixioris tẽporis labo-
rem eidem seruiẽdo sustinuerimus. dũ ⁊ aliis prodesse optamus | ⁊ pro nobis met
ipsis cupimus facere satis. Alioquin longam vitam desyderare | non dei sed seculi
amatorũ est. qui nullo pñtium voluptatũ haustu satiantur | qui semp viuere vel-
lẽt | vt semper peccare possent. Et tamẽ male cupita senectus in eo illis bene con
sulit si venerit | q̃ lasciuiẽdi vires obscenosq; amputet affectus | ⁊ ad continẽtiam
cogat vel inuitos. Ceterum quoniam fidei integritati cõgruit | nõ solum que iussa
sunt obseruare | sed etiam que consulta perficere | opportune nunc occurrit | de p
fecte religionis professione facere sermonem.

De perfectione vite. Cap. xx.

matth. 22 Perfectioris vite conuiuiũ est | ad qd̃ inuitat nos dñs. multos quidem vo-
cat | sed nõ omnes qui vocati sunt veniunt. aliũ retinet corporis voluptas |
aliũ cumulandarum opum cupiditas impedit. de quibus dicit̃. Illi aũt neglexe-
rũt | ⁊ abierunt | alius in villam suam | alius vero ad negociationem suã. His gra
uati venire omnino nequeunt. Deponendũ est ergo onus | si altiora cupis ascen-
matth. 10 dere ⁊ de paucorũ esse numero electorũ. Tunc te vere a deo electũ esse noueris | cũ
magno aio illa que multorũ sunt contẽnere coeperis | ⁊ omnẽ prorsus affectuz ad
solum Christũ conuerteris | solũ imitari statueris. Ait eni | Qui amat patrẽ aut ma
trẽ plusq̃ me | nõ est me dignus. qui amat filiũ aut filiam super me non est me di-
gnus. Ita tuos ama | vt deũ non offendas. alioquin plus te illos diligere argue-
ris | quorum cã peccare non timueris. quãdo qdẽ etiã ppria mors magis est eligẽ
da | q̃ crimen cõmittendũ. Ideo subditur | Et qui nõ accipit crucẽ suam ⁊ sequit̃
me | non est me dignus. Etenim queadmodum ipse crucifigi voluit | vt nos redi-
meret | ita tu crucis mortem timere non debes dum tuũ confiteris redemptorem.
Tũc autẽ vere viuere incipis | cũ pro eius noĩe occideris. Qui perdiderit animam
suam inquit propter me | inueniet eam. Transit enim de morte ad vitam | de ter-
reno habitaculo ad celeste regnum | semper beatus futurus qui mori inocens ma
luit q̃ nocens viuere. Solent autem parentes cognatiq; qui mundana sapiunt |
modis oibus iter impedire ad perfectionem tendentium. conqueruntur se dereli
ctos | omni se solatio destitutos. Qua in re cauendum est | ne nostra erga paren-
tes pietas | impietas fiat in deum. Contemnẽdi qppe sunt | quoties a dei seruitio

auertere nos moliuntur | z quasi odio habẽdi | ne nos odio simus deo | si vocatio
nes eius atq; inuitamenta crebro cordibus nostris infusa neglexerimus. Cum pre
sertim ipse dominus noster dicat | Siquis venit ad me | z non odit patrem suum lu. 14
z matrem z vxorem z filios z fratres z sorores | adhuc autẽ z animam suã | nõ po
test meus esse discipulus. deniq; ait | Qui non renunciat omnibus que possidet |
nõ potest meus esse discipulus. Non potest toto pietatis affectu inherere Christo |
cuius animus aliqua terrenarum rerum cura in diuersum distrahitur. In eo enim
deficiat necesse est | in quo adhuc aliqua carnali cupiditate inclinatur. Propterea matth.
quidem vocati Apostoli | quoniam aliter sequi Christum non poterant | z retia 4
z patrem reliquerunt. Non poterant effici Christi discipuli | nisi per omnia ei se cõ
formari studuissent | emularenturq; eius paupertatem | humilitatem | castitatem |
docendi studium | omnes viuendi curam | omnia sustinendi patiẽtiã. Siquis luc. 16
vult inquid post me venire | abneget semetipsum | z tollat crucem suam | z sequa-
tur me. Abnegat semetipsum | qui non iam carni paret sed spiritui | non iam mun
do sed mundi domino seruit. vt longe alius sit | q̃ qui hactenus fuerit. Tollit au
tem crucem suam | qui pro veritate asserenda nec supplicia deuitat | nec mortem
horret | atq; ita Christum sequitur. Ille enim cum dominus esset | formã serui ac-
cepit | z qui in se impassibilis erat | in homine assumpto crucem passus est. ne id
nos pro nomine eius subire timeremus | quod ille pro amore nostro proferre vo-
luit. Ne autem paupertatem metuas | Querite inquit primum regnũ dei | z hec
omnia que videlicet vite necessaria sunt | adijcientur vobis. Ne etiam mortem ex
horrescas ait | Qui credit in me | non morietur in eternum. ne deniq; supplicijs
terrearis | Mundus inquit gaudebit | vos vero contristabimini | sed tristicia ve-
stra conuertetur in gaudium. Tu interea si perfecte consumateq; religionis labo-
ribus implicari durum putas | promisse mercedis magnitudinem considera ait
enim | Vos qui secuti estis me in regeneratione cũ sederit filius hominis in sede mar. 19
maiestatis sue | sedebitis z vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tri-
bus israel. Perfectis ergo suam communicaturus est dignitatem | qui cum ipso cõ-
municare non dubitarunt laborum angustiarumq; patientiam. Duodecim autẽ
sunt qui iudicant | z totidem qui iudicantur. quia illi filij lucis sunt tanq̃ duode-
cim hore diei. hi vero filij tenebrarum sub eodem nocturnarum horarum nume-
ro comprehensi. Quãuis enim nõ omnes clamãdi sint | minus tamen illis clari |
quos perfectionis opa cõmendant. Sequit. Et omnis qui reliquerit domum vel
fratres vel sorores aut patrem aut matrem aut vxores aut filios aut agros propter
nomen meum | centuplũ accipiet z vitam eternam possidebit. hoc est sublimiorẽ
beatitudinis obtinebit gradum vitaq; perenni perfruetur. Exquisite enim sancti
tatis viri | licet vite eternitate alijs in paradiso Sanctis pares erunt | beatitudi-
nis tamen magnitudine atq; gloria illis prestabunt. dicente Apostolo | Stella enĩ ab co
a stella differt in claritate | sic z resurrectio mortuorum. Quanto quis plenius in rinth. j.
se Christi similitudinem expresserit eum hic imitando | tanto illi proximior est fu 15
turus in celesti regno. Hoc certe ipse pollicetur dicens. Siquis mihi ministrat |
me | sequatur | z vbi ego sum | illic z minister meus erit. Siquis mihi ministra- Jo. 12
uerit | honorificabit eum pater meus. Hec talia si recte perpenderis | pfecto iam
nihil tibi aut factu difficile videbitur | aut toleratu durũ. Jam tibi sedebit animo

vendere vniuersa que habes: diuitias | voluptates | cõcupiscentias | & emere thesaurum illud pre omnibus mũdi thesauris cõcupiscendũ | nũc quidẽ in enygmate absconditũ | tunc autem manifestũ futurum | cum videbimus illud sicuti est. hoc idem enim est & speciosa margarita | qua comparata nihil erit vltra desyderãdũ | cum omnis plenitudo gratie in Christo sit. in quo sunt omnes thesauri sapiẽtie & sciẽtie
Ad co. absconditi. In ipso enim inhabitat (vt Apostolus ait) omnis plenitudo diuinita
loss. 2. tis corporaliter. Libẽter igitur eliges esse cũ Christo paup | vt in deo diues sis. optabis cũ illo emori mũdo | vt viuas deo. terrena deniq omnia sordere tibi incipient | cum in cordis tui hospitiolo susceperis Christũ. Nihil illo est dultius | nihil suaui⁹. Iure suo dixit | cũ ad sui seruitiũ fideles inuitaret | iugum meũ suaue est | & onus meum leue. Hoc diuinus psalmista | sensit dicẽs | Gustate & videte | quoniam suauis est dominus. Hac certe dulcedine affecti erãt Apostoli | cũ inter flagella gau
matth. derent: quoniã digni habiti sunt pro nomine Iesu cõtumelias pati. Et cum sęuissi
.II. mi Tyrãni tormenta proponerẽt | necẽ minarentur | ne Iesum euãgelizarẽt tace
ps. 33. re omnino non poterant. tãto illis nomẽ dñi sui iocundius fuit | q̃ vite pñtis vsus | aut doloris p supplicia infligẽdi cura fio. Tales itaq esse debẽt qui volũt montẽ excelsum cõscẽdere cũ Petro | & operarij fieri vinee dñi | & abiecta seculi huius sarcina p foramẽ acus trãsire | percalcatisq mũdi angustijs ad brãm illam regni celestis amplitudinẽ puenire. Tu igit qui relicta syndone nudus ipiorũ manus effugisti | ne reuertaris tollere tunicã tuam | nec aratrũ tenẽs respicias retro | vt aliquãdo impudẽter concupiscere incipias | qd pter Christũ prudenter reliquisti. Multo melius est non vouisse viam perfectionis | q̃ postq̃ voueris regredi velle | & cum Anania Saphiraq spiritui sancto mentiri audere.

De vita solitaria. Cap. xxj.

Huic excellẽtissime professioni accõmodatissima solicitudo est. Da igit operam | vt in coenobio cella | in deserto locus ab humano cultu vacuus | legẽdi | scribẽdi | orãdi | & ea que eterna sunt contẽplãdi opportunitatẽ tibi prestẽt. Nulla horũ libera meditatio habetur in frequẽtia coetuq multorũ. Vulgi clamor | vrbani tumultus | amicorum interpellatio | mulierum conspectus | cognatorum mores | mentẽ deo intentam conturbant | nec in illo conquiescere ipsam pro voto sinunt. In solitudine autem concupiscẽtie quoq magna pars tollitur | dũ illa que male cõcupiscuntur | nostris aspectibus procul submota latent. cũ multo magis visa moueant animum q̃ cogitata | & quod rarius cernitur | facilius obliteretur. Quantũ preterea viro religioni dedito conferat ipsa solitudo | ex euangelio discit. Principis
matth. filia vita defuncta non ante a morte suscitat | q̃ tibicines & tumultuantiũ turba ex
.9. cluderetur. Solitudo itaq precipue querẽda est | vt anima in peccatis mortua per poenitentiam ad gratiam viuificantem reuocetur. Quoniam vt modo diximus | & pessime animi cupidines minus in secessu virtũ habẽt | & mẽs terrenarum rerum curis expedita ad contẽplanda diuina magis attollit. dicente ad discipulos dño | Venite seorsũ in desertũ locũ | & requiescite pusillũ. Multa qdẽ vbiq pugna | sed tñ
matth. in desto reges aliq̃ quãuis pusilla. Certior aũt ibi vincẽdi spes est | vbi post laborẽ
.6. ad vires refocilãdas nõnulla qetis pcedit mora. Qd nobis innuere volẽs dñs | in pe

sto tēta' a diabolo collatis signis victoria potitur. fuso deniqꝫ fugatoqꝫ hoste triū phans Angelorum vtitur ministerio. scriptum est enim | Tunc reliquit eum diabolus | ⁊ ecce Angeli accesserunt | ⁊ ministrabant ei. Idem eos qui in Iudea sūt | vt ad montes fugiant hortatur. Iudea cōfessio ⁊ glorificatio interpretatur | vt is qui Christum cōfitetur | ⁊ ad celsiorem beatitatis gloriam aspirat | frequentiā fugiat solitudineqꝫ delectetur. Quod si docendi officio fungitur | ⁊ vicos vrbesqꝫ peragrare necesse est | tantisper in publicū prodeat | donec populo saluti congrua per sermonem insinuet. Erat enim Iesus (vt Lucas ait) diebus docēs in templo | noctibus vero exiens morabatur in monte | qui vocatur oliueti. vt nobis ostēderet ⁊ tēpus ⁊ locū orationi cōtemplationiqꝫ aptū. Cōmodissime enim tūc oratur | cū cuncta silent. Inter orandū autem in montē ascēdere iuberis | vt sicut montiū fastigia cęlo proximant | ita tu ad cęlestia cōtemplanda animo subleueris. Hoc ipsuꝫ Marcus quoqꝫ testatus est dicens | Et cū dimisisset eos | quos videlicet docuerat | abijt in montem orare. Dominus ergo noster | quod verbis docuit | hoc exēplo monstrauit | in ipso orationis tēpore secedēdū esse a turba | ⁊ in loco secretiore orandū. Unde iterum Lucas | Ipse autem secedebat inquit in desertū ⁊ orabat. Desertū istud mons oliueti erat. mons autē cōtemplationis altitudinē designat. Sed ad hanc altitudinem ascendere nequim' | nisi hominuꝫ frequentiā fugerimus. Zacheus prę turba non poterat videre Iesum. Difficile est enim in medio plebis versari | ⁊ mētem in deo fixam firmāqꝫ habere. ascendit ergo arboreꝫ sicomorū vt videret Iesuꝫ | altiusqꝫ se se cęteris erexit | non superbia sed cogitatiōe | extra turbam quęrens | quod in turba inuenire non poterat. Ioānes quoqꝫ bap. in matris aluo sanctificatus | vt sanctior fieret | desertum incoluit. ibi manens Christū baptiçare meruit | ⁊ de illo prophetare | ⁊ ab illo testimoniuꝫ accipere dicēte | Inter natos mulierū nō surrexit maior Ioāne bap. atqꝫ hunc eundē | queꝫ homines vt prophetā honorabant | ipse plusqꝫ pphetā esse asseruit. Postremo ipse domin' Petro Iacobo Ioāni diuinitatis suę claritatē ostensurus | non solū in montē | sed in montē excelsum duxisse eos dicit. Tanta visione non poterant esse digni | nisi a turba secederent | ⁊ humana transgressi sublimitate cōtemplationis cęlestibus insererētur. Ex his quę dicta sunt | discere possumus | vt ille per qꝫ raro cōuersetur cū hominib' | qui sępe cum deo esse desyderat. Nunc his qui sacerdotalibus initiari sacramentis volunt ostendemus | quibus rebus ⁊ bonus constet Sacerdos | ⁊ malus efficiatur | vt discant | quę sibi expetenda quęqꝫ fugienda sint | vt bonorum potius gloriam consequantur | qꝫ in sortem concedant malorum.

matth. 4.
luc. 21.
luc. 21.
mar. 6
luc. 5.
lu. 19.
luc. 7.
mar. 9

De bono Sacerdote. Cap. xxij.

TAnta ac talis dignitas sacerdotalis est | vt nulla maior homini cōferri possit. ⁊ quoniaꝫ angelicę sublimitati exeqt | Sacerdos ipse aliquādo in scripturis Angelus est appellat'. vt illud Malachię | Labia Sacerdotis custodiūt sciam | ⁊ legē requirēt ex ore ei' | qr Angelus est dni exercituū. Ioānes etiā in apocalipsi | septē Angelis | septē in Asia ecclesiaꝫ episcopis scribere iubet. hoc est | ephesi | Smyrnę | Pergami | Thiatyrę | Sardis | philadelphię ⁊ Laodicię. In his singulis singuli episcopi erant | ⁊ officij sacerdotalis merito Angeli nominātur. Hoc tamē mi

2.
2.



nus mirabimur | si meminerimus ipsum dei filiū Jesum Christū Sacerdotē fa
ctum | deo patre ad eum dicente | Tu es Sacerdos in eternū secundum ordinē
Melchisedech. Nihil isto Sacerdote maius | nihil mirabilius excogitari potest |
ita nec Sacerdocij honore quicq̄ prestantius haberi. Ceterum iuxta domini sentē
luc.12. tiam | Cui multum datū est | multum petent ab eo. Omnibus ergo virtutibus
excultum atq̄ exornatū oportet esse Sacerdotem. Ut igitur vere Sacerdos sit | ne
cessaria est illi sobrietas | castitas | fides | charitas | iustitia | prudentia | scientia |
terrenarumq̄ rerum contemptus | et celestium desyderiū atq̄ amor. Ut sit sobrius
44. dominum audiat in Ezechiele precipientem | Uinū non bibet omnis Sacerdos |
10. quando ingressus est atrium interius. quod ante in Leuitico ad Aaron ita dictum
est | Uinum et omne quod inebriare potest | non bibetis tu et filij tui | quando in
trabitis in tabernaculum testimonij | ne moriamini. Nec aliter noster Pōtifex no
luc.21. ster Christus monuisse suos discipulos videtur | cū diceret | Attendite ne forte gra
uentur corda vestra in ebrietate et crapula et in curis huius seculi. Castum quoq̄
oportere esse Sacerdotem et carnalis copule abstinentem idem dominus docuit |
luc.12. Apostolis imperans vt precingant lumbos suos | et lucernas ardentes in manibus
habeant. Lucerne in manibus opera iustitie sunt | quorum fundamentum casti
tatem esse voluit | dum Lumbos prius | in quibus generandi vis est | restringi iu
bet Balteo castitatis. Ueteri vero lege ideo concessum Sacerdotibus fuit matri
monium | quia sola tribus Leui et domus Aaron sacerdotalis erat. nec alijs lice
bat hoc fungi officio. Ne igitur Leuitarum genus in paucis conclusum deficeret |
reparandum per connubia erat. At nūc non carnis queritur successio sed spiri
tus | translatoq̄ Sacerdotio ad Tribum Juda idest ad Christum | quicunq̄ chri
stianus est | nisi vxori alligatus fuerit | potest eligi in Sacerdotem. Omnes tamē
qui Christo in Sacerdotio succedunt | castos esse decet | sicut et ipse castus fuit. vt
noui Sacerdotij tāto purior successio sit q̄ veteris | quāto et Sacerdos noster Chri
stus omnibus qui ante illum hoc munere vsi sunt | noscitur esse prestantior. Neq̄
enim arietū vt olim aut vitulorū sanguine nūc sacrificat | sed ipse Christus verus
deus et verus hō | viuus et imortalis | licet aliena specie velatus offertur. Quod si
Esa.52 etiam Priscis dictum sit | Mundamini qui fertis vasa domini. quanto magis no
stris conuenit omnis mūdicies? q̄bus nō solū ferre vasa dn̄i | sed etiā ipsum dn̄m
quotidie et ꝯtrectare manibus et ore sumere mos est. Tā igit' mēte q̄ corpe mundus
castusq̄ sit | qui ad eiusmodi ministerium se nouerit esse electū. Imprimis tamen
fidelem esse ꝯuenit. Quid enī castitas aut aliqua alia virtus ei prodesse poterit |
si qua orthodoxe fidei pars in illo labascere coeperit? Fide igitur opus est | vt reliq̄
matth. recte prospereq̄ succedāt. Quis est inq̄t fidelis ſuus et prudens | quē ꝯstituit dn̄s
24 sup familiā suā | vt det illis cibum in tpe? Familie dei Sacerdotes ꝑpositi sunt | vt
verbi exēpliq̄ cibo eā pascāt. q si fideles ac prudētes fuerint | beatitudinis quoq̄
magnitudine ceteris ꝑferent. Seq̄t enī | Quē sic agētē inuenerit dn̄s | sup oia bona
sua ꝯstituet eū. vt q multos fideliꝰ docuit prudētq̄ rexit | multis inter Sctōs hono
rabilior magnificētiorq̄ hēat. charitatē et pcipue amplecti dꝫ Sacerdos | vt cui vni
Jo.10. cōmissa cura animaꝝ est. Pro eaꝝ salute | si ita casus acciderit | nec supplicia recuset |
nec mortē metuat. Bonus enim pastor ponit animā suā pro ouibus suis. Idem
ꝑterea iustitiā oēm | quā alios docet | ipse impleat. ne qd verbis edificat | si alit' ac pdi

pie vixerit | exẽplo ōstruat atq; dissipet. Nisi abūdauerit iustitia vr̃a inqt dñs | plus matth.
q̃ Scribarū & phariseorū | non intrabitis in regnū cęlorum. Prudentia quoq; 5.
opus est sacerdoti | ad noxia queq; cauenda dolosq; diaboli declinandos. Insi-
dijs facile patebit | nisi per q̃ caute incesserit. Estote prudẽtes ait Saluator | sicut ser matth.
pentes. Callidissim⁹ omniū serpẽs diabolus est. qui ergo nō minus prudẽs erit ad 10
cauendū | q̃ diabol⁹ astutus ad nocendū | neq; blanditijs eius capiet | neq; vim
formidabit. Ut autẽ caut⁹ & circūspectus fiat sacerdos | necessariā sibi esse scriptu-
rarum scientiā nouerit | intelligentiāq; mysteriorū. sine qua neq; se ab aduersario
tueri commode poterit | neq; alios vitę doctrinis recte instruere | aut ad virtutem
apte exhortari. In Aggeo scriptum est | Interroga Sacerdotes legẽ & In Ezechie- .2.
le de sacerdotibus loquens dominus | Populū meū docebunt inquit | quid sit 44.
inter scm̄ & pollutū inter mūdū & inmūdū ostẽdẽt eis | & cū fuerit ↄtrouersia | stabūt in
iudicijs meis | & iudicabūt. Exigitur ergo a Sacerdote vt eruditus in lege sit | & quic
quid in sacris litteris continetur | pro viribus ediscat | alioquin Sacerdotio indi
gnus existimabitur | dicente domino per Osee ꝓphetam | Quia tu scientiā repu- 4.
listi | repellā te ne sacerdotio fungaris mihi. Postremo loco diximus | ꝓsentiū cōtem
ptorem esse Sacerdotẽ. Nā si Christi minister fuerit | paruo erit contentus | dum
summa sperat. & vt dominum suū imitetur | paupertate gaudebit | diuitias cōtem
net. Neq; enim potest esse talis magistri discipulus | nisi renunciet omnib⁹ quę pos
sidet | vt caduca respuens dignus euadat | cui tribuant ęterna. Sed ne in veteri
quidem lege Leuitis data est possessio in tribub⁹ | vt scirent non in terra sed in cęlo
sibi possessionẽ esse quęrendā. dicẽte domino ad Aaron | In terra eorū nihil possi nume.
debitis | nec habebitis partẽ inter eos | ego pars & hereditas tua in medio filiorum 18.
Israel. decimis igit̃ & elemosinis | quę altari offerunt | viuat q seruit altari. Quod
autẽ necessario victui superest | indigẽtibus tribuat | dispẽsatorẽq; se esse agnoscat
bonorū ecclesię non possessorem. Apostolis & eorum successoribus pręceptum esse
meminerit | Nolite possidere aurum neq; argẽtū | neq; pecuniā in zonis vestris. matth.
Quid tibi cū diuitijs | si illius domini seru⁹ es | qui non habuit in terra vbi caput 10.
reclinaret suū | neq; didracmā | qua ꝓ se & discipulo solueret portoriū? domini in
quā in stabulo geniti | in pręsepio positi | in cruce nudi | in sepulchro cōditi alieno
nihil deniq; in hoc sęculo quasi suū possidentis. non quia non liceret ei frui oībus
si vellet | cū esset dominus omniū | sed vt doceret non esse ei opus terrenis diuitijs
qui ad cęlestes thesauros aspiraret | difficileq; esse duob⁹ dominis seruire deo & mā
monę | difficillimū vero vt quis auri argentiq; pōdere grauatus ad ętheria regna
possit conscendere. Ex his igitur quę dicta sunt | eum sacerdotij honore dignū cẽ
sebim⁹ | qui sobrie | pudice | fideli | pie iusteq; vixerit | qui in cauẽdo prudẽs | in
erudiẽdo doct⁹ | in ↄcupiscẽdo modicus | & in obsequẽdo ei cui se ꝺdicauit | fuerit
assidu⁹. Quisquis autẽ se se talẽ in sacerdotio exhibuerit | hic vere erit sal terre | cu matth.
ius doctrinis cęterorū corda ne in peccatis putrescāt cōdiuntur. erit lux mūdi | ciui 5.
tas supra montẽ posita | lucerna super cādelabrū lucẽs | vt omnib⁹ cōspicu⁹ omnes
qui sancte innocẽterq; volẽt viuere | suo illuminet exẽplo | suę famę gloria cōcitet
ad virtutẽ. Hic demū de terris ad cęlū trāslatus illorū ꝑpetuo fruet cōsortio | illorū
perẽnis beatitatis erit particeps | quib⁹ in psalmo spiritus sanctus loquitur dicẽs |
Sacerdotes ei⁹ induā salutari & sancti ei⁹ exultatione exultabūt. Christū enim in ps. 131

duẽt| eiq; felicit adhęrebũt| q in ecclia vices Xpi| sicut oportuit| gerere studuerit.

De malo Sacerdote. Cap. xxiij.

Porro sicut lux tenebris collata luculentior videri consueuit| ita appetibilior fit virtus quoties contrarij vitij malignitas mõstratur. Cum igitur de bono Sacerdote satis dictum sit| operępręcium est| quẽadmodum proposuim⁹| vt aliquid etiam de malo dicamus. Malus est Sacerdos| qui nõ potest dicere cũ
ps. 118 propheta| Portio mea dominus. cum terrenis opibus inhiet| ꝛ nõ solũ his quę possidet non renunciet| sed etiam ea quę nondũ adeptus est| cupide affectet. Sũt quos negociari in domo dei non pudet| imo nec foenerari| ecclesiasticasq; dignitates ambitione atq; largitionibus comparare. quas cum aquisierint| cuncta ecclesię bona quę pauperibus distribuenda erant| in suos vsus conuertunt. Hi sunt quos vendentes ꝛ ementes de templo suo eijcit dominus dicens| Domus mea
matth. domus orationis est| vos autem fecistis eam speluncam latronũ. Merito igitur
21. talium cathedras euertit| ꝛ eum principibus populi sui in cęlestibus considere ꝓhibet| vt pote quibus non celestis boni adipiscendi sed terreni abutẽdi cura semper ac studium fuit. Nihil pensi habuerunt prodesse cõmissę sibi plebi| delinquẽtes corripere, bonos fouere| afflictos consolari| dubijs consulere. sed ignauię atq; ocio dediti magis ventrẽ suum q̃ gregẽ dominicũ pascere soliciti fuere. Malus item est Sacerdos| qui videt lupũ venientẽ id est| hereticum aliquem puersa doctrina fideli gregi insidiantẽ| ꝛ illius dolo alios rapi| alios dispergi| alios mactari| nec tamen it obuiã perfidię| sed auersus fugit. ita vt fugiendo ostendat se pastoris
Jo. 10. nomine indignum. vnde dicit| Mercenarius fugit| q: mercenarius est| ꝛ non pertinet ad eum de ouibus. Non quia nõ pertineat ad eum| sed q: sic agat| tanq̃ nihil omnino ad eum pertineat. quando quidẽ non animarũ lucrũ sed pecunię quęritet| terrenãq; mercedem cęlestibus pręferat diuitijs. Talium auaritiam per
1. Malachiam ꝓphetã redarguit dñs dicẽs| Quis est in vobis qui claudat ostia ꝛ incendat altare meũ gratuito? Et qm̃ qui eiuscemodi vitio laborant| a deo reprobati sunt| sequitur| Non est mihi voluntas in vobis dicit dñs exercituum| ꝛ munus non suscipiam de manu vestra. Per Ezechielem vero etiã cõminatur eis dicit| Veh pastoribus Israel| qui pascebant semetipsos nonne greges| a pastoribus
4. pascuntur? lac comedebatis| ꝛ lanis operiebamini| ꝛ quod crassũ erat occidebatis| gregem autem meum non pascebatis. qđ infirmũ fuit non consolidastis| ꝛ qđ ęgrotũ non sanastis| quod confractũ est non alligastis| ꝛ quod abiectum est nõ reduxistis. sed cum austeritate imperabatis eis ꝛ cũ potentia| ꝛ dispersę sunt oues
6. meę| eo quod non esset pastor. Quo pacto enim est pastor| qui nec religiosę vitę exemplis| nec sanę doctrinę monitis gregem sibi creditum alere curat? Quo autem magis delicijs luxurieq; indulget| eo grauius in iferno suppliciũ feret. per Amos propheta dicente Domino| Veh vobis qui opulenti estis in syon| ꝛ confiditis in mõte Samarię| optimates| capita populorum| ingredientes pompatice domũ Israel. Quicquid de pastorib⁹ dr̃| ꝛ de ꝑbis dictũ intelligas. Cui eni sacramenta vitę quis ministrat| eius ꝛ pastor esse debet| quantum officio suo conuenit| monẽdo| corripiendo| ꝛ quicquid commodis eius cui pręficitur| salutiq; opportunum putabit| exequendo. Episcopi tamen proprium est ꝛ peculiare| publicos ędere

ad populũ sermones | vitia reprehẽdere | ad capessendas exhortari virtutes | trãſ
gressores legis apostolica autoritate castigare | ad poenitentiaꝫ cõuersos recipere.
Quibus in rebus si defecerit | vel per ignorantiam si nesciat | vel per negligentiaꝫ
si nolit | vel pusillanimitateꝫ si metuat | de fidelium coetu excludetur | ⁊ canibus
mutis per contumeliã comparabitur. Cur eniꝫ episcopus est | si docere nescit: aut
cur scit si non vult: aut quid velle prodest si non audet quod debet implere? Sed
neqꝫ presbiter assumat curam animarũ | si modo se ad eam rem ineptum nouerit.
Male subitur onus | quod imbecillę vires ferre nequeunt. In eos ergo | qui do-
ctoris ecclesiastici sibi munus vendicant | ⁊ nequaqꝫ docent | siue ignoratione cõ-
fusi | siue negligentia corrupti | per Esaiam exclamat dominus ⁊ ait | Speculato- 6
res eius cęci omnes | nescierunt vniuersi | canes muti non valentes latrare. ⁊ ite-
rum | Ipsi pastores inquit ignorauerunt intelligentiã | omnes in viam suã decli
nauerunt | vnusquisqꝫ ad auaritiã suam a summo vsqꝫ ad nouissimum. Perditos
autem plebis mores vulgiqꝫ licentiam illorum qui pręsunt incurię ascribi | in Eze
chiele ex verbis domini discim⁹. Si dicente me inquit ad impiũ | morte morieris | 3
non annunciaueris ei neqꝫ locutus fueris | vt auertatur a via sua impia ⁊ viuat |
ipse impius in iniquitate sua morietur | sanguinem autẽ eius de manu tua requi-
ram. Impius ergo peribit quia peccauit | Sacerdos qui eius tuendę saluti pręp-
positus est | quia tacuit | quia peccantem non increpuit | quia errantem in viam
reducere non curauit. At vero tanti periculi nõ ignarus Apostolus Timotheũ disci scda. 4
pulũ obnixe | solicite | vrgenter adiurat dicens | Testificor coram deo ⁊ Jesu chri-
sto | qui Judex est viuorum ⁊ mortuorũ | per aduentum ipsius ⁊ regnũ eius | pre
dica verbum | insta | opportune | importune | argue | obsecra | increpa | in omni
patiẽtia ⁊ doctrĩa. ⁊ paulo post | Tu vero vigila inquit | in oĩbus labora | opu⁹ fac
euãgelistę | ministeriũ tuũ imple | sobrius esto. Porro illi quorꝫ ignauia pp̃ls cor-
ruptus extra iustitię limites aberrat | ⁊ per abrupta delabiť vitiorũ | qꝫ dãnabiles
existũt | Hieremias testatur dicẽs | Vęh pastorib⁹ qui dispergũt | ⁊ dilacerãt gre- 23
gem pascuę meę dicit dñs. Quę naꝫ vel dispersio perniciosior | vel crudelior dilace
ratio | qꝫ eos qui tibi cõmissi sunt | pereuntes videre ⁊ negligere: a diabolo supe
rari ⁊ succurrere nolle: imo etiam tergiuersari ⁊ fugere: dum vereris ne quis tuis
increpationibus offensus tibi aduersetur | tibi detrahat | tibi aliquo detrimento
sit. Sed meminisse debes | quemadmodũ dominus miserit Apostolos inter gen
tes sicut agnos inter lupos | ⁊ illi prophetici cum fiducia euangelizabãt dei verbũ |
nec supplicia nec morte expauescẽtes | dũ obsequiũ pręstarẽt deo. Nihil ita metue
re debem⁹ | vt dei iudiciũ. tẽporale est quod ab hoĩb⁹ times. quod autẽ adeo maxi
me timere debes | ęternũ est. perdere corp⁹ tãtũmodo possũt hoĩes | de⁹ vero ⁊ cor
pus ⁊ aĩaꝫ mittere in gehẽnã potest. Hoc quoqꝫ mali habet negligẽtiã Sacerdotis
qꝫ dũ cõtẽnit cõtemniť | dũ timet | a nemine timeť. Sal quippe infatuatũ ad nihilũ va
let vltra | nisi vt pꝫiciať foras ⁊ cõculceť ab hoĩbus. Leue tamẽ ⁊ minimũ quiddã est
mortaliũ pati iniuriã | nisi etiã dei iudicio dãnareť. Sed in psalmis de iniquo Sa
cerdote diciť | Cũ iudicatur exeat cõdemnatus | ⁊ oratio eius fiat in peccatũ | fiãt ps. 108
dies ei⁹ pauci ⁊ episcopatũ eius accipiat alter. ⁊ alia multa | quę licet ad Judam
domini sui pditorẽ referãtur | nihilominus ad sui quoqꝫ similes redũdant. Sui autẽꝫ
similes sunt | qui ad apostolatũ electi potentiorib⁹ ita blandiũtur vt eorũ scelera

dissimulent | et sic dominum osculo prodant. eundemque etiam vendunt | dum nihil ita cupide ut lucra sectantur. Sed cum hi tam immani ingenioque supplicio destinati sint | Illi qui ut debent officio suo funguntur | dici potest | quam grandi mercede remunerabuntur.
pma. de his nempe Apostolus ad Timotheum scribens ait | Qui bene presunt Presbiteri | duplici honore digni habeantur | maxime qui laborant in verbo et doctrina. Duplici honore dignus est | cui et reverentia exhiberi debet | et victus necessarius sup
Deut. peditari. cum scriptum sit | Non alligabis os bovis triturantis. et dignus est opera
25. rius mercede sua. Tunc tamen melius duplici honore digni erunt | cum anime simul
matth. mul et corporis beatitudine perfruentur | et aliquot felicitatis gradus ceteris emi-
10 nentiores apparebunt. Satis hec de sacerdote | nunc de sanctarum lectionum studio fideli anime admodum necessario tractabimus. Nihil enim recte discitur | quod de ipso veritatis fonte non hauritur.

De studio Lectionis. Cap. xxiiij.

22. IGitur ad scripture divine studium omnes qui perfectionis iter ingredi cupiunt convocationis | cum Joanne in apocalypsi | Qui sitit veniat | et qui vult accipiat aquam vite gratis. Beati sunt qui sitiunt et esuriunt iustitiam. sed nisi scripturarum lectioni operam impendant | iustitie preceptis nequaquam saturari poterunt. Sicut autem sitientibus dulcis est potus | ita discere cupientibus divina sapit lectio. Illi dumtaxat ad celestem cibum nauseant et manna fastidiant | qui egyptiorum iurulentijs repleti. i. inani gentilium Poetarum eloquio deliniti | magis fabularum
Ad ti. fictione quam veritatis doctrina delectantur. Hi sunt qui (ut Apostolus inquit) ele-
scda. c. gerunt sibi magistros prurientes auribus | et ad fabulas conversi auditum a veri-
4. tate avertunt. Nos contempta istorum stultitia in quibus nulla solida sapientia est | illis tantummodo lectionibus incumbamus | que nobis iter | quo ad immortalitatem pervenitur ostendunt. Alioquin aquam istam vite | ad quam nos Joannes Apostolus invitat | haurire non poterimus. Veteris igitur noviqz instrumenti litteras assidue perscrutemur. In his plenissime discitur | quid facere | quid vitare | quid credere | quid amare | quid sperare nos oporteat | ut celo digni simus | cum terram reliquerimus. In his deum patrem a quo omnia | in his filium per quem omnia | in his spiritum sanctum in quo omnia facta sunt invenies. et hec tria unum deum | unam hipostasim esse melius credendo intelliges | quam intelligendo credes. Magnum quippe mysterium est sancta trinitas. humane sapientie altitudinem excedit | fide percipitur. sine qua ad beatorum eternitatem nemo transfertur. Audiamus autem in euan
Jo. 17 gelio dominum Jesum patri suo loquentem ac dicentem | Hec est vita eterna | ut cognoscant te solum deum verum et quem misisti Jesum christum. Ut igitur fide ac virtutibus proficere possimus | abeamus cum Jesu per scripturarum sata vellicantes veteris noveqz legis spicas | et ut triticum sub paleis latens comedere valeamus | confricemus eas manibus intelligentie spiritalis. promentes in lucem | quicquid sub figurarum ambage condi credimus. Nihil erit menti deo dicate iucundius | quam nosse sensum domini | et verba aliud quam sonant significantia intelligere. Et quoniam hanc spicarum confricationem sabbato ab Apostolis factam legimus | hoc admonet nos | ea que mystica sunt | commode perpendi considerariqz non posse | nisi cum secularibus

curis liberi ⁊ expediti sabbatū id est quietem agimus. Terenarum enim rerū solici
tudo legentem implicat | ⁊ ipsa in diuersuz mentē distrahens cogitatio | quę legū
tur queqꝫ audiunt | non satis intelligere permittit. Intentione animi opus est | vt
lecta percipias | ⁊ ꝑcepta ediscas teneasqꝫ memoriter. Postqꝫ autē mysticos sen-
sus litterę tegumento velatos depꝛehenderis | ⁊ eos vel ad ecclesię nouitatē | vel
ad animę vtilitatē transtuleris | adhuc altius tibi erit insurgenduz | vt etiam cęle-
stia perscruteris | ⁊ de visibilibus graduz ad inuisibilia facias. In montem excel- matth
sum ascendentibus discipulis apparuit dominus Jesus | non qua solebat specie | 17
sed longe elegantiori. Resplenduit enim facies eius vt sol | vestimēta eius alba fa-
cta sunt vt nix. Hunc montem ipse si mente conscēderis | videbis primū cuz Chri
sto loquentes Moysen ⁊ Heliam | atqꝫ intelliges legis cerimonias oraculaqꝫ pro
ꝓhetarum in Christo esse completa. ingentēqꝫ capies voluptatē | cuz talia cognosce
re coeperis. Unde etiam Petrus tam valde huiusmodi visione coepit delectari | vt
ibi figere tabernacula cuperet cęlestium oblitus. Sed neqꝫ ipse de his humiliorib⁹
oblectamentis egredi poteris | vt in sublime raptus nudam cōtempleris diuinita
tem | nisi ⁊ te sicut Apostolos lucida spiritus sancti nubes obumbrauerit | dei pa
tris vox roborauerit | ⁊ filij eius gratia illuminauerit Totius autē trinitatis fauore
supra humanę naturę conditionē erectus | nec Moysen amplius | nec Heliaz cō
spicies | sed Jesū solum. Cessant enim ⁊ figurarum vmbrę | ⁊ futura pręedicentium
vox | cum veritatis lux oritur | ⁊ quę ventura erant euenitīt. Nō est ergo nostrarū
virium | sed opis diuinę | vt quis legendo mysteria intelligat | quanto minus vt
etiam supercęlestis cōtemplationis dulcedine mens in deū eleuata perfundatur?
Hoc tamen illis frequentius cōceditur | ꝗ libros diuinos ita legunt | vt a Sancto
rum interpꝛetatione non discedāt | a peruersis sensibus | qui cum ecclesia non cō-
cordāt | penitus abhorrētes. Quęre igitur in sancta lectione bonas margaritas |
vt scias quid lex pręcipiat | quid nuncient prophetę. Sed inuenta deinde pręciosa
margarita | quę est euangelium Christi | omnibus alijs pręferendum scripturis |
eā amplectere | eam exosculare | eaz pro viatico habe cum ambulas | pro cibo cuz
recumbis | pro puluillo cum dormis | pro speculo cum vigilas. nunqꝫ euangelicus
codex vel de manibus tuis discedat | vel de memoria excat. In eo si assiduus fue-
ris | cęlestium desyderio terrena cōtemnes. ⁊ hoc quidez erit | vendere omnia quę
in pręsenti vita possidetur | ⁊ ipsam emere margaritā | quę Christi cōuersatiōe ful
get | ⁊ humane redēptionis pręcio taxatur. Quicquid autē nouum cōtinet instru-
mentum | ad euangeliuz pertinere censemus. Itaqꝫ cum euangelio ⁊ Pauli epi-
stolę ⁊ aliorum Apostolorum | ⁊ Lucę actus | ⁊ Joānis apocalypsis | ⁊ eruditorū
hominū approbati de religione tractatus frequenter in manibus habendi legen-
diqꝫ tibi erunt | vt fide stabiliaris | vt virtutibus pręstes | ⁊ in Christi domini me-
ditatione perseuerans in deo tandē conquiescas. Nihil ita innocentiā conseruat |
⁊ cordis puritatem custodit. vt scripturaruz | quas diuini homines sancto dictāte
spiritu ediderunt | quotidiana lectio. Non est vt imperitiā excuses. Lege multa | ⁊
si | solido cibo nondum vesci potes | lactis poculū ne spernas. deniqꝫ sume quod
potes fragmenta vero quę supersunt | in doctiorum cophinos colligenda dimit-
te. Homines ⁊ iumēta pascit dn̄s | doctos ⁊ indoctos admittit | neminem repellit.
In mōte Apostolos docuit | de mōte vero descēdēs ꝑdicauit plebi. Habes in euā-

gesto et vias planas | per quas incedere cum simplicib⁹ iuuat. habes et mõtes excelsos | quoꝝ altitudinẽ si adire nequiueris | mirari poterit. Medicamenta quib⁹ reb⁹ cõposita sũt | licet ignoret egrotus | psũt tñ ei | eleuátq3 langorẽ. Ita diuina verba si legant | etiam nõ intellecta, vim hñt ad animę sanitatem conferendam. Te nũc appello qui diu multũq3 in gentiliũ libris versatus es | dũ te cõptus delectat sermo | et musici poetaꝝ cantus deliniunt | quantum inde tibi emolumenti cõtraxeris parumper cogita. et cum nihil ista tibi ad salutem profuisse cognoueris | ad
luc. 5. Jesum tandẽ queso cõuersus dic cum Petro | preceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus | in verbo autem tuo laxabo rhete. et cum hoc inquit euangelista fecissent | concluserunt piscium multitudinem copiosam. Quod si demũ in scripturę sacrę pelago piscari te delectabit | tu quoq3 implebis pectoris tui nauiculam saluberrimorum pceptorum copia | quibus et ipse viuere | et alios docendo poteris sustentare. Tanta est enim diuinorum virtus verborum | vt fideliter et incorrupte et cõtente legentibus intellectũ illuminet | animum exhilaret | atq3 illa quę precipiuntur | perficiẽdi facultatem suppeditet. Quod si tacta fimbria vestimẽti domini virtus de illo exibat et sanabat omnes | quomodo sermo eius ex intimis effusus precordijs | dum legitur | dum auditur | animi male affecti morbos non curabit? et a periculis perditionis non erruet? Ergo quoties aliquo sęculi huius turbine agitaris | quoties carnis pugnam spiritus patitur | et pedibus laqui demonum inuidia tenduntur | ad euãgelicas lectiones te cõuerte | dormientẽq3 in puppi Saluatorem strepentibus inter legendum vel orandum voculis excita. statim illo imperante omnis tentationum ęstus concidet | et concupita redibit tranquillitas. Tunc etenim diuina te lectio docebit in aduersis patientiam | in prosperis modestiam | in deum pietatem | in proximos charitatẽ | pręstabitq3 in dubijs consilium | in periculis opem | in tentationum certamine victoriam. Quis hoc tibi Tullius | quis Demostenes | quis Socrates | quis Aristoteles | aut si ad poetas respicis | quis Homerus vel vergilius pferre poterit? Quãdoqdẽ nec sibi ipsis quicq3 prodesse potuerũt | veritatis nobis diuinitus reuelatę penitus ignari. Porro cũ experiri coeperis voluptatẽ atq3 fructũ quẽ tibi lectio suggeret diuina |
ps. 11 protinus cum psalmista cõcines | Eloquia domini eloquia casta | argentum igne examinatum | probatum terrę | purgatum septuplum. et q̃ dulcia faucibus meis eloquia tua dñe | super mel et fauũ ori meo. Dulcia sane in cortice eloquia do-
ps. 118 mini | sed multo dulciora in medulla. Sacros codices pie indubitanterq3 legenti adsistit Christus | applaudũt Angeli | congratulantur Sancti | et cęlestium verborum sono maligni exterrentur spiritus ac fugiunt. deniq3 nihil ita aut virtutes animi conseruat | aut vitia repellit | vt frequens diuinas literas legendi vel audiendi cura. Quo autem rarius his vacabis | eo citius cades exurgesq3 difficilius.

De auditionis cura. Cap. xxv.

Audire quoq3 quę in ecclesia legũtur | vel eos qui absq3 lectione in pulpitis declamãt | auscultare plurimum expedit. Plus etiam eruditi hominis ore prolata verba mouere solent | q̃ si eadem ipse cõscripta legeris. Nuda in libris verba iacent | quę si ab oratore aliquo apte diserteq3 recitentur | ipse gestus | ipse aspe-

cius | ipsaq; pronūciatio multū orationi addet ornamēti efficacieq; ad suadēduz
atq; dissuadendum. Delectet te igitur cum legere quę sancta sunt, tum quoties
ab alio legitur vel predicatur audire. Discipulum docilem te esse volo. Is enim
docilis est | qui docētem attēte audit. Ad huiuscemodi studium te hortatur Ec-
clesiasticus dicens | Esto mãsuetus ad audiendum verbum dei | vt intelligas | ⁊ Eccle.
cum sapiētia proferes responsum verū. quasi dicat | disce prius | ⁊ postea docebis. 5.
⁊ iterum Si inquit dilexeris audire | sapiens eris. Idem nobis precipit Jacobus Jaco-
Apostolus | cum ait | Sit autem omnis homo velox ad audiendum | tardus au bi. j.
tem ad loquendum. Temerarius enim magister est | qui non dum ipse discipuli
partes impleuit | ⁊ iam alius instruere presumit. Ut autem tacite contenteq; aus-
cultes | ⁊ non alio aures | alio mentē diuidas | in mansuetudine inquit suscipite
insitum verbum | quod potest saluare animas vestras. Inseri enim verbum non
potest | nisi in molli corde ⁊ totis viribus ad audiendum intento. verbum inquit
quod potest saluare animas vestras. Frustra quippe verbis illis prebemus audi
tum | quorum suauiloquētia aures tm̄ demulcentur | ⁊ nulla comparatur animo
vtilitas. Recte itaq; his dūtaxat intēdendum precipit | quę ad cōsequendā ęter
nam salutem nos erudiunt. Sed nec audire profecto multum prodest | nisi audi
ta memoriter retineantur | nec memoriter retinere | nisi quod memorie manda-
tum est | opere cōpleatur. Audis castitatis | patientię | mãsuetudinis | charitatis
precepta | ne sinas illa per incuriam effluere | sed corde cōplexus foue | vt cū psal
mista dicere possis | In corde meo abscōdi eloquia tua domine | vt non peccem ps. 118
tibi. Memento preterea de ipsa dei genetrice scriptum esse in euangelio | Maria luc. 2.
autem conseruabat omnia verba hęc in corde suo. Ita ⁊ tu quicqd ab ecclesię san
ctę doctoribus predicari audieris | in itima cordis aure recōde | veluti preciosuz
vnguentum in pixide | quo postea opportune vtaris ad tuam aliorumq; salutem.
Quod si terra bona fueris | nō petrosa | nō spinis obsita | susceptum verbi semen
vberem tibi fructum faciet ⁊ sicut didiceris | ita ⁊ operari incipies | ac secundum
legis euangelicę pcepta reliquū vitę cursum dirigere studebis. Alioqn neq; legere
neq; audire proderit | si ab ijs quę precipiunt | morū cōditio discors erit. Et si nos-
se desyderas quātum ignauus auditor ⁊ impiger inter se differant | audi in euange luc. 6.
lio dominum dicentem | Omnis qui venit ad me ⁊ audit sermones meos | ⁊ fa
cit eos | ostēdam vobis cui similis sit. Similis est homini ędificanti domū | qui
fodit in altum | ⁊ posuit fundamentum supra petrā. inundatione autem facta il-
lisum est flumen domui illi | ⁊ non potuit eam mouere. fundata enim erat supra
petram. Qui autem audit ⁊ non facit | similis est homini ędificāti domum suam
supra terram sine fundamento | in quam illisus est fluuius | ⁊ continuo cecidit | ⁊
facta est ruina domus illius magna. Sicut ergo infirmus ⁊ imbecillus est qui nō
facit opera | ita ad omnē malignę tentationis impetum cōstans est ⁊ stabilis | qui
assidue in bonis operibus exercetur. Quā obrem solicite nos admonet Jacobus
Apostolus ⁊ ait | Estote factores verbi ⁊ nō auditores tm̄ | fallentes vos metipsos. Jac. 1.
quia siquis auditor est verbi ⁊ non factor | hic cōparabitur viro consideranti vul
tum natiuitatis suę in speculo cōsyderauit enim se ⁊ abijt | ⁊ statim oblitus est qua
lis fuerit. qui autem pspexerit in lege perfectę libertatis | ⁊ permãserit in ea | non
auditor obliuiosus factus | sed factor opis | hic beatus in facto suo erit. Ideo qdē

z Dominus in euãgelio | Beati inqt qui audiunt verbum dei z custodiũt illud.
luc.11. Hanc itaq3 beatitudinem opere magis q3 auditione cõstare ostẽdit | dum subiun
git | z custodiunt illud. Custodiunt autẽ illud | qui bene beateq3 viuendi rationẽ
edocti peccatis | in quibus hactenus fuisse se recognoscũt | finẽ statuũt | z ab his
per poenitẽtiam resiliẽtes ad capessendas virtutes disponũtur | magnaq3 capiũt
voluptatẽ vel legendo diuina vel audiẽdo. In quo Mariam ad pedes domini se
luc.10. dentem diligẽter obserua | tantaq3 perfusam sermonis eius dulcedine | vt nulla
sororis Marthę interpellatione inde mota sit. z quoniam toto corde cęlestis magi
stri amplectebatur disciplinam | optimam partem dicitur elegisse | quę non aufe
retur ab ea. Christum enim elegerat | in cuius vnius cõtemplatione tã suauiter re
quiescebat. Quotus autẽ quisq3 est | q sic in ecclesia sacris prędicationibus inter-
esse nititur | vt pręcepta vitę absq3 opatione nõ elabi sinat? alius nullo amoris af-
fectu illa suscipit | alius tã z si donec audit aliquantulum cõpungitur | mox tamẽ
inde discedens ad cõsuetas nequitię sordes reuertitur | tãto nequior factus | quã-
to inexcusabilior. Talibus dicit dominus | Qui ex deo est verba dei audit | ppte
Jo.8 rea vos nõ auditis | quia ex deo nõ estis. Non ergo omnes qui in auditorio sunt |
audiunt verbum dei | sed is qui illud qđ audit | opere perficere contendit. z hic
qdem ex deo est | illi vero non ex deo | sed potius ex diabolo sunt | qui diaboli ob
stinationem duritiamq3 imitantur nec omnino a vitijs resipiscere quicq̃3 pẽsi ha-
bent. Itidem tibi diuini prędicatores cũ Joãne apostolo rñdebũt | si eorũ monĩ-
ta cõtempseris | dicẽtes | Nos ex deo sumus | qui nouit deum | audit nos. qui nõ
Jo.j. 4 est ex deo | non audit nos. Omnes natura ex deo sumus | vitio autem nostro fit |
vt ex deo non simus. Porro dici nõ potest | q3 pessime cũ homine illo agitur | cũ
dei creatura sit | iam non dei sed aliorum esse conuincitur.

De contemplatione. Cap.xxvj.

Quoniam autem in scripturis alia ad actionem pertinent | alia ad cõtempla
tionem | tempestiuum videtur | vt ista quę sub fidei titulo explicauimus |
contẽplandi ratione claudamus. Igitur ad consyderanda dei opera puritate men
ps.23. tis opus est. vt autoris dulcedinẽ fidelis consyderator valeat degustare. Quis enim
ascendet in montem domini | aut quis stabit in loco sancto eius | nisi inocẽs mani
bus z mundo corde? Illos ergo magis ad hanc rem idoneos esse certum est | qui
vitę probitate perfectioni euangelicę propius accedunt. Hinc Apostolis ipsis da-
tur nosse mysterium regni dei. Hinc Paulus ad tertium vsq3 raptur cęlum. Hinc
Joanni futura quibus referta est apocalypsis reuelantur | z vnica sanctę trinita-
mar 25 tis diuinitas in principio sui euãgelij declarata plenissime innotescit. Iccirco Sal
uator noster illum | quem a demonio liberauerat | continuo volentem sibi adhe-
rere non permisit | sed prius vt se exerceret iussit | alijs pręducando dei beneficiũ
quod acceperat. Necesse est autem vt sanctis actionibus q3 sępissime copuletur |
z pene assidua comes sit pia contemplatio | si in his vt debemus | perseuerare atq3
proficere cupimus. Sicut enim bene operando acquiritur vt recte ꝯtemplemur |
ita contẽplando | vt sanctius officiosiusq3 operemur. Nihil quippe ita mouet atq3
allicit animum ad colendum omnium autorẽ deum | vt opera eius cogitatione pe-

currendo | bñficiaq; perpendēdo | quę omnem taxationem supereminēt ꝛ excedūt | imensa atq; infinita | eoq; magis optanda ac desyderanda | quo minus humano in genio explicari comprehendiq; possint. Ad illa ergo consurgat animus terrenis ne gotijs expeditus | ꝛ non solum ea quę oculis cernimus | sed etiā quę intellectu per- cipiuntur cogitet. Uerum tamen ab his quę videntur incipiat | vt quasi per gradus ascendendo ad ea quę non vidētur queat peruenire. Primum itaq; cum prophe- ta ad deum conuersus dic | Meditabor in operibus tuis. Quę nā sunt opera ista? ps. 76
terra | mare | cęlum. quorum ille admiratione captus in eam tandem prorupit vo- cē | Quā magnificata sunt opera tua domine: omnia in sapientia fecisti. In medio ps. 103
enim firmasti terram sua mole libratam | partim aridam | partim aquis circūfusaȝ. collocasti tā varia in mari piscium genera q̃z in sicco quadrupedum pedibusq; ca rentium reptilium | ꝛ supra terram aera permeātium volucrum. produxisti de ter- ra tot frugum species | tot arborum | tot lapidum | tot metallorum | ꝛ qui his vte retur | prestantissimum inter animantia hominē. Tuum opus sunt cęlestia. Sol | luna | stellę | quarum cursus | naturas | formam | decoremq; oculis intuemur | ꝛ tamē qua materia constent | dicere nequimus. Tu cęlum | quo omnia ista circundantur extēdisti | quod statutis initio reuolutionibus perpetuo moueri ac circūferri vide- mus | quēadmodum cętera omnia | ꝛ nos soli (proh nefas) legem tuam toties prę- terimus? Miramur preterea nubes pendere | ventos concitari | micare ignes | ful- mina ruere pluuias | grandines | niuesq; defluere | ꝛ tellurē ab ijs irrigari. quę sin gula si digne consyderentur | tantū admirationis habent | vt nō soluȝ dei sapiētiam a quo facta sunt testentur | sed eiusdem potētiaȝ | qua nihil potentius | ꝛ bonitatē | qua nihil melius possit cogitari. Ille homines corporeos | ille incorporeos Ange- los fecit | vtrosq; ad fruendam cęlestis regni beatitudinē benignissime constituēs. Ex his tamen non parua pars per arbitrij libertatem suo aduersata est creatori Inter quos Angeli cum peccassent | a tanto bono diuina largitate sibi collato exci dere. Itaq; protinus de cęlo precipitati | ꝛ intima corruentes irreuocabili damna- tione puniti sunt. Homini autem q̃zdiu in corpore viueret | q2 ignoratione magis q̃z malicia peccauerat | datus est penitentię locus | vt quod seductus male appetē do cōmisit | dolendo emēdaret. Sed tamē pristinę gratię statum recuperare de ra dice corrupta geniti nequiuimus | donec ille qui non per copulam carnis | sed de virgine intacta p spiritum sanctum est natus | in mundum veniret | ꝛ nos corpo- ris sui sacrificio expiatos deo patri recōciliaret. Exinde credentibus atq; poeni- tentibus cęlū patere coepit. Quod siquis a malo | qd deinceps cōmisit | non se cor rexerit | atq; ita obierit ipse quoq; cum reprobis spiritibus poenis mācipabitur sempiternis. Tunc enim quisq; ratam Iudicis in se sentētiam accipit | cuȝ de cor- pore egreditur | iterum postea cum corpore simul iudicandus | cum mortui resur gent viui | ꝛ canente tuba throni positi erunt | vt quisq; illud qd viuendo meruit | pmium consequatur. Hinc demum neq; beatorum glorię vllus vnq̃z erit finis | neq; supplicij iniquorum. Atq; hec sanc sunt nouissima illa | quorum nos memo res esse iubet Salomon ne peccemus. Nihil enim vel peccandi appetituȝ magis frenat q̃z futurę damnationis metus | vel ad virtuteȝ magis excitat q̃z mercedis promissę spes. Ut igitur probe innocēterq; viuas | imitare prophetā dicentem | Co gitaui dies antiquos | ꝛ annos ęternos in mente habui. Antiqui sunt dies | q pręs ps. 6

ere unt | ⁊ ad pręsentis vitę breuitatē pertinent. anni vero ęterni ad vitę futurę infinitatem spectant. ⁊ si finiti ad infinitum nulla est comparatio | cur quęso pro breuibus delicijs amittimus ęternas? ⁊ non potius cū breui labore trāsimus ad quietem gaudij perēnis? Conscij igitur fragilitatis nostrę | nec per se bonum quod cupimus valentes perficere | leuemus oculos ad montes cum psalmista | ⁊ mente cęli culmina penetremus. Inde veniet nobis auxilium a domino | qui fecit cęlum ⁊ terram ⁊ omnia. Non possumus recte de illo aliquid speculari | nisi ab ipso adiuti | quiq; nobis relicti retro labimur | dei ac domini nostri ope subleuati vsq; ad thronum maiestatis eius perueniemus. Ad contemplādam itaq; diuinitatis altitudinem dic cum propheta | Ad te domine leuaui animam meam | deus meus in te confido. et tunc fiet quod in alio psalmo dicit | Accedet homo ad cor altum ⁊ exaltabitur deus. Quā̄q; tam alte accedere | vel tā profunde de deo cogitare nequimus | quin ille semper omni meditatiōe nostra in īmensum maior fit. exaltat tamē in nobis | quoties quę vera sunt de ipso sentimus | ⁊ queādmodum sentimus | ita nec palam confiteri metuimus. Deum autem sicuti decet contēplantibus multa interdum infunditur spiritus sancti suauitudo. qua delectatus propheta orabat dicens | Letifica animam serui tui | q; ad te domine animam meā leuaui | q; tu domine suauis ⁊ mitis ⁊ multum misericors omnibus inuocantibus te. Hac ipsa cęlestium meditationum iocunditate temperari calamitatum suarum moerorē humilis Iob optabat | cū diceret | Quis mihi tribuat vt cognoscam | ⁊ inueniā illū | ⁊ veniam vsq; ad solium eius? Tutissimum sibi refugium ratus in miserijs celsitudinis diuine contemplationē. Qui enim cęlestis ęternitatis bonum mēte complectitur | caduca omnia facile contēnit. Quosdā talis meditatio in tantū occupat | vt abstracti a sensibus toto corpore obstupescant | mortuisq; simillimi appareant | cū per dies multos nihil de necessitatibus corporis curantes īmoti mutiq; perdurēt. Id gręci extasim | nostri stuporem appellant. Hunc passus Paulus trāscendit cęlos | ⁊ audiuit arcana verba | quę nō licet homini loqui. nesciteq; se fatetur | vtrum cum corpore an extra corpus raptus fuerit | cum id sibi ptigisset. Ioānes quoq; in apocalypsi se in spiritu nō in corpore fuisse ait | cum dominum vidit. Et cum vidissem eū inquit | ceddi ad pedes eius tanq̄ mortuus. Sed quo viso per se stare nō poterat | ab eo erectus mirabili mysteriorū visione perfrui coepit. Diuus quoq; Hieronymus noster hanc se gratiā a domino quādoq; accepisse gloriat. vt secessu quodam mentis ⁊ Angelorum choris interesset | ⁊ nescio quibus oculis in vno deo vidisset trinitatem | ac per hebdomadam vel plurium dierum spacium de corpore nihil curaret. sibiq; tandem redditus | eorum quę viderat desyderio recordationeq; afficeretur ⁊ fleret. Nouit ergo dominus eis quos elegit | etiā ante mortem suę dulcedinis mella delibanda porrigere. quę tunc plenis poculis propinaturus est | cum illos omni prorsus terrenę labis fece detersa ad se sursum iusserit venire | ⁊ Sanctorum ciues ac suos domesticos fieri beatos in ęternum futuros.

(Marginalia: ps. 24; ps. 63; ps. 85; Iob. 23; ad corin. ij. cap. 12; Apocal. j.; S. hie.)

De loco ⁊ tempore contemplationis. Cap. xxvij.

Oportet rerum ⁊ locum aptum | ⁊ tempus huic rei congruum obseruare debemus. Tunc enī mens liberius intentiusq; contemplationi sue inheret | cū

a turba seccdimus | ⁊ nemine interpellante soli in solo loco sedemus | nihil aliud
agentes | nihil curantes. eis tm̃ rebus intenti | quas animo voluimus menteq; ver-
samus. Ob hoc pleriq; relictis vrbibus deserta ⁊ solitudines incolunt. existiman-
tes non posse se cõmode cum deo simul ⁊ hominibus esse. colloquijs enim eoꝝ
celestis contemplationis ardorẽ interceptum frigescere | in secessu vero in dies ma
gis accendi solere. Tempus preterea nocturnũ maxime accõmodũ videtur. Tũc
siquidem omnia animalia quiescunt. neq; hominũ neq; pecudum vox audit | nec
auicularum garritus auribus obstrepit | nihilq; sentit | quod mentẽ celi secreta ri-
mantẽ grauet aut quicq̃ molestet. Hoc tibi affirmat psalmista dicens | Meditat⁹ ps. 79.
sum in nocte cũ corde meo | ⁊ scopebã spiritũ meũ. Summũ etiam mane | dum
adhuc nox dubia ⁊ dies incertus | quod crepusculũ appellãt | non minus erit op
portunũ q̃ nox ipsa. Naꝫ tunc quoq; nocturnũ silentiũ adhuc perdurat | ⁊ quod
plus est | discusso iam sopore ciboq; digesto sincerior animus ad queq; cõsideranda
viuaciorq; cõsurgit. Unde idem propheta in alio psalmo ait | Preuenerunt oculi ps. 118
mei ad te diluculo | vt meditarer eloquia tua. Sed interim neq; nos fortasse quic-
q̃ mussitare oportet dum cõtemplamur. Loquentis enim meditatio oratio nũcu-
patur | sicut ⁊ legentis lectio | ⁊ audientis auditio. Naꝫ licet etiam orando | legẽdo
audiendo pensemus estimemusq; ea que dicuntur | proprie tamen contemplatio
ipsa est que cũ silentio | ⁊ neq; sensuũ neq; corporis | sed sola mentis agitatione
perficitur. De huiusmodi cõtemplatiõe in Hieremia scriptũ est | Sedebit solita- Tr. 3.
rius ⁊ tacebit | quia leuauit se supra se. Uerũtamen pre omnibus | que pijs animis
recolenda ⁊ cõtemplanda sunt | expediens erit | redemptionis nostre ruminare
mysteria | ⁊ eadem q̃ sepissime ad memoriaꝫ reuocare. Quãto enim maius bene-
ficium fuerit | tanto illud rememorando magis erga benefactorẽ amore accendi-
mur. Primorum parentũ preuaricatio de paradisi delicijs omnem ipsoꝝ expule
rat posteritatem | eademq; damnationis lege simul omnes ꝑmebamur. Misert⁹
autem deus filiũ suũ misit vnigenitum. qui vt pro nobis satisfaceret carnem susce-
pit serui | cũ esset omniũ dominus | viam veritatis monstrauit | cũ totus terrarũ
orbis preter Iudeaꝫ | impie religionis erroribus plenus foret. Morti eterne ob-
noxij eramus | ille vltro se morti crucis obtulit | vt nos a morte liberatos ad feli-
cia vite promissa reuocaret. Mortuus ⁊ sepultus resurrexit | celũq; cum homine
assumpto ascendit | vt homines de terre puluere tandem surrecturos mõstraret |
⁊ cum corpore iam neq; mortalitati neq; corruptioni subiecto | sicut nec ille subie
ctus est | celum petituros | si modo ipsum sequi fide opereq; voluerint. Igitur tan
ti ac talis beneficij magnitudineꝫ animo metiẽdo | quis adeo ingratus erit | vt po
tius eligat illa que caro appetit | que mundus blanditur | que suadet diabolus |
q̃ que omnium creator deus omnium redemptor ac saluator Christus iubet? cũ
presertim per ista mundati ad celeste regnum perducamur | per illa autem eterni
ignis cruciatibus mãcipandi simus. O stupendaꝫ obstinatoꝝ cecitatem. In tan
ta temporis breuitate nolunt carere voluptatibus | per quas certissimũ est ad in-
feros precipitium | ⁊ laborem tam modici temporis defugiunt | per quem aditus
ad supernam beatitudinem verissime cõparatur sine fine fruendam.

De prauis cogitationibus cauēdis. Cap. xxviij.

QUantum autem ad bene beateqȝ viuēdum cōferre solet diuinarum rerum
cōtemplatio | tantū ad male agendum alliciunt cogitationes prauę. Quę
cum etiā inuitis nobis ⁊ nolētibus frequēter obrepant | quanto violētiores putas
fore | siquādo victus manū dederis | qui nūc repugnas? Mihi crede nisi semper
bellum cum illis qȝ pacem malueris | per sensuū tuorum ianuas ad animaȝ vsqȝ
ingredientur | ⁊ per blandimēta eam subuertent | subuersam interiment. Anima
enim mala cogitatione foecunda parit peccatum. peccatuȝ vero cū ꝑpetratum fu
erit | generat mortem. Igitur tam ⁊ si aduersarius hic noster id est ꝑniciosus cogi
tatus nō potest sic penitus repelli ⁊ in fugam cōuerti | quin rursum aliquando col
lectis viribus in prelium redeat | mētisqȝ nostrę arcem oppugnet | portis instet. do
nec tamen intus non irruerit | ac dominari coeperit | tuti sumus. nec verendū est
ne forte per vim irrumpat. neminē vincit nisi volentem. De illis dūtaxat | qui se
in potestatem eius non inuite dedunt | triūphare cōsueuit | ⁊ eos ad interitū vsqȝ
perducere. Nihil itaqȝ aliud est impurę cogitationi totum animi assensum ꝓbere |
qȝ ab hoste nobis infensissimo sanguinisqȝ nostri inprimis cupido superari velle.
Manifesta autem stultitia est | ei sponte cędere | a quo nil nisi necem speres. Hoc
puer. 24 tibi testatur Salomō dicēs | Qui cogitat mala facere stultus vocabitur. Ac ne forte
de furioso | cuius error excusatur | dictum putares | continuo intulit | cogitatio
stulti peccatū est. Stultus ergo nec tamen excusabilis peccator erit | qui qcqd ap
petitio suggesserit | illud protinus curabit sequi | ⁊ carni magis qȝ spiritui seruire
decernet. Quęris quo nam pacto nō solum in factis aut dictis | verum etiam in
ipsa cogitatione possit esse peccatum? Rem alienam iniuste concupiscis | bonuȝ
alterius inuides | lęsus vindictam appetis | visę mulieris venereo amore turpiter
exardescis. ⁊ qdcunqȝ maluȝ ita cogitas | vt si posses | perficere velles | ab illo qui
etiam occultorū Iudex est | pro facto tibi imputabitur. Aliter enim deus | aliter
homo iudicat. deus quē nihil latet | in omnibus voluntatis affectum pēsat. homo
vero | quia cordis alieni secreta rimari nequit | cōmissum tantummodo crimen
examinat. nec quęrit prudens an imprudēs feceris aliquid mali | sed sēper tanqȝ
voluntariū punit. Deniqȝ apud deuȝ qui odit fratrem suum homicida est | apud
homines vero non habetur pro homicida nisi qui conficit hominem. Apud deū
qui viderit mulierem ad cōcupiscēdum eam | iam mechatus est eam in corde suo.
apud homines nisi cōmissi adulterij cōuictus fuerit | pro cōcupiscentia quę cordis
crimen est | plecti nō debet. Sed quid prodest pro cogitato flagitio humanę legis
mulctaȝ non subire | cū ꝓpter illud iuditio damneris diuino? ⁊ eterni reus habe
aris supplicij? Lex diuina vxorem proximi | bouē | ancillam | ⁊ quicqd illius est con
cupiscere prohibet. si cōcupieris tm̄ | legem dei pręuaricatus es. qui autem sic pec
cat | nisi eum poenituerit | non poenam temporariā meretur | sed ęternam. Ideo
sapię. j. in sacris litteris est scriptuȝ | Peruersę cogitationes separant a deo. ⁊ iterū | Abo
puer. 11. minabile domino cor prauū. Quod si beati sunt mūdo corde | quia deū videbūt |
profecto qui immūde cogitationis foeditate inquinātur | deum videre nō poterūt.
Quis autem dicere queat | quāta sit infelicitas illius desperare cōspectuȝ | in quo
vno vidēdo omnis nostra beatitudo cōsistat. Quam ob rē totis viribus est cauen
dum | ne cū tanto animę nostrę dispendio illicitę cogitatiōis laqueis irretiamur |

& dominus | cui nihil est absconditū | sicut olim Judeis | ita etiā nobis exprobret dicēs | vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Primo suggestioni lasciuientiū cogitationū erit resistēdū | ne placeāt | deide si quādoq; delectauerint | ne eatenus grate sint | vt vsq; ad consensum facti animata inclinent. Quod si euenerit | iam certe cōmisisti scelus illud | quod cogitasti vt cōmitteres | si adesset facultas dareturq; occasio. Quoties enim inique actionis adimplende potestas tollitur | voluntas peccandi pro facto habetur. Cum ergo se nobis noxij perniciosiq; ingerēt cogitatus | preteruolare preterq; labi sinantur. Non habebūt in corde nostro vllum remorandi locum | si cōtraria illis coeperimus cogitare | & vitij virtutisq; finem taciti perpendere. Breuis est vitiorū voluptas | sed eternum supplicium. Breuis est virtutis exercēde labor | sed inestimabile & infinitum premium. Facessat igitur maligne cogitationis mortifera delectatio | que incautos in baratrū precipitat inferni. Maneat autem diuinorū operum diuinarumq; legū meditatio salubris | que nos ad celeste regnum transmittat & sanctorum Angelorum faciat esse cōsortes. Verūtamen si ad pure cōtemplationis donum cupimus peruenire | non solum scelestę cogitationes vitande erunt | sed etiam futiles ac vane. Vana cogitatio est circa ea que fluxa atq; fragilia sunt | nec quicquā in se solide vtilitatis habent. Imprudētis est igitur de bonis corporis aut externis cogitare | que permanere nullo modo queunt | & eterni ac stabilis boni | ad quod fruendum creati ac nati sumus | nō satis recordari. cum presertim hoc haberi nō possit | nisi illa cōtemnātur | neq; libere & expedite de hoc aliquid cōsyderari | nisi illa ferme obliuiscātur. Quādoquidē omnia relinquere & se solum sequi iubet eos dominus | qui inter ipsius discipulos cēseri desyderāt. Sola itaq; de deo cogitatio vana esse nō potest. Ideo Salomonis te sapientia hortatur & ait | In omnibus vijs tuis cogita dominum | & ipse diriget gressus tuos. Aliud vero cogitantes vanitatis arguimur | dicēte ppheta | Dominus scit cogitationes hominum quoniam vane sūt. Confecta est prima propositi operis pars | quā titulo fidei applicandā censuimus. nunc de Spe | & que illi magis arbitrabimur conuenire spiritu sancto instruente differemus. Finit Liber primus.

Marginal notes: math. 9. — puer. 3. — ps. 93

LIBER. SECUNDUS. SPEI.

De spe venie. Cap. j.



Spes est summi boni deo miserāte potiundi expectatio. Peccauimus dn̄o legi iussisq; eius non vt oportuit parēdo | agamus poenitētiā & speremus veniam | & miserebitur nr̄i deus nr̄. Poenitētiā inquit agite | & appropinquabit regnū celorū. Sed de penitentia postea suo loco tractabitur | modo autem q̄ misericors est dominus | q̄ facile ijs quos delicti poenitet | ignoscat videamus. vt & ipsi nobis remissurū delicta cōfidētius speremus | cum alijs quoq; multis eum remisisse ex euangelio didicerimus. Remisit Mattheo telonium | Zacheo fraudes | mulieri deprehēse adulterium | latroni rapinas & homicidia | Aposto-

Marginal note: math. 4.

lo negationẽ. Igitur si mercaturę negociationiſq; operam impendis | desine viu-
Luc.5. ris rem quęrere | atq; hactenus quęsiſſe dole | sicut fecit Matheus. quicquid do
lo fraudibuſue interuersum est, restitue | & tantum vitę necessarijs cõtentus esto |
luc.19. sicut fecit Zacheus | ac tum demum poteris esse discipulus Christi | cum desieris
esse mammonę seruus. Porro si venereę voluptatis obscenitatibus es pollutus | &
tua te accusat consciã | ingemisce compunctus | ora vt mũderis. mundata autẽ con
scientia per confessionis penitentięq; sacramentum | dicet tibi dominus | qđ ante
Jo.8. dixit adulterę | Ubi sunt qui te accusabãt | nemo te cõdemnauit nec ego te condem
nabo | vade | & noli amplius peccare. Pręterea si forte odio habes fratrem tuum |
si rapuisti | si percussisti | si occidisti | cõfitere crimen | dic te dignũ supplicio | sed
lu.23. tamen vt misereatur tui dominus instãter postula. Uis nosse quantũ hoc tibi pro-
futurum sit? ille qui sic peccauerat | sic poenituerat | de cruce ascendit ad paradi-
sum | Angelorũq; fit socius | qui fuerat latronum. Cęterũ si etiam omnium maxi
mum scelus cõmisisti | hoc est | si christo renunciasti | & vel iudaica vel machumeta
na vel aliqua alia impietate subuersus es | cogita quo excideris | quantũ mali per
petraueris | & ad mentẽ sanam rediens amaris fidei fletibus | Petri exemplo | la-
ua perfidię sordes | & mereberis rursuz fieri membrũ ecclesię | a cuius corpore a-
uulsus fueras | & iam cuz mortuis cõputatus. Hęc tecum meditare | hęc mẽte re-
uolue. Nunq̃d veniam desperabis o peccator | si & istorum quos mõ cõmemora-
uimus crimina | & domini erga ipsos benignitatem atq; misericordiã recte metit⁹
fueris. Sed fortasse dices | non solũ grauia & horrenda sunt peccata mea | verum
etiam plurima | vixq; vllo calculi numero comprehẽsibilia. Igitur ne multitudo
luc.7. criminum spei tuę detrimẽtum faciat | respice mulierem illam | cui quotidiana de
licta peccatricis cognomentũ indiderãt. Uidẽs onere tot flagitiorũ se infelicit̃ p̃mi |
accessit ad Jesũ | lachrymis pedes eius lauit | capillis detersit | vnguẽto pfudit | &
statĩ mortifero fasce leuat | dimittunturq; ei pctã multa | q2 dilexit multũ. Utrum
hoc de Maria magdalena dictũ | an de q̃dã alia incertũ est. & tñ de Maria quoq;
mar.16 septẽ demonia eiecta fuisse Marcus testat. p quę vitijs q̃bus inquinata fuerat | pur
gatam designat. Et ipsa igitur perpetua diaboli serua fuit | sed cũ finem iniquita-
tibus fecisset | meruit fieri discipula Christi. Remissorem autem vt magnorũ ita &
luc.13. multorũ peccaminum se esse ondere volens dominus | mulierẽ duodeuiginti ãnos
Jo.11. inclinatã erexit | Lazaruz post quatriduũ sepulturã iam foetentem ad vitã reuoca-
uit. Quamuis ergo diu te Sathanas alligatum tenuerit | quãuis longo peccandi
vsu iam obdurueris | & toto tempore in scelerum tuorum monumẽto iacens cõ-
tabueris | exolue tandẽ vincula | rumpe laqueos omnes | & diutinam mortẽ dete-
status ad illuz cõuertere qui suscitat mortuos | & qui sepultos tumulatosq; facit re
uiuiscere | & excusso de pedibus puluere mundatos exire | qui dimitti iubet peccã-
ti non tñ septies | sed etiam septuagies septies. Semper itaq; spera in dño | & ora
ps.50. cum propheta & dic | Miserere mei deus secundum magnã misericordiã tuaz | &
secundum multitudinẽ miserationuz tuarum dele iniquitatẽ meã | vt & misericor-
dię magnitudo magnitudinẽ | & miserationũ multitudo multitudinem tollat deli
ctorum. Postremo ita tibi persuadeas velim | nullũ esse omino vitiorũ genus | nul
lũ numeruz | quin vtrũq; clementia ignoscat diuina his quos peccasse poenitet | &
misericordiã implorare nõ piget | a peccatis quibus deus offenditur pro viribus

abstinendo | quibus placeatur iustitię operibus se se exercendo. Solis impoeni-
tentibus & desperatis non est venię locus. nequius tamen peccant qui desperant |
q̃z qui pręsumunt. de vtroq̃z nunc vitio | cum de spe venię satis hactenus dictū
sit | breuiter explicemus.

De desperatione. Cap. ij.

Qui pręsumunt | quoniam in peccatis perseuerãdo se saluari sperant | dei iu-
stitię derogant. Qui vero desperant | q: sibi ignosci posse diffidunt | dei mi-
sericordiã denegant. ꝑsumptione visus est latro a sinistris dñicę crucis pẽdens | cū
dixit | Si tu es Christus | saluum fac te ipm & nos. Nō eū erroris poenitet dubitã-
do de Christo | non criminis | rapinas quas fecerat silentio prętermittendo. & tñ ar-
rogãter petit vt saluet. Sed licet ille de poena | quã tunc patiebatur | liberari postu-
larit | ei tamen illi simillimi sunt | qui corrigi nolunt | & poena quã in inferno luitu-
ri sunt | se liberos fore sperant | deum quidem misericordem esse confitentes | iustū
autem negantes. His contrarij sunt qui desperant. Grauitatem enim delictorum
suorum consyderant | & magnitudinẽ diuinę miserationis non perpendunt. De-
sperauit Cayn | cum fratre interempto diceret | Maior est iniquitas mea | q̃z vt ve- gen. 4
niam merear. Si de dei clemẽtia recte sensisset | profecto etiam id quod non mere-
batur | ab eo se impetraturum poenitẽdo sperasset. Nemo quippe veniaz accipit |
q: ipse meret | sed q: benignus est ille | qui eã largitur. Desperauit & Iudas domi- math.
ni sui proditor. Peccaui inquit tradens sanguinem iustum. restituitq̃z argenteos | 27.
quos inique acceperat. Sed nec penitentia illi profuit | nec satisfactio. q: dolore su-
peratus ad laqueū confugit | nō ad dei misericordiã. Dolere quidẽ debuit de pec-
cato | sed nō ita vt spem | quę in deo est | de manibus dimitteret. Nos igit qui deuz
in multis offendimus | & dolendo de culpa veniam speremus | & sperando veniaz
de culpa doleamus. Vtrūq̃z necessarium est ei | qui & poenas cupit euitare | & bea-
titudinẽ consequi sempiternã. de spe autem temere ꝑsumentium dicit | Spes im- puer.
piorum peribit. & de errore desperantiū | Si desperaueris inquit lapsus in die an- 10.
gustię | iminuet fortitudo tua. Dies angustię dies iudicij est. Cuius autẽ tunc forti- puer.
tudo iminuta fuerit | hic demonum accusationibus grauatus dãnationi succūbet. 24.

De decem pręceptis. Cap. iij.

Illius aūt spes nunq̃z fallit | qui dei pręcepta q̃z pōt studiose obseruat. dicẽ-
te dño in euãgelio. Si vis ad vitã ingredi | serua mandata. mandata vocet
quę decalogo cōtinent. ¶ Nō hẽbis deos alienos. deus enim vester vnus est. Qui Exodi
somnijs & sortilegijs & maleficoꝝ diuinatiōibus fidẽ ꝑstãt | deos alienos colūt. Cū 20.
enim solius diuinę sapię sit | futura nosse | hoc qd̃ dei est alijs tribuere pręsumunt. ꝓmū.
¶ Nō facies sculptile. eo videlicet aīo | vt adores illud ac pro deo hẽas. Nō est sce-
leris hui9 expers | qui pecuniã sęculiq̃z diuitias magis q̃z ęquum bonumq̃z diligit.
Apl̄i autoritate hoc ꝓbamus | qui collossensib9 scribẽs | auaritiã simulachroꝝ ser- Ad co
uitutẽ appellat. Neq̃z tñ per hoc mãdatū ars reprobata est Sculptoꝝ vel pictoꝝ. loss. 3.
Nō pingere aut fingere simulachra vetant | sed adorare. ideo seqtur. ¶ Nō adora-

bis ea neqꝫ coles. ego enī sum dn̄s deꝰ tuus. Qđ aūt nos quoqꝫ xp̄i scōꝝqꝫ imagi-
nes adoremꝰ | nō ad ipas imagines | ne idolatrię arguamur | sed ad eos quoꝝ ipsę
imagines apparēt | adorationē dirigimꝰ. Iccirco aūt eiusmodi simulachra publice
Secū- ꝓponi solēt | vt quoties ꝯspecta fuerit | ad memoriā res gestas eoꝝ qbꝰ dicata sunt
dum. reuocēt | ⁊ ad imitādū fideliū mētes accendāt. ¶ Nō assumes nomē dn̄i dei tui in
tertiū. vanū. ne cōtēnere videare | qđ pręcipuę oportet revereri. ¶ Memēto vt diē sabba
ti sctifices. Nos vero sabbati obſuationē ad diē dn̄icū trāstulimꝰ | ne cū Iudeis in
Christū nō credētibꝰ videamur sentire. q eū in sepulchro mortuū sabbato geuisse
fatent qdē | sed postea viuū resurrexisse negāt. Itaqꝫ ob resurrectiōis reuerentiā | eo
quo fctā est die ab opibus vacamꝰ. nec tn̄ ita supstitiose | vt Iudei sabbato. Naꝫ ⁊
mēsas paramꝰ | ⁊ calices abluimꝰ | ⁊ multa huiusmodi agimꝰ. Etenim ſuilia opera
quę vetant | pctā potissime | qbꝰ deus offendit intelligimꝰ. a qbus certe tūc magis
est abstinendū | cū diuino cultui opera impēditur. Neqꝫ aliā ob rem festo die cessa
re debēt manuū exercitia | nisi vt quisqꝫ ceteris oibus curis expeditus diuina tn̄
tractet | tēpla visitet | ꝓcationibꝰ incūbat | missalibus sacrificijs intersit ꝑdicationes
audiat | ⁊ totū tp̄s illud in dei laudē cultūqꝫ expēdiat. Cū ergo dn̄icis feriatisqꝫ ab
ecclesia institutis diebus maxie a scelere abstinendū sit | curuos in renis ac petu-
lans iuuētus tū ꝑcipue inganeis crapulamini? in choreis lasciuitis? in iocis ⁊ lu-
dis diffluitis? aleaꝝ tesseraꝝqꝫ lusiōibus tēpus diuino honori dedicatū ipie con
summitis? In quo qdem lusu nec amissę pecunię damnū sine infamia | nec lucruꝫ
sine restitutionis debito | nec visus est sine peccato. nisi forte periurare | ⁊ dolos intē-
dere | ⁊ aliena inique concupiscere | ⁊ inter se identidem rixari atqꝫ in contumeliaꝫ
prorumpere fas esse dixerimus. omitto ꝙ interdum nec manibus tēperat | ⁊ vsqꝫ
ad vulnera cędesqꝫ peruenitur. Quanto ergo leuius crimē ab his diuertere | ⁊ ali-
cuius honestę artis laboribus diem illum cōterere | qꝫ per ocium ad tam nefanda
flagitia cōuerti? Profecto minus offenderetis | nullū omnino diem festum agere |
qꝫ hunc quē agitis tot vitiorum obscenitatibus prophanare. Concessus fuit olim
Iudeis repudij libellus | ne in vxores quę displicuissent | veneno seuirent | sed po-
tius viuas dimitterēt. Age iam permittatur ⁊ vobis | vt omnes dies profesti sint |
nullus festus | vt potius manuum labore occupet animus | qꝫ nihil agendo male
agere assuescat. Nullus igitur sit vobis dn̄icus dies | nc ipsum qui dominicus est |
in diabolicum cōuertatis | dum eo toto tempore | quo ab operibus vacui estis | nō
tam domino qꝫ diabolo seruitis. Itaqꝫ nunc quidē ad vos pertinere arbitror hoc
quod dicit | Memento vt diem sabbati sanctifices. cum nequaqꝫ sanctificetis eū |
sed polluatis. vt autē ⁊ ad vos pertineat | redite iam ad mentem ⁊ intelligite | ideo
festis diebus a secularibus negocijs feriandū pręcipi | vt exerceamur in diuinis |
⁊ non vt hauriendis luxurijs voluptatibusqꝫ incumbamus. Et hęc sane ꝑcepta
sunt | quę ad dei dumtaxat cultum spectant. reliqua vero circa charitatem | quam
proximis debemus versantur. ¶ Honora inquit patrem tuum ⁊ matrem tuam |
Quar- vt sis longeuus super terram quā dn̄s deus tuus dabit tibi. Natura ipsa nos
tum. prouocat | gratis parētes nostros colere ⁊ amare | quāto magis hoc facere debemꝰ |
cum etiā ꝓmium ꝓponat longeuitatis? Neqꝫ si quosdā ipūmis parentum studio
sos parum diu vixisse noueris | de promissione diffidas. Ideo terrenū ⁊ tp̄ale bo-
nū interdū cito subducit | vt celeste ⁊ eternū gradu beatitatis celsiore cumuletur.

¶ Nõ occides. Cũ neminẽ tibi lędere liceat | multo minus interimere. Ne iudici qdẽ aliquẽ capitis reum ex odio fas est interficere | sed ex lege. Quã ob rẽ nõ tibi sed illi | qui exequendis legibus pficit | dictum est | Maleficos ne patiaris viuere. Priuato autẽ homini ne iniuriam quidẽ quã accepit | vlcisci pmittit | dicẽte dño | Mihi vindictã ⁊ ego retribuã. ¶ Nõ mechaberis. Dis coit⁹ hoc mãdato phibet ex mrimonij copulã. Si cõtinere nõ potes | cur sine vxore es? sin potes | cur monachũ nõ pfiteris? Illud ne dãneris hoc vt mercedis plus capias e voto suscepto castitatis. ¶ Nõ furtũ facias. Furti actio est in eũ | qui cõtrectat rẽ alienã inuito domino. Igitur contra hoc pceptum peregit | non solum q aliqd furto sustulit | sed etiam qui per vim rapuit | vel per fraudem elicuit | vel casu inuentũ restituere noluit. ¶ Nõ loqueris contra proximum tuum falsum testimoniũ. Cũ enĩ Christus dei filius veritas sit | qcqd aduersus veritatẽ dicit | deũ offendit. Nõ tñ omne mendacium ita graue crimen est | sed illud tm̃ | qd̓ aduersat charitati | ⁊ cũ alicuius detrimẽto pficit. Fingere aũt ⁊ mẽtiri | qd̓ nemini noceat | leuis est culpa. Interdũ ne culpa qdem | sed potius meritum. vt cum finguntur parabolę siue apologi | ad pcepta virtutis. Nemo qppe ignorat ea conficta esse | non vt mendacium dicatur | sed vt veritas disciplinę salutaris iocũdius exprimat | gratius acceptet | tenaciusq mẽti discentis insideat. Hoc me fecisse nullo modo poenitet | ędito illo qnquagin ta parabolarum libello | dum prodesse plurimis cupio | nõ cõmento sed veritate. De pernicioso autẽ mendacij genere scriptum est | Os qd̓ mẽtit | occidit animam. De hoc vero qd̓ excusamus ac defendimus | abunde in parte eius libri | quẽ de religiose viuẽdi institutione inscripsimus | est tractatum. vbi Sanctorũ exẽplis pbat | nõ solũ fingere quęq licere | sed etiã esse necessariũ | quoties ↄsultũ volum⁹ vel nostrę vel aliorum saluti. ¶ Nõ cõcupisces domum proximi tui. ¶ Nõ desyderabis vxorẽ eius. His postremis dei mãdatis aperte discim⁹ | nõ mõ factõ dictoq posse delinq | veꝝ etiã sola mali cõcupiscẽtia. ⁊ si rẽ alienã nefas est ↄcupiscere | multo magis auferre: ⁊ si desyderare tm̃ alterius ↄiugẽ nõ debem⁹ | multo minus cũ illa rẽ habere. Cõcupiscẽtia enĩ ⁊ desyderiũ | quãuis crimine nõ careant | facilius tñ coercent | si cupita nõ pficiunt: difficilius autẽ | cum in ↄsuetudinẽ facti venerint. Insatiabiles nãpe bestię sunt | Auaritia ⁊ libido. nõ implent haustu | sed quo magis hauserint | plus esuriũt. Hoc qd̓ sequit | ¶ Nõ seruum nõ ancillã | nõ bouẽ | nõ asinũ | neq oĩa quę illius sunt. Cũ illo qd̓ de domo nõ cõcupiscẽda dicit | iungẽdũ censeo | ne ex decalogo endecalogũ faciam⁹. Cũ ergo in fine his duob⁹ pceptis praue cupidines vitandę iubeant. quęrim⁹ qñõ eas vitabimus | cum interdũ etiã inuitis ac repugnantibus nobis se se ingerant | animũq nõ parũ solicitent ac lacessant? sed qdiu refragamur | nihil nocẽt. nocent autem cũ eas dñari pmittimus | ⁊ cum scelus qd̓ nondum pactũ est | volumus | totoq tandem voluntatis affectu eo ferimur | quo illę blandiendo inducunt. Cõcupiscẽtia itaq mali nihil aliud est | q̃ firmus in malum consensus. quod quãuis nõ fiat | factum tñ iri cupimus.

Quintum. exo.22 Ad ro. 12. sextum. Septimum. Octauum. sap.j. nonũ. Decimum.

De mandatorum consyderatione. Cap. iiij.

Hęc sunt legis mandata in tabulis lapideis digito dei descripta | vt cum oĩa quę legis sunt didiceris | ista potissime teneas | quę mõ magis ex posito me

pma. i nil magis | nihil eque | amasse arguaris. Et si Charitas dei hec est (sic Joánes aplo
testatur) vt mandata eius custodiamus | mendax est pfecto | qui se deum diligere
dictitat | z pcepta eius nõ seruat. Que quo diligentius adhuc studiosiusq; ãplecta
mur | cũ de obseruatorum pmio satis dictum sit | de transgressorum quoq; poe
ne aliquid memoremus.

De Preuaricatorum poena Cap. v.

SI quis interim alteri infensus maligne cauilletur | sibi in mandatis ne occi
dat veteri | z non: ne odio habeat | aut aliquod aliud iniurie inferat genus |
meminisse debet | cũcta quidẽ | que in altera tabula cõscripta sunt | ad illam sum
mam redigi | qua iubemur | ita proximos vt nos metipsos diligere. Quo semel re
cepto | nõ solũ ab omni offensa erit cessandũ | sed etiã bene cuiq; operandũ bene
faciẽdum | z qd nobis indigentibus ab aliis exigeremus | id aliorum necessitati
pstandum. Sicui tamẽ quicquã mancũ in decalogo imperfectumq; videbitur |
Matth. 5. omnium perfectionem ex euangelio petat. Non veni inquit Saluator soluere le
gẽ sed adimplere. Quam obrem sicut legis ita z euangelij mãdata obseruare no
bis necesse est | si saluti nostre cõsultum iri volumus. Nam z ipse euangelij autor
Christus quecũq; docendo tradidit nobis | ea se a patre accepisse dixit. hoc quoq;
habẽs a pře vt filius sit | patri tamẽ coeternus z cõsubstantialis. atq; ita fiet | vt il
la que vel per patrem | vel per filiũ vel spiritum sanctum iubẽtur | unius dei iussa
esse credamus | vnius maiestatis imperia. Quedã tamẽ ad tempus obseruanda |
vt illa que futurorum figuras cõtinebãt. quedam semper | vt hec ipsa de quibus
nunc agitur | que ad vite morũq; institutionem spectant. Illa vero que perfectio
nis sunt idest vt paupertatẽ castitatẽq; colamus | monastice vite modum normãq;
sectantes | nostro relicta sunt arbitrio | ante q̃z ea seruãdi voto nos obligem⁹. q' si
vouerimus prestare tenebimur | non minus q̃z illa que iussa sunt. Preuaricator
est qui secus fecerit. Sed iam redeat vnde digressa est oratio | z sicut instituimus ip
sas preuaricatorum poenas fidelium traditionum scripta pcurrendo solicite scru
temur. Neq; hoc sine dolore | immo nec sine metu | ne ipsi quoq; cũ peccatores si
mus | in illas incidamus. Legimus enim in deutoronomio execrationes de mon
te hebal a leuitis dei iussu prolatas | z in ter legẽdum cõtremiscimus. Maledictus
inquiũt qui facit sculptile | qd est contra prime tabule mãdatum. Contra secũde
Deut. 27. autem precepta delinquentibus dicitur | Maledictus qui nõ honorat patrẽ suũ z
matrẽ suã | maledictus qui transfert terminos proximi sui. maledictus qui errare
facit cecũ in itinere. maledictus qui peruertit iudiciũ aduene pupilli z vidue. ma
ledictus qui dormit cũ vxore patris sui | z reuelat operimẽtum lectuli eius | z qui
dormit cum iumẽto | vel cum sorore | vel cũ socru | vel cũ vxore pximi. z qui p
cusserit proximũ | z qui pro precio vite insidiat aliene. Post multa | Maledictus
aiũt | qui non pmanet in sermonibus legis huius | nec eos opere pficit. Deinde ite
rum ad maledicendũ acrius insurgẽtes ad transgressoremq; cõuersi dicunt | Ma
ledictus eris in ciuitate | maledictus in agro. maledictum horreum tuũ | z male
Deut. 28. dicte reliquie tue. maledictus fructus ventris tui | z fructus terre tue | armenta
boũ tuoꝝ z greges ouium tuarũ. maledictus eris ingrediens | z maledictus egre

diens. Longum foret cũcta referre quę ibi colligũtur | sed breuiter | nihil prorsus
mali | qđ in hac vita mortalibus accidere possit pretermittitur. vsqꝫ adeo graue cri-
men est | diuinis nolle parere mandatis | ꝛ aduersus ea niti proprię voluntatis li
bidini blandiẽdo. Eadem enumerantur in leuitico | ꝛ precipue fames | pestilen- Leuit.
tia | gladius. multisqꝫ in locis scripturę id ipsum non siletur. vt qđ toties reperi 26.
audis | euenturũ peccatis exigentibus minime dubites. Nam in Esaia quoqꝫ lo
quẽs ipse terrę cęliqꝫ cõditor ac dominus ait | Si volueritis ꝛ audieritis me | bo
na terrę comedetis. ꝙ si nolueritis | ꝛ me ad iracũdiã prouocaueritis | gladius de
uorabit vos. Multa huiuscemodi in Hieremia | multa in Ezechiele | nec pauca
in reliquis prophetis leguntur | minis terroribusqꝫ plena. quorum ꝗꝫ certus euẽ
tus fuerit | cum plurimaꝝ vrbium excidia | tũ potentissimoꝝ quondã regũ infe
licissimi exitus testantur. Primus Israhelitaꝝ Saul rex | sicut a Samuele pphe Reg. j.
ta ei predictuꝫ fuerat | quia voci domini nõ obediuit | a Palestinis magno pre- 31.
lio superatus cũ liberis occubuit. sceptrũ quoqꝫ regni de domo ꝛ familia illius
ad alios fuit translatum | vt quale scelus sit | dei mandata preterisse | non ipse so-
lum | sed etiam filius qui reliquus erat nepotesqꝫ eius sentirent. Ut autem post
hunc alioꝝ quorundã parẽ fortunã silẽtio transeam. Sedechię maiori deploratio-
ne digna clades cõpellit | si modo plorandi sunt | qui iuste pro scelere puniuntur.
Hic capta a Caldeis hierosolima cum fugeret comprehensus vinculisqꝫ constrict⁹ Reg.
coram rege vna cum liberis adducitur. his spectãte patre trucidantur | ille deinde q. 25.
etiam oculis orbatur | quos mallet ante erutos | ne filiorum cędem videret. Uin-
ctus postremo ꝛ cęcus in babylonem est ductus. templum ipsum atqꝫ domus vr-
bis igni consumptę | turres ac moenia solo ęquata populus captiuus preter eos q
ceciderant | babylonem translatus. quę fere omnia per Hieremiam prophetã cõ-
minatus fuerat dominus tã regi ipsi ꝗꝫ pplo. eo ꝙ filios Rechab patri magis obe hier. 35
dientes fuisse comperisset | ꝗꝫ illos sibi. Iusiurandum enim violauerant | rebelles
facti Caldeorum regi Nabuchodonosoro | templum dei sui gentilium ritum secuti
polluerant | prophetis vera vaticinantibus illuserant | ꝛ cum propterea tot mala se
passuros audissent | deprauatos animi mores corrigere neglexerant. Contẽpta itaqꝫ
diuinitas non distulit vindictã | vbi in flagitio cognouit obduratos | ꝛ cum nulla
denũciatione futurę vltiõis deterreri possent | vltima calamitate afflixit. Antehac reg. 4.
ob idem delictum ꝛ Samaria ab Assyrijs debellata | ꝛ populus cuꝫ rege Osee pa- 17.
trijs auulsi sedibus in Assyriamqꝫ traducti seruierunt. Nemo ergo regum | nemo
principum vel sibi vel imperij sui viribus nimio plus confidat. Siquis preuari
tor mandatorũ dei esse perseuerauerit | ꝛ nec vno aut altero flagello cõmonitus ab
impietate animum auerterit | repente videbit misceri omnia quę ditionis suę sũt |
hos capi | illos cędi | alios desciscere | diutinã libertatem statim seruitute mutari | ꝛ
opes illas | quas multorum annorum victorię accumulauerant | paruo temporis mo-
mento hostium predam fieri. Neqꝫ enim hoc humanę vires efficiunt | sed iniuriarũ
suarum vltor deus | qui solo nutu ꝛ cęlum diruere | ꝛ terram potens est dissipare.
Secure feliciterqꝫ regnabit | qui ipsum regem regum ꝛ dominum dominantium
nouerit colere ac reuereri. Nobis tamen nulla omnino sęculi huius aduersa ęque
timere conuenit | atqꝫ illa quę post presentis vitę finẽ peccatoribus infligunt. Pre-
sentia enim mala ꝗuis teterrima venerint | longiora esse nequeũt vitę nostrę bre-

uitate. nullumq; infortunium tam imane esse potest | quod non leniat ac mitiget aduentantis & iam iamq; affuturę mortis expectatio. At vero illa supplicia | quorum nullus speratur finis | nulla intermissio | nullu3 leuamē | quis nō exhorrescat? nisi qui ne his quidem quę de Inferoru3 poenis diuinitus tradita sunt | fidē adhibet. Quę sane icredulitas nequaq3 a supplicijs hoiem liberat | sed eidē duplicat eorū grauitatē. Leuiora sūt enī | quę fragilitate naturę peccam⁹ | q3 quę ai malitia credere nolēdo cōmittim⁹. Igit siue qs credit | siue nō credit | si aliter ac oibus preceptum est vixerit | salu⁹ esse nō poterit. q2 lōge est a pctōribus salus. Mādati trāsgressio primos homines Adam & Euam eiecit de paradiso. Angelos de cęlo precipitauit | & tu eiusdem fortasse delicti reus. illo ascendere speras? Fallet te spes ista
matth. 4. fallet profecto | nisi penitētiam egeris. Poenitēti autē prestabitur miseratio. Dicente domino | Penitentiā agite | & approquinquabit vobis regnū cęlorum. Q3 si ad viam iustitię | a qua procul aberras | reuerti neglexeris | iam tādē3 tuę imbecillitati derelictus peccata super peccata cumulabis | ac veluti absq; gubernaculo in mari fluctuās nauis | quocunq; cōcupiscētię tuę te impellet flatus | eo fereris. Id tibi futurum ille qui nouit omnia anteq3 fiant predicit | in psalmo ita loquēs |
ps. 80. Non audiuit populus meus vocem meam | & Israel non attendit mihi | & dimisi eos secundum desyderia cordis eorū | ibunt in adinuētionibus suis. Nihil illo homine infelicius | a quo diuinę benignitatis auxilium subtrahitur. Cū enim sit destitutus nihil boni per se agere possit | & suis affectibus ad malū pronis anhellet | cōtinuo in omne nefas preceps feratur necesse est. Idcireo non solū a paradisi expectatione excluditur | veru3 etiā in dies grauius futurū sibi suppliciū cōparat in inferno. Ille enim seruus (vt in euāgelio legitur) qui cognouit voluntatē domi
lu. 12. ni sui | & nō se preparauit | & nō fecit secūdum voluntatē eius | plagis vapulabit multis. Ne igitur eterni ignis magis omnibus ex pauescēdo tormento obnoxij simus | post preteriti delicti poenitentia3 | ad iustitię capessenda opa accingamur | auxiliū a domino implorātes | vt ea quę nos facere iussit | ipso adiuuante faciamus | & quę fieri vetuit vitemus. Ita christianę hereditatis | quę omnē nostrę estimationis cōputationē superat | cōsortes esse merebimur. cū ipse Christus dicat | Quicū
matth. q3 fecerit voluntatem patris mei qui in cęlis est | ipse meus frater soror & mater est. quasi diceret | Is mihi in celesti regno erit cōiunctissimus | atq3 arcta in primis cognatione copulatus | qui hic in exequendis dei mādatis mihi proximus effici studuerit. vt sit particeps Christi glorię | qui Christi prius extiterit obedientię comes. Ceterum qm vndiq3 insidię | vndiq3 laquei nos circundent | magnope nobis vigilandum erit | ne in illis incidamus. Non incongrue igitur post mandatorum tractionem de vigilia disseremus.

De vigilia Cap. vj.

Vitę mortalium tempus q3 breuissimū est. ipsi senes parum se vixisse cōqueruntur. Sed cū vita vigilia sit | non ne etiam tanto min⁹ viuit aliquis | quāto plus quieti ac somno indulget? Nolo tamē vt extēdendę in longius spatiū vitę gratia | vigiliarum obseruatio te delectet | sed ea dūtaxat de causa vt & a vitijs facilius abstineas | & virtutibus proficias magis. Vigilando autem vtrūq3 effici posse

facile nobis persuadebim⁹ | si noui veterisq; instrumēti fidelia testimonia audire voluerimus. Clamat de euangelio dominus | Uigilate ⁊ orate | ne intretis in tētationem. matth. .26
Periculū ergo imminet illis | qui ultra naturę necessitatē dormiunt | ne carnis diaboli ue tentationibus superati delinquant. Nā ⁊ si spiritus promptus est vt obediat deo | caro tamen infirma ⁊ ad vitium prona | nisi vigilię freno teneatur | facile corruet. Cuius quidē periculi minime ignarus apostolus Petrus | nostrę salutí prospiciens ait | Sobrii estote ⁊ vigilate | quia aduersarius vester diabolus tanq̄; leo rugiens circuit quęrēs quē deuoret | cui resistite fortes in fide. Uigilātia primo opus est | ne imparati opprimamur | deinde fide | vt resistamus ⁊ vincamus. Petri prima. 5.
Quod si sępius vincere contigerit | etiam virtute proficere continget. Superatis enim nequitię suggestionib⁹ | restat vt ad bonorū operatōes̄ cōuertamur. Ad hęc autem perficienda non sufficit nostra fragilitas. Nisi enim dominus ędificauerit domū | in vanum laborant qui ędificant eam. Ope igitur indigem⁹ diuina | quę precibus impetratur. dicente domino | Petite ⁊ dabitur vobis. Precationib⁹ vero offerendis nullū tempus magis idoneū esse horis nocturnis | nullū accōmodatius esse creditur. Atq; ideo propheta hortat nos dicens | in noctib⁹ extollite manus vestras in sancta | ⁊ benedicite dominū. Nox itaq; meditationū magister est | dies actionum. has inter se vices partisse videtur. quando quidē Saluator quoq; noster | vt huiusce rei nobis documēto esset | per diem docuisse in templo | noctu autem in monte oliueti exiens orasse perhibetur. Noctu ergo surgentes meditādo atq; orando quęramus cū sanctis mulieribus virtutum aromata | vt illis vngamus Jesum. Si cum sanctimonię odore ad se venientes conspexerit | qua pietate est | iocūde gratanterq; suscipiet. ⁊ in nobis iplebitur dictū illud | Beati sunt serui illi | quos cum venerit dominus | inuenerit vigilantes. Preterea queadmodū ętas vitę nostrę breuis est | ita ⁊ incerta. Plurimos frustatur speratę senectutis expectatio. denique quis est qui vnum diem | immo vnā horā a mortis periculo alienam possit sibi promittere? Quam multis dum sani ambulant | dū fabulantur | dum rident | vel casus exterior | vel morbus interior | repente deijcit ⁊ extinguit? ps.126 ps.133.
In eo itaq; nostrę saluti cōsulitur | quod Saluator ait | Uidete | vigilate | ⁊ orate. mar. 13.
Nescitis enim quādo tempus sit. Sicut homo qui peregre profectus reliquit domum suam | ⁊ dedit seruis suis potestatē cuiusq; operis | ⁊ ianitori pręcepit vt vigilet. Uigilate ergo | nescitis enim quando dominus domus veniat | sero | an media nocte | an galli cantu | an mane | ne cū venerit repēte | inueniat vos dormiētes. Ac ne solis discipulis id pręceptū quis diceret | quod vobis dico inquit omnib⁹ dico vigilate. Dominus domus huius. i. corporis humani est Christus. serui sunt quinq; sensus | ianitor anima. hęc si bene vigilauerit | sensus ipsi ad bene operandum recte disponentur. Isto autē modo expectatus dominus cū venerit | neq; in seruis neq; in ianitore qd̄ cōdemnet inueniet. Tā ⁊ si dominus noster in fine sęculorū venturus sit | vt simul omnes iudicet | cuiusq; tamen merita in exitu vitę discutit | ⁊ singulorū facta diiudicat. Qualis ergo quisq; nunc decesserit | talis etiā in illo vltimo iudicio cū corpore apparebit. Uigilare itaq; iubemur | ne mors imparatos occupet. Et quoniā nescimus diem neq; horā | semper est vigilandū. Semper autem vigilat | qui semper a malo abhorret | ⁊ bonū | vt deo placeat | agere pro viribus non cessat. Fieri quidem nequit | quin partem aliquā temporis quieti

cędamus | cū nostrę cōditionis imbecillitas | vt cibo | ita somno quotidie idigeat. sed audeo dicere | q̄ somnus quoqȝ iusti vigilia sit. Nam vbi diurna opera pie reli gioseqȝ peregit | ⁊ ante somnū quę deo grata sunt cogitauit | etiaȝ post somnum quę cogitauerat pficere maturat. Ideoqȝ citius expergiscitur ⁊ exurgit | vt quanto minus dormierit | tanto plus apud deū meriti bene operando sibi cōparet. Igitur non plures horas dormitioni impartit | q̄ȝ naturę necessitas postulat. vt totū quod superest | semper in dei laudem | aut orando | aut aliquid aliud agēdo expendat. Siquod mometūȝ ocio transierit | illud sibi deperisse arbitratur. Porro satis erit | sex horas ad mediam nocteȝ somno dare | a media vero nocte romano ritu initiū diei capere | nisi aliqua corporis imbecillitas longiorem sibi quietem exegerit. Iste autem a media nocte ad sacrificia laudis deo offerenda exurgendi mos omnibus monachorum collegijs iaȝ inoleuit. ⁊ quod ecclesię instituto probatū apparet | id sequi | id curare atqȝ amplecti saluberrimuȝ esse sentimus. Sic olim sanctissimi viri prędicauerunt | sic docuerunt | sic suo exemplo factitandū ostenderunt. Dauid ipse | quē deus prę omnibus Iudeę regibus dilexit | Memor fui inquit de nocte
ps. 118 nominis tui domine | ⁊ custodiui legē tuam. ⁊ iterum | Media nocte surgebā ad confitenduȝ tibi. Esaias qui cūcta quę Euangelistę narrant | multo anteq̄ȝ euenirent
Esa. 25 rent prędixit | ipse amore in deuȝ accēsus ait | Anima mea desyderauit te in nocte | sed ⁊ spiritu meo in pręcordijs meis de mane vigilabo ad te. Hieremias quoqȝ ante sanctificatus q̄ȝ natus futurā hierosolimę euersionē lugens | ⁊ precib⁹ misericordiam implorādā suadens | nullas efficatiores fore credidit | q̄ȝ quę nocturno tem
Tr. 2 pore facte fuissent. Ideo consurge inquit | lauda in nocte | in principio vigiliarum
luc. 2. effunde sicut aquaȝ cor tuū ante conspectū domini. Et in euangelio legimus | Pastoribus vigilias noctis agentibus Angelo adueniente Saluatoris natiuitatē fuisse nunciatam. Cuius memoriā ecclesia quoqȝ a media nocte (tunc eniȝ de virgine ęditus creditur) celebrare consueuit. Tunc etiam cū in templum puer Jesus est
luc. 2. illatus | Anna phanuelis filia redēptorem israel agnouit sanctarum vigiliarum merito. quia non discedebat de tēplo (vt Euāgelista ait) ieiunijs ⁊ obsecrationib⁹
act. seruiens nocte ac die. Paulus apostolus cū Syla discipulo in carcere positi media nocte deo laudes decantāt | ⁊ carceris fundamēta quassant | ostia reserant⁹ | vincula soluūtur | ⁊ ipsi non refragante sed rogante magistratu liberi dimittunt. in tantū profuit nocte intēpesta ad hymnos deo reddendos exurexisse. Hos emulando tu qui sctūs es | ama vigilias vt sanctior fis. ⁊ tu qui peccator es vt citius veniaȝ impetres. Artifices partē noctis suo vendicāt labori vt quo plus operis cōfecerint | plus lucri consequatur. Quod ergo illis p adipiscenda pecunia non est iniocundū | sępe enim cantāt duȝ exercentur | hoc tibi molestum esse poterit p lucranda cęlesti gloria? Nimiuȝ delicatus es | ne dicam stultus | si tantum boni tibi parare posse
puerb. speras tota nocte stertendo. Illis tantū ⁊ nocte ⁊ die dormire satius esset | de qui
4. bus dicitur | Non dormiunt | nisi cuȝ male fecerint. qui ideo peruigilant | vt latrocinētur | vt furentur | vt crapulentur | vt libidini luxurięqȝ satisfaciant. Minus eni peccarēt | dū dormiūt nihil agēdo | q̄ȝ male agēdo dū vigilant. Tales vigilię tā fugiendę sunt | q̄ȝ hę de qbus loquimur | expetēdę. His aduersus mortiferę voluptatis illecebras armamur. his diaboli vires frangim⁹ | ⁊ in dies efficimur fortiores. In his orādo | legēdo | meditādo | q̄ȝ suauis est dominus gustam⁹. Per has

mitidatur anim⁹ | acuit̃ intellectus | mẽs ad cęlestia cõtẽplãda erigit̃ | ⁊ gaudia illa
quę eloqui nescit | se interdũ sensisse miraṫ. Hę sũt sanctaꝝ vigiliaꝝ dotes | hęc cõ
moda. quę si tanta nõ essent | immo si minora forẽt ꝙ̃ dicimus | vigilãdũ tamen
nobis esse suaderẽ | ne somnolentię damna subire cogamur. Quę nũc nosse operę
preciũ erit | vt mali cõparatione bonũ ipsum quãti faciendũ sit | magis patescat.

De malo somnolentię. Cap. vij.

OCiius longior ꝙ̃ natura postulat fuerit somnus | non solũ tñ agẽdi tps per
dit | sed etiam ipse ad vitia promptior fit | dum corpori magis ꝙ̃ animo obse
quium pręstat. Raro videbis eos qui somniculosi sunt | a luxuria libidinibusq; ab
stinere. Cum crapulati fuerint | graui sopore pręmuntur | quos ronchissantes non
facilius excites | ꝙ̃ siluestres vrsos | aut vitulos marinos. Putas experrecti ad ora
tiones procumbant | vel ad decantandos psalmos insistent? ientacula conquirunt |
prandia deinde parari iubent | ⁊ cum hesternas perpotationes diu dormiẽdo vix
edormierint. iam se se nouis ac recentibus ingurgitant | ne tunc quidem vigilare
putandi cum vigilant. Nam eo quoq; tempore inerti veternosoq; stupore pmi vi-
dentur | oscitant | hiatant; languentibus nictant ocellis | seq; elatis lacertis ac pla-
to pectore distentant | ⁊ nisi totam noctem dormierint | somnum a se fugisse lamen-
tantur. tunc remedia quibus reuocetur disquirunt. iam papauer | iam lactucę | pa
rantur | iam titilatio circa digitos volasq; pedum discurrit | seruis ibi pruritum ex
citantibus | vt dominus qui vsq; mane soporem suum continuare nequiuit | eo iaz
non interrupto ad meridiem duret. atq; istos tam effoeminato ocio assidue torpẽ-
tes de improuiso mors occupat. Neq; enim diu viuere queunt | qui multo somno
dediti marcent. tument vultus lurido colore infecti | putrescentiaq; viscera repen-
te inuadens valitudo dissoluere festinat. Et quoniã nulla his cura fuit sanctis a-
ctionibus inuigilare | quibus nixi in cęlum euolarent, peccatis pręgrauati ad infe ps. 12.
ros descendunt. Quod sibi valde metuens ppheta orabat cum diceret | Respice
exaudi me domine deus meus | illumina oculos meos | ne vnꝙ̃ obdormiam in
morte | ne quando dicat inimicus meus | preualui aduersus eũ. Profecto nisi ini-
micus pualeret idest nisi periculum esset dormientibus | ne inimici huius dolis ca matth.
piantur | sine causa dominus discipulos increpuisset | cum dixit | Sic non potuistis 26.
vna hora vigilare mecum? Quare autem illos vigilare vellet | continuo palam fe-
cit dicens | Vigilate ⁊ orate | vt non intretis in tentationem. Huiuscemodi quidẽ
periculi testis est etiam parabola illa | in qua legiṫ | Cum dormirent homines venit matth.
inimicus homo | ⁊ superseminauit Zizania in medio tritici. Et illa altera | Si sci- 13.
ret paterfamilias qua hora fur venturus esset | vigilaret vtiq; | ⁊ non fineret | perfo- 24.
di domum suam. Inimicus igitur noster ⁊ fur diabolus est. Somnolentis ⁊ ocio
vacantibus magis insidiatur. q2 minus prouidi sunt ad cauendũ | facilesq; ad om-
nes voluptatum illecebras inclinant. Qui certe si capti ⁊ irretiti fuerint | tunc de-
mum intelligent | ꝙ̃ male dormierint | cum villicationis suę reddere rationem cõ
pellentur. Parum quippe sibi tempus ad poenitendum ac bene agendum | inuti-
liter imo ⁊ nequiter consumpsere. Nihil de futura vita cogitantes | dum presentẽ
in delicijs corporis dormiendo lasciuiendoq; transigunt.

De Somnijs. Cap. viij.

De istorum numero etiam illos esse dixerim | quos vane somniorum suorũ imagines quasi futuri diuine ita delectant | vt quotidie visa enarrent | et si quid sequatur euentus | vera se vidisse iactitent. veluti digni quibus celestis prouiden-
eccles. tie mysteria pãdantur. cum magis illis conueniat in prouerbijs dictum | Quasi
34. qui apprehendit umbram et persequitur ventum | sic et qui attendit ad visa menda-
gen. 28 cia. Neq; tamen imus inficias | quandoq; per somnium vera nunciari. Nã vt obiter aliquid ea de re dicamus | Jacob duodecim tribuum pater cum obdormisset | vidit celestem scalam | Angelosq; ascendentes et descendentes | et a domino audiuit |
gen. 37 terre in qua dormiret | se possessorem fore | semenq; suum per orbem esse propagãdum. hoc in genesi legimus | et ibidem de Josepho eius filio | cuius somnio cognitum est | ipsum patri matriq; ac fratribus honorabilem futurum | manipulorum et
Gen. stellarum que vidit | solis quoq; et lune argumento. Ab his enim per quietem sca-
40. doratum dixerat. Idem Joseph magistri pincernarũ Pharaonis et pistorũ prepositi | cum quibus tunc in carcere erat | somnia interpretatus est | diuerse quidem
iud. 7. sortis | sed certissimi euentus | ac nihil prorsus ab interpretationis sententia discrepãtis. Preterea in Judicum libro Gedeonis victoria aduersum Madianitas ante per nocturnam imaginem fuit vulgata q̃ euenisset | quodam somniante | q̃ ordea-
Reg. 3 ceus panis castra Madianitarum suo ictu subuertisset. Regum quoq; historia te-
.3. statur | Salomoni dormienti apparuisse dominũ | fuisseq; locutum | et sicut petie-
Dani. rat | rerum sciam ac sapiẽtiã contulisse. Sõnio fidẽ fecit euentus. Nã eum sapiẽtissi-
7. mum inter reges fuisse satis constat. Danielis etiam somnia de ventis pugnantibus ac bestijs de mari ascendentibus | et alijs que leguntur | nisi future veritatis signa extitissent | ne scripta quidem in voluminibus diuinis fuissent. Ueniamus ad
math. euangelium. Magi ne ad Herodem reuerterentur somnio admoniti capitis pe-
.2. riculum euaserunt. Josephus in somnis accepto responso | cum puero Jesu et matre eius virgine fugit in egyptum | vt ipsum Jesuz neci subtraheret | quã Herodes ipsum solum queritans aduersus insontem multorum infantiam erat seuiturus. Ad hec non pauca in Sanctorum vitis relata legimus | quibus credere compellimur | per quietem sepenumero que vera sunt reuelari. cum presertim ipse dñs (vt
nume. in numeris scriptum est) dicat | Siquis fuerit inter vos propheta domini | in visio-
12. ne apparebo ei | vel per somnium loquar ad illum. Sunt tamen quedaz | que per demonum illusiones accidunt | vana atq; fallacia | veris tamen interduz mixta | vt credantur. Demonis enim calliditas quo animo falsum aliquid suadet | eodem et verum reuelat. vtiq; vt nimiũ credulos | et iam sibi libere confidentes facilius euertat | atq; in foueã alicuius mortiferi erroris p̃cipitet incautos. Prudentia igit̃ opus est ad deuitandos dolos | quos ille veterator nobis dormientibus per ipsa somniorum phantasmata struere consueuit. Minimum itaq; erit ei credendum | qui perpetuus humani generis aduersarius esse noscit̃. Quicquid ille quocũq; modo suggesserit | nisi virtute diuina compulsus suggerat | non veritatez sed laqueos esse certo scias. tunc etiam magis erit cauendum | cuz se ostenderit amicũ | et palpare animum blanditijs coeperit. Illa vero in somnia | que vel ab aliqua animi passione | vel corporis morbo | vel negociorum cura | vel diurna verborum vltro citroq; ha-

bitorū contentione prouenire solent | semper vana futiliaqꝫ sunt ꝛ nulla prorsus fide digna. Qꝺ si quid ita vt somniatum est euenerit | non somnio credas | sed cui dā presage mētis diuinationi. Fieri enim nō potest | quin aliquando ita cōtingat vt futurum predicimus. Porro visa illa | que diuinitus immittuntur | q̄uis verissima semper sint | nō tamē omnibus eque accidunt. Bonis q̄ppe ad cōsolatione | malis ad terrorem. Bonorum sunt illa que p̄misimus. malorum autem ista que dicemus. Pharao rex cū dormiret | boues vidit septem crassas | ꝛ totidem alias macilētas. eodēqꝫ numero triticeas spicas | alias turgētibus aristis plenas | alias effoetas exiles ac prorsus vanas | ꝛ quēadmodum ista disserens Joseph sanctitate notus p̄dixerat | septēnem ānone copiā septēnis fames est subsecuta. Nabuchodonosori quoqꝫ regis dirū ac triste somniū | siue statuā quā vidit consyderes | vario metallo cōpactā | siue arborē supramodū p̄cerā atqꝫ amplā. Utroqꝫ eni somnio Daniele interp̄tāte didicit | futurā regni cladē | ꝛ sui met qui felicissim⁹ putabatur | extremam miseriam. Pilati etiam vxor in euangelio multa p̄ visū se passam conqueritur propter Christum | ꝛ marito vt missum illum faceret | nititur persuadere. Hoc quoqꝫ obseruandum | qꝺ iniqui insomniorū suoꝝ quid portēdāt ignari a scijs interp̄tationē accipiūt | vt pharao | a Josepho | ꝛ Nabuchodonosor a Daniele. Unde apparet | somnia ista que diuino fiunt cōsilio ꝛ impijs obijci quādoqꝫ | sed nō nisi electis dei seruis reuelari. Taceant igitur peccatores ad quos nō p̄tinet iudicium somniorum | aut eos ad q̄s pertinet interrogēt | ne per viam non suam incedentes presumptione labantur. Ut autem nobis quoqꝫ spiritu sancto largiēte interpretādi donetur facultas | minus temporis demus somno | vt plus cōcedamus virtuti. Id si fecerimus | ne tunc quidē cū dormimus | qꝺ terreat somniabimus | sed qꝺ cōsoletur | quodqꝫ ꝛ uigilantibus quoqꝫ gratum sit.

Gen. 41.

Dan. 2

dan. 4

matth. 27.

De oratione fructuosa. Cap. ix.

Sanctarū vigiliarū propria est quam deo offerimus oratio. oportune igitur nunc de illa disseremus. Ad philipēses scribens Apostolus | Nihil soliciti sitis inquit | sed in omni oratione ꝛ obsecratione cū gratiarum actione petitiones vestre innotescant apud deū. In quo mihi quidē videtur docere | vt orem⁹ eū qui potest dare qꝺ petimus. obsecremus autē per ea | que illi quem oramus | chara esse nouimus. vt facilius ad prestandum id quod poscimus inclinetur. ꝛ cū prestiterit | gratias agamus | ne impetrata ingratitudinis vitio amittamus. Habes orationis formam | disce qualiter te habere oporteat inter orandum. Secessum pete | nequid orāti impedimēto sit. Intra in cubiculum tuū saluator ait | ꝛ clauso ostio ora patrem tuū in abscondito. Sed is etiā clauso p̄catur ostio qui sensibus a rerū fragiliū cura sequestratis ꝛ mēte ꝛ corpore in illum dirigitur cui supplicat. Qui sic se habent | etiam cū in cōuentu multorum orauerint | in abscondito orare putandi sunt. Priuate tamē orationi semper magis apta est solitudo. Nam ꝛ dominus noster | vt se nobis imitandū proponeret | dimissa turba (sicut Euangelista ait) ascendit in montem solus orare. hac profecto de causa a suis etiā discipulis quādoqꝫ se submouit. vt cū diceret | Sedete hic donec vadam illuc ꝛ orem. ꝛ sicut lucas ait | auulsus est ab eis quantum iactus est lapidis. locus igitur ab omni strepitu vacu

ad phil 4.

matth. 6.

matth. 14.

matth. 26

luc. 22.

us (si fieri potest) eligatur offerende deo precationi | vt purior sincerior offeratur.
Deinde cum cogitaueris q̄ȝ potēs | q̄ȝ imensus sit | quē allocuturus es | q̄ȝ e diuer-
so tu vilis atq̧ abiect⁹ | humiliter quantū potes accede | suspirās | ingemiscens | la
luc. 18. chrymās etiā si potes fundens. illūq̧ imitare publicanum | qui stans a longe vul-
tu in terrā deiecto pectus pcutiebat suum. Peccatorum quippe consci⁹ non est
ausus propius accedere | non oculos in celum subleuare | ꝛ vt a se poenā exigeret | a
peccatoris verberatione non cessauit. Uerum nequis vel dignitate preditus | vel a
deo iam grām consecutus minus se submittat | ad scripturarum testimonia animū
reg. 3. applicet | ꝛ videbit Salomonē regem in dedicatiōe templi fixis in terra genib⁹ | ꝛ
8. manibus ad celum expansis deprecantē. Audiet Danielē pphetā dicentē | Posui
dan. 9 faciē meam ad dnm deum meum | rogare ꝛ depcari | in ieiunijs sacco ꝛ cinere. In
Ad de transiens ad euangelium cōsyderabit vas electiōis Paulū apsm | qui ait | Cur-
ephe. 3 uo genua mea ad patrē dñi nostri Jesu Christi. Ipsum quoq̧ Christum dominus
contemplabit | quo nemo sanctior | nemo magnificentior | modo prono corpore in
faciem pcumbentē | modo erecto in celum suspicientē | ꝛ mō positis genibus orā-
tē nō q illi nrīs humiliationib⁹ opus eēt | sed q nos illius indigeremus exemplo
Porro quoties peccatis | que a nobis cōmissa sunt | ignosci petim⁹ | ante illis a q-
mar. bus iniuriā accepimus ignoscamus. Ipsius enim dñi pceptum est | Cū stabitis ad
11. orandum | dimittite si qd habetis aduersus aliquē | vt ꝛ pater vester qui in celis est |
dimittat vobis peccata vestra. q si vos nō dimiseritis | nec pater vester qui in ce-
Ad lis est | dimittet vobis pctā vestra. Et Apls | volo inqt vos orare in oī loco leuantes
Tim. j. puras manus | sine ira ꝛ disceptatiōe. Quō enim tibi placatū iri deū speras | nisi
.2. prius ipse placatus fueris proximo tuo? Tu deū quē semp summe reuereri debebas
offendisti | alius te | q hō es nō deus | creatura nō creator | peccator nō iustus | ꝛ licet
io. epi- ille q lesit | ledere nō debuerit | tu tñ ledi merebare. quid eni mali non meret is qui
stola. j. deo peccat? Et si dixerim⁹ q pctm̄ nō habemus | nos ipsos seducim⁹ | ꝛ veritas in
.j. nobis nō est. Nūc cōsydera q̄ȝ iuste poscas tibi ignosci q deo deliqueris | cū tu hoī
nō vis ignoscere | q delīqt tibi? Post remissam aūt oēm iniuriā | accede ad offeren-
das pces | nō frigide sed ardēter | nō remisse sed pseuerāter. Attēde qd Hieremias
Tr. 3. ppheta monēdo dicat | Leuem⁹ inqt corda nrā cū manibus ad dnm in celos. Qd
Ad co- ꝛ Apls docet dicens | Orabo spū | orabo ꝛ mēte | psallam spū | psallā ꝛ mente. vt vi
rin. j. delicet ꝛ lingua sermonē resonet | ꝛ mēs circa ea que dicunt | intenta sit. Parū dili
14. gens est Precator | q alio verba | alio cogitatiōes dirigit | ꝛ cū corpore in ecclesia sit |
aio vagat foras p vrbis loca | vel secessus ruris. qn hic cū Aplo dicere poterit | Con
uersatio nrā in celis est? si ne ibi qdē vbi est | se esse noscit? Nec semel orasse sufficit.
instandū est vt ipetres qd postulas. eedē pces frequēter replicande | ꝛ in his que
math. ad aie salutē ptinent | vsq̧ in finē est perseuerandū. dicente ipso q saluat | Petite ꝛ
7. dabit vobis | qrite ꝛ inuenietis | pulsate ꝛ apietur vobis. Oīs enim q petit accipit |
math. ꝛ q querit inuenit | ꝛ pulsanti aperiet. Cananea mulier cū dño supplicasset | repulsa
15. nō recessit | contēpta magis se submisit | ꝛ qm̄ humilr orando pseuerauit | qd popo
scerat | accipere meruit. Hāc rogādi assiduitatē cōmendat etiā parabola illa de mu
luc. 18. liere vidua | que durum ꝛ fastidiosum Judicē petēdi iprobitate | vt ipsam de aduer
luc. 11. sarij iniuria vindicaret cōpulit. Et illa alia parabola de hoīe qui nocte intempesta
pulsando amici ianuam ꝛ clamitando dormientem excitauit | excitatum surgere

coegit / et panes quotquot volebat / sibi cōmodare. Dominus preterea cum futuri iudicij terrores predicendo explicuisset / adiecit / Uigilate itaqꝫ omni tpe orātes / vt digni habeamini fugere ista omnia et stare añ filiū hoīs. deniqꝫ qđ verbis docuit / opere confirmauit. Ter enim easdem preces repetisse dicit / et factus in agonia orasse prolixius / multūqꝫ sudasse dum oraret. vt discas etiam cum multū oraueris / nō remittere cordis affectū. quē nō solum cū rogamus / quanqꝫ tūc magis / verū etiā cum nō rogamus nos hēre necesse est / vt impleatur qđ Apłs ait / Sine intermissione orate. Post gloriosam dñi ascensionē / de ipsis eius Apostolis traditum est / qꝫ perseuerantes erant in oratione cum mulieribus et Maria matre Jesu et fratrib' ei'. Et si Apłis opus erat iugi orationum sacrificio / quis tutum se a tentationum periculo sperabit / nisi semper orauerit? Hoc quoqꝫ roganti necessariū / vt nunqꝫ de dei misericordia diffidat / sed semper se impetraturum speret quod petit / si modo illud fuerit sibi vel ei pro quo petit profuturum. Omnia inqt quecunqꝫ orātes petitis / credite qr accipietis / et eueniet vobis. Male tamē id credit / qui veritati / quę Christus est / non adheret. eodem dicente / Ueri adoratores adorabunt patrem in spiritu et veritate. et vt ostenderet quare sic adorandus esset / Spiritus inquit est deus / et eos qui adorant eum / in spiritu et veritate oportet adorare. Hoc spiritu afflat' David in eandem sniam prorupit dicens / Prope est dñs omnibus inuocātibus eū / omnibus inuocantibus eum in veritate. Frustra igitur heretici precibus insistūt / frustra omnes illi qui Christi religionem veritatis fide non sequuntur: nunqꝫ future salutis quā orant / compotes erunt / nisi crediderint. Ad hec si precatione poposcerimus rem aliquam / cuius incertus est exitus idest qua impetrata nescimus vtrum cōmodo an incōmodo nobis futura sit / dei voluntati cōmittamus / vt non quod ipsi cupimus prestet / sed quod ille nouit neqꝫ noxium neqꝫ inutile fore. Quia redemptor quoqꝫ noster / cum passionis calicem transferri a se patrem rogasset / ita orationem clausit / vt diceret / Uerum tamen non mea voluntas sed tua fiat. non qꝫ ipse nesciret crucem / quā subiturus erat / omnium credentium fore salutem / sed qđ instruere nos vellet / vt semper voluntati nostrę preferamus dei voluntatē. Unde ab eodem edocti quotidie orando dicimus / Fiat voluntas tua sicut in cęlo et in terra. Cęterum cum eius voluntas sit / vt pie iusteqꝫ viuamus / hoc quoqꝫ his verbis poscimus / vt leges atqꝫ precepta quę dedit nobis per nos impleant. Frustra enim imbecillitas nostra ad id niteretur / nisi illam gratia iuuaret diuina. et si per se bonū aliquod agere possemus / necesse nō esset orare vt possimus. Charitas pterea / quā omnibus debemus exigit / vt sicut pro nostris ita et pro aliorum cōmodis preces offeramus deo votaqꝫ faciamus. Jacobi Apostoli snia est / Orate pro inuicem vt saluemini. Paulus quoqꝫ apłs hortatur dicens / Obsecro pmū oīuꝫ fieri obsecrationes / orōnes / postulationes / gratiarū actiōes / p oīb' hoīb' / pro regibus et oībus qui in sublimitate cōstituti sunt / vt qetam et trāquillā vitā agamus in omni pietate et castitate. Deniqꝫ dominus noster etiam pro persecutorib' nos orare iussit. et ipsemet pro illis / a quibus probra / maledicta / verbera / et in crucem actus mortiferas plagas patiebatur / orauit patrem / ignosciqꝫ eis postulauit. Quanti autem id meriti sit / primus martyr Stephanus ostēdit. qui ijs a quibus lapidabatur veniā precaturus / vidit cęlos apertos / et Jesuꝫ stantē a dextris virtutis dei. ab eodē vtiqꝫ iā iam suscipiendus / cuius in diligendis inimicis mansuetudinem fuerat imitatus.

Luc. 22. Ad thess. 5. Act. 1. Mar. 11 Jo. 4. Psalm' 144. Luc. 22. Jacob 5. 2. Ad timo. 1. 2. Act. 7.

Quo autem facilius ad assequendā beatitudinem voti nostri cōpotes simus | expe
diet quidem eos etiā quos deo charissimos esse constat | vt pro nobis deprecētur
obsecrare. vt qđ ipsi nō meremur | illorꝫ q digni sunt suffragijs obtineamus. Ita
Jo.12. fecisse gentiles quosdā in euangelio Joannis legimus. Cupiditate enim affecti vi
dendi Jesum | rogauerūt philippū | philippus Andreā | ambo dominū. quid se
cutū sit | Euāgelista nō explicat. nō tñ dubito | qn ipse dñs per Aplos exorat' hoc
ꝯcesserit | qđ fortasse ijs tacētib' vel nō ꝯcessisset | vel ꝯcedere distulisset. Scōs ergo
ps. 33. in auxiliū nobis inuocem' | qꝛ in psalmo est scriptū | Oculi dñi sup iustos ꝛ aures
Jac. 5. eius in preces eoꝝ. ꝛ Jacobus apostolus | Multum valet inquit deprecatio iusti
Exodi. assidua. Plus potuit vnius Moysi oratio | q̄ȝ multorum arma. Illo nāqȝ orante
17. victę sunt inimicorum copię | q̄ tacēte superabant. Ad Helię ꝓphetę preces cęlum
reg.17. dedit pluuiā ꝛ terra fructum | cum trium ānorum ꝛ sex mensiuꝫ siccitate cūcta in
Reg.q agris exaruissent. Idem viduę Sareptanę inopiā farinę oleiqȝ copia exuberare fe
4. cit | filioqȝ eius mortuo | cum orasset | vitā instaurauit. Heliseus quoqȝ deū preca
Ibidē. tus viginti ordeaceis panibus centum virorū famem saturauit | ita vt etiam reli
Reg. quię super fuerint. Deinde Sunamitidi hospitę diu sterili plem a domino exora
q.5. uit | ꝛ qui natus fuerat | puerum vita defunctum reuiuiscere fecit. postremo Na
ios.10. aman syrū leprę morbo laborantē sanitati restituit. nec terrenis corporibus mo
do | verum etiam cęlestibus iusti, atqȝ fidelis hominis ꝑualet oratio. Josue israeli
tici exercitus dux oblatis deo precibus solem ꝛ lunam stare cōpulit | donec inimi
cos ad fugam cōuersos persecutus internitione deleret. Pro Ezechia rege suppli
Reg. cante Angelus e cęlo delapsus pugnauit | ꝛ Assyrios qui ipsum obsederant cōci
q.19 dit. centum octuagintaqnqȝ milia virorum vna nocte fuere desyderata. Nullus
vnq̄ȝ exercitus tam feliciter armis cōflixit | q̄ȝ eo tempore sua solus Ezechias ora
Reg. tione. Sed etiā quando graui morbo affectus se moriturum audisset | lōgiora vi
q.20. tę spacia oranti quindecim anni additi sunt. Longū esset referre veteris nouęqȝ scri
pturę miracula percurrēdo quāta vis atqȝ virtus ꝑcum sanctarum sit. quot mor
tuos ipsi etiā Christi discipuli suscitarint | quot cęcis visum | quot claudis gressuꝫ |
quot incurabili egritudine oppressis pristinam restituerint sanitatem. Audi insu
matth. per quid ipsa veritas dicat | Omnia inquit possibilia sunt credenti. ꝛ omnia quę
21. cunqȝ petieritis in oratione | credentes accipietis. ꝛ alibi | Quodcūqȝ petieritis pa
io. 14. trem in nomine meo | hoc faciam. ꝛ iterum | Siquid petieritis patrem in nomine
Jo.17. meo | dabit vobis. Quid ais Judee? quid tu Machumetane? quid vos omnes
qui in Christum non creditis? non ne in cassum cęleste bonum speratis | qꝛ illud
in nomine Christi nō petitis? Nō eni potestis i ei' nōie petere | quē nō recipitis fi
Joā.15 de | quem dei filium esse negatis. Suis autem fidelibus ille ait. Si manseritis in
me | ꝛ verba mea in vobis manserint | quodcunqȝ volueritis petetis | ꝛ fiet vobis.
Manemus in Christo cum credimus. manent in nobis verba Christi | cum ea opi
tob. 12 b' cōprobam'. Hoc si pstabim' | nubes cęlosqȝ penetrabit oro. ꝛ filii beati spūs | q
Tobię preces offerebant domino | etiā nostras offerre curabunt. ꝛ sicut in apocaly
Apo.8 psi scriptum est | Fumus incensorum de orationibus Sanctorum ascendit coram
deo de manu Angeli | ita ꝛ nostrę orationes ascendent. neqȝ villi dubiuꝫ esse potest
quin ille cuncta quę petierit a domino impetraturus sit | cuius internuncij spirit'
ipsi angelici esse non dedignantur. Neqȝ enim hoc ideo permittit omnium ꝑclus

& semper vbiq; presens deus/ q indigeat vt hominu opera orationesq; ad se perferantur/ sed vt per Angelorum officium suam erga pios pro piosq;/ peccatores beniuolentiam testetur. Amare se plurimu eos ostendit/ quos talibus vti cocedit ministris. Quibus certe si digni fuerimus/ hoc est/ si queadmodum oportet/ orauerimus/ preterita peccata codonabuntur/ presentia/ repellentur/ futura facile vitari poterunt. ipsa animi virtus roborabitur/ caro obediet spiritui/ & superatis diaboli/ tentamentis bonorum operum fructus cumulabitur. Reliquu erit/ vt re bene gesta hinc decedetes a domino coronemur. Sed iam de illis quoq;/ pauca dicam'/ quorum preces vel nullius vel minimi/ momenti sunt. vt simul discamus/ nos eorum dissimillimos esse oportere/ si diuinum nobis fauorem precum laudumq; cultu cupimus conciliare.

De oratione infructuosa. Cap. x.

Ne supplicatioibus nostris ppicietur deus/ peccata obstant. In Hieremia scriptum est/ Opposuisti nubem/ ne transiret oratio. Unde idem propheta sub persona plebis peccatricis coram deo queritur & ait/ Nos inique egimus/ & ad iracundia puocauimus/ iccirco tu inexorabilis es. Nisi enim omnium prorsus delictorum que comisimus/ nos poenituerit/ & de omnib' pariter doloremq; moeroremq; satisfacere studuerimus/ frustra procubimus ad orandum. Nimium impudens est/ qui vel vna in re offendere non cessat/ & ab eo que offendit/ orat gratia. Quid supplicado atq; obsecrando placare deu tibi iratum speras/ & a luxuria non discedis? & fornicari non desinis? vel aliud quod legi diuine aduersatur/ agere non omittis? De istiusmodi/ supplicatorib' lamentatur in euangelio Saluator noster dices/ Quid vocatis me domine dne/ & non facitis que dico? Quod si forte contigerit/ vt per inuocatione diuini nominis miraculu aliquod efficias/ noli ppterea credere deum tibi reconciliatu/ si in delicto perseueras. non tuo merito id conceditur/ sed necessitati aliorum. Multi inquit dicent mihi in illa die domine dne no ne in nomine tuo pphetauimus/ & in nomine tuo demonia eiecim'/ & in nomine tuo virtutes multas fecimus/ & tunc cofitebor illis/ quia nunq; noui vos/ discedite a me omnes/ qui operamini iniquitate. Tunc te nosse incipiet/ cu ab eo scelere/ in quo nunc obstinatus perduras/ abstinere decreueris. tunc & gratiam coferet vt abstineas/ & cum p tua orauerís salute/ voti compos vt efficiare pstabit. In tantu autem obstinatorum non acceptat orationem/ vt etiam pro eis orare vetet. psertim si incorrecti impoenitentesq; decesserint. quod Joannes apostolus in epistola testatur dicens/ Est peccatu ad mortem/ non p illo dico vt roget quis. Ipse quoq; Domin' Judeorum pertinatie iratus ad Hieremia ppheram loquens ait/ Tu ergo noli orare pro populo hoc/ nec assumas p eis laudem & oratione/ & non obsistas mihi/ quia non exaudiam te. Timeant itaq; horu verboru sententia/ qui/ in peccato psistere non timet. Quod si in scelere perseueraturu aliquem constaret/ nemo fidelis pro salute illius orare auderet/ nisi sibi licere arroganter crederet quod no licuit pphete. Nos vero ideo etiam p obstinatissimis rogamus/ quia nescij futurorum speramus ad poenitentiam redituros. Certum est tamen cassas vanasq; esse pces/ per quas alijs id postulatur quod non merentur accipere. Illorum etiam inefficax

Margin notes: Je.3. / Ibide. / luc.6. / Mat.7. / Jo.prima.5. / Hie.7.

E

ꝛ inutilis erit deprecatio | qui lingua quidem mansuetudinem atqꝫ humilitatem
preferunt | dum deo supplicant | ꝛ in corde aduersus proximum odij facibus ar-
dent. a deo diligi nolūt | ꝛ homini ad imaginē dei facto | christi sanguine redempto
mat. 5. infensi sunt. Audi quid pcipiat dominus | Si offers inquit munus tuuꝫ ad altare
ꝛ ibi recordatus fueris | quia frater tuus habet aliquid aduersum te | relinque ibi
munus tuuꝫ ante altare | ꝛ vade prius recōciliari fratri tuo | ꝛ tunc veniēs offeres
munus tuuꝫ. Quāobrem nisi remiseris omnē offensam | nisi recōciliatus fueris | ni
si eum etiam qui aduersuꝫ te indignatur | quantuꝫ potes placaueris | curam non so
lum tuę sed etiam alienę salutis gerens | non poteris munus orationis offerre do-
mino. Nō enim exaudiet te | nisi charitatem | quaꝫ omnib⁹ debes | viderit in te. Il-
lius quoqꝫ reproba in primis habetur oratio | qui quicquid petierit | non eo tendit
vt deo placeat. Nam siue p corporis valitudine | siue p rebus vitę necessarijs | aut
pro qua vis alia re orabimus | semp ea fini oranduꝫ erit | vt cōmodius ei | qui bona
omnia tribuit seruiatur. Sed auari ideo orant | vt terrena bona lucrētur | ideo glo-
rię cupidi | vt ab hominib⁹ laudentur. Quare ad primos certe ptinet quod in euā
Mat. gelio dicitur | Ueh vobis scribę ꝛ pharisei hypocritę | qui comeditis domos vidua
23. rum | orationes longas orātes | ppter hoc amplius accipietis iudiciū. Nō enim so
mat. 6. lum p auaritię crimine punientur | sed ꝛ p sanctimonię simulatione. Secūdos imi
tari dominus prohibet dicens | cū oratis | non eritis sicut hypocritę | qui amant in
synagogis ꝛ in angulis platearum stantes orare | vt videantur ab hominibus | amē
dico vobis receperunt mercedē suam. Nō ergo recepturi sunt dei gloriā | quaꝫ orā
do nō expetūt | cuꝫ iam receperint gloriā hominū | quaꝫ cōcupierāt. Utrunqꝫ ꝛ hi qui
dem dominica orone | Sanctorū psalmis | pcibusqꝫ ab ecclesia cōstitutis | dn̄s tamē
non attēdit vba | sed animū intentionēqꝫ orātis. ꝛ magis irritatur q̄ꝫ placat | cum id
quod bonū est | pposito vsurpat nō bono. Tale quippe facim⁹ ꝛ Hieremias deuo
Hier. uet dicēs | Maledict⁹ qui facit opus dn̄i fraudulēter. Cū ergo hic quoqꝫ fraudulēt
48. agat | qui orādi studiū ad laudē dei institutū | ad suaꝫ vtere nitit | erit vtiqꝫ maledi-
ctus | ꝛ dū vulgi plausuꝫ captat | videri nō esse sanct⁹ cupiēs | nisi poenitētiā egerit |
ps. 52. non effugiet poenā. dicēte ppheta | De⁹ dissipauit ossa eorū qui hominib⁹ placent.
Pręterea neqꝫ eorū ad impetrādā gratiā pficit supplicatio | qui q̄uis bn̄ fecerint |
iactāter tamē facta sua pdicāt | cū teste cōsciētia cōtenti esse deberēt | ꝛ quicqd lauda
luc. 18. biliter egissent | nō sibi sed deo tribuere. Talis fuit phariseus ille | qui ingressus tem-
pluꝫ vt oraret | deprimere aliorū mores coepit | suos vero insolēter efferre. De⁹ gra-
tias tibi ago inquit | quia nō suꝫ sicut cęteri hoies | raptores | iniusti | adulteri | velut
etiaꝫ hic publican⁹. ieiuno bis in sabbato | decimas do oim quę possideo. Si ista
quę faciebat | ad dei laudē nō ad suaꝫ dixisset | nec se cęteris ptulisset | nō peccasset.
sed ꝛ se gloriari voluit | ꝛ alios petulāter incessere | ꝛ pcipue publicanū tūc eodē loci
sed multo submissi⁹ orantē. Adeo pctōris humilitas meruit veniaꝫ | iusti supbia dā
nationē. dn̄o de vtroqꝫ sniaꝫ ferēte | cū diceret Amē dico vob descēdit hic iustificat⁹
i domū suā pre illo. Qd si tātū pōt humilitas adhibita pctō | quāto plus poterit in
inocētię pbeqꝫ factis copulata? Sūt qui nimis neglīgēter orāt. summis labijs verba
murmurāt | nec satis quid dicāt attēdūt | nō dissimiles illis qui p quietē somniātes
Esa. 29 loquūtur. quos p Esaiā arguēs dn̄s ait | Hic popul⁹ labijs me honorat | cor aūt eoꝝ
mat. 15 longe est a me. Tales certe si exaudiret | nō reprehenderet. ꝛ quoniā inter orandū se-

metipsos non intelligunt | faciunt vt nec a deo intelligantur. Qualem igitur affe-
ctum orandi habent | talem ⁊ fructū suę oratiōis referunt. Ex his (vt equidē reor)
erat ille | cui in apocalypsi deum audimus loquentē | Utinaȝ frigidus esses aut cali Apo.3
dus | sed quia tepidus es | ⁊ nec frigidus nec calidus | incipiam te euomere ex ore
meo. Frigus timoris est | calor ad amorem refertur. tepiditas autem desidię ocioq̃
tribuitur. Ociosi igitur ⁊ terrena magis q̃ꝫ cęlestia curantis deprecatio | quoniam
neq̃ꝫ satis timet | neq̃ꝫ satis amat | tantū abest vt quicq̃ꝫ impetret | vt etiaȝ (si fas est
dicere) nauseā ei faciat quē ꝑcatur. Cū eniȝ admodū somniculosę roget | illō quod
petit cōtemnere potius q̃ꝫ desyderare videtur. Nā si magnipēderet quod poscit |
enixe inprimis ardēterq̃ꝫ instaret | diceretq̃ꝫ cū ꝓpheta | Clamaui in toto corde exau
di me dn̄e. Qui sic nō clamāt | nō facile exaudiūt. Nōnulli vō satis cupide orāt | sed
fide dubia adhuc atq̃ꝫ nutāti | veluti ille in euāgelio | qui filiū secū attulit ad Jesuȝ |
vt a demonis vexatōe liberaret | ⁊ ait | Siqd potes adiuua nos misert' nr̄i. q̃ꝫ diu su mar.9.
ſpēso animo fuit | possit ne id sibi a dn̄o ꝑstari qō rogabat | nō accepit. Post q̃ꝫ autē
firma stabiliq̃ꝫ fide op' esse ad impetrādū didicit | ⁊ se iam vere credere | nihilq̃ꝫ de
dn̄i virtute dubitare respōdit | filiū ꝑ quo orabat sanū recepit. Hāc dubię ⁊ fidelis
postulatiōis inter se distātiā Jacobi Apl̄i vba satis declarāt. vbi ait | Siquis indi- prima.
get sapiētia | postulet a deo | qui dat affluēter | ⁊ nō iproperat | ⁊ dabitur ei. postulet
autē in fide nihil hęsitās. qui eniȝ hęsitat | similis est fluctui maris | qui a vēto mouet
⁊ circūfert. nō ergo ęstimet homo ille | q̄ accipiat aliqd a dn̄o. Ex his igitur quę di-
xim' | ꝑspicuū est | eos qui vel de religione quicq̃ꝫ dubitāt | vel in peccato aliquo ꝑ
durant | ꝑ ęterna salute | quaȝ credentib' ac poenitentib' ꝓmissaȝ esse constat | orā-
tes nō exaudiri. quib' dicere possis cū Jacobo apostolo | Petitis ⁊ non accipitis | Jacob
eo q̄ male petatis. quod quidē ⁊ ecclesia deo in psalmis loquēs cōfitetur cum ait | 3
Odiētes me disperdidisti | clamauerūt | nec erat qui saluos faceret | ad dn̄m | nec ex ps.17.
audiuit eos. Cōtraria his agam' oportet | si volum' vt petita nobis cōcedāt. vt vi-
delicet ista ꝑ quę ꝑcantiū labor irritus efficitur vitem' | ⁊ illa faciam' | quę nos cū
ꝑcamur voti cōpotes reddunt. Quoties autē id quod orādo poscim' | nō euenerit |
aut dilatū credam' vt aptiori detur tēpore | aut nō fuisse ꝓfuturū si datū esset | aut
ne daretur | peccata nostra obstitisse. Si vero ex sentētia successerit petitio | gratias
deo agamus neq̃ꝫ quicq̃ꝫ nostris meritis | sed totū eius erga nos benignitati depu
temus. De orandi ratōe satis dictū sit. nūc vt cōfidentius ad orandū procedām' |
de peccatoruȝ poenitētia | sine qua omnino placere nō possum' | tractanduȝ videt.

De peccatorum poenitentia. cap. xj.

POenitentia nos a peccatoꝝ sordib' emundat | ⁊ pristinę restituit puritati.
Unde leprosus in euangelio Christum suppliciter adorās | ⁊ curari cupiēs | mat.8.
morbo liberatur. Lepra in scripturis peccatuȝ designat. Peccati ergo lepra dn̄o iu
bente ab animo poenitentis fugatur. vt ibi virtutes inserantur | vnde vitia pullula
bant. In huiusce rei figura ⁊ Paralyticus de lecto surgit | ⁊ mulier a sanguinis mat.9.
profluuio curatur | ⁊ qui mortui erant reuiuiscunt | ⁊ alij multi varijs langorib'
grauati eleuantur. Naȝ quemadmodū hi credendo ⁊ poenitendo corporis cōsecu
ti sunt salutē | ita animę fideles peccatoruȝ ęgritudine ꝑ poenitētiaȝ liberatę saluāt.

reg. 2. Sic saluatus est Dauid qui de adulterij homicidijq; crimine | quod commiserat
12. dolens | peccaui inquit domino | ⁊ cōtinuo peccatum sibi remissū esse meruit au
ps. 50. dire. ⁊ tunc quidem ad altiora se extendens clamauit | Cor mundū crea in me de⁹ |
⁊ spiritū rectum innoua in visceribꝰ meis. vt impetrata delictorum venia spiritus
sancti donum in ipso reparetur | per quod vitę quoq; sanctitate possit proficere.
Quod autē sceleri veniā | impetret poenitentia etiam per Ezechielē prophetā dei
18. verbis edocemur. Si impius inquit egerit poenitentiā ab omnibus peccatis suis
quę operatus est | ⁊ custodierit omnia pcepta mea | ⁊ fecerit iudicium ⁊ iustitiam |
vita viuet ⁊ non morietur. omniū iniquitatum eius quas operatus est | non recor
dabor. in iustitia sua quā operatus est viuet. nūquid voluntatis meę est | mors im
33 pij dicit dominus deus | ⁊ non vt cōuertatur a vijs suis ⁊ viuat? ⁊ iterum Impie-
tas impij non nocebit ei | in quacūq; die cōuersus fuerit ab impietate sua. Poeni-
tentia igitur nitrū est ⁊ herba fulonum | quę non corpora sed animā nitidam red-
dit | ⁊ resina illa galaad | quę non carnis ęgritudini | sed mentis medetur vitijs. Mēs
autem post peccatorū purgationem spiritu sancto | fauente illuminatur | virtutūq;
incenditur amore | ita vt ab ijs quę deo displicent | penitꝰ expiata cogitare incipiat |
quę sint illa | quibus ille plurimū oblectatur | cupiens eidem in omnibus obse-
qui | in omnibus semper fideliter seruire. Hęc est igitur gratia | quę poenitentibꝰ
datur | sydusq; illud luculentum quod Magos | cū regem mundi natum quęre-
rent | pręcessit. Sed cum in itinere ad Herodem diuertissent fulgor vię salutaris in
dex euanuit. Ubi vero discessum est ab Herode | rursum idem lumē apparens illos
vsq; ad dominū | quem quęrebant pduxit. Ergo diuinę gratię mentē nostram irra
dians lux | latet ⁊ obscuratur | si ad vitia diuertimꝰ | cū autem ab his per poeniten-
tiam recedimꝰ | q; primū exoritur | ⁊ intelligentiā mundati cordis illustrat | vt ad
cōtemplationē cęlestium erigatur | cui prius terrena tantū curę erant. Sic ⁊ cęcis
visus ⁊ surdis auditus | ⁊ vox mutis tribuitur in euangelio. vt qui in tenebris pec-
cati fuerunt | per poenitentiā illuminentur. ⁊ qui dei pcepta audire nolebant con
uersi etiam perficere studeant. ⁊ qui docendi non ignari sed ocio dediti linguā cō
pescuerant | iam alios ad capessendā virtutem hortando atq; instruendo ora resol
Ad uant. Talibus ab Apostolo dicitur | Eratis aliquando tenebrę | nunc autem lux
ephe. 5. in domino | vt filij lucis ambulate. Unde idem peccatorem ad poenitentiā sollici
tat dicens Surge qui dormis ⁊ exurge | a mortuis | ⁊ illuminabit te Christus. Cete-
rum nisi prorsus omniū | quę turpiter ⁊ inique perpetrauimus | nos poenituerit |
lux ista in nobis locū non habebit. Nō potest fulgere | dies quādiu pars aliqua no
ctis remanet. neq; sincerum esse | frumētū | donec a minutissimis etiam paleolis ⁊
cunctis pulueris nucis euentilatū non fuerit. Deniq; veluti cęcus ille | qui nōdū
satis credulꝰ visu recepto quasi p caliginē cernebat | videbātq; ei hoies (vt Marcꝰ
mar. 8. ait) tanq; arborū effigies incędentiū. deinde plena fide Christū suscipiens | iterūq;
ab ipso cōtactꝰ clare videre coepit oia. Ita nūq; pfecte illuminari poterit | cuiꝰ nō
erit ex omni parte penitētia pfecta. de qua pfectione inferiꝰ | quātū dñs nostras
quoq; tenebras illustrare dignabit docemꝰ. Interi reliqua pñię bona cursī psequa
mur. Post mētis illuminationē pñia animi robur viresq; suppeditat | ad insultꝰ de
monū repmēdos carnisq; vitia da blādimēta. Aia eni sicut pctōꝝ vinculis irretit | ita
pñię ope opaq; soluit ac liberat. expedita itaq; i domū fortis ipsa iā fortior | ⁊ quę āte

a diabolo ligata fuerat | nūc diabolū ligat vasq; eius diripit | nihil in se relinquēs | quod ille suū esse possit dicere. quādiu autem serua peccati fuit | ⁊ domus ⁊ vas diaboli erat | postq̄ peccare desijt | ⁊ quod peccauerat poenitendo deleuit | facta est domus orationis ⁊ vas iustitię. atq; ita pręualuit aduersarij sui potentię suę penitentię virtute. Ad hęc percurre veteris instrumenti historias | ⁊ inuenies hebręū populum propter peccata hostili potestati frequenter subiectum | propter penitē- ppls
tiam liberatum. propter peccata victos | propter penitentiā victoria potitos. Hoc Israel.
iudicum liber continet | hoc regum gesta testantur. Sic Roboā ne egyptijs armis roboā.
disperderetur obtinuit. Sic Achab malū | quod capiti suo mox incubiturū per Achā.
prophetam didicerat | distulit ad posteros. Sic Iosaphat Ammonitas Idumeos iosaph
q; vicit ⁊ numero ⁊ armis impar. Sic Ioram Assyriorum obsidione | ⁊ Ioachan ioram.
eorundem seruitute liberatur. Ob hoc pro Ezechia stans Angelus domini conci- Ioa-
dit Assyrios. Ob hoc Manases babylonio iugo erutus | regno quod amiserat re chan.
stituitur. Ob hoc Iosias non vidit malū | quod vidisset | si delicti eiū non poeni ezech°.
tuisset. Eius poenitentię merito ne impoenitens quidem populus dei vindictā sen- manas.
sit | quandiu ille vixit. Quin etiā poenitētię tanta vis est | vt immutabilis dei mu iosias.
tare posse sententiam videatur. Post dies .xl. subuertendā Niniuen Ionas a dño Nini-
iussus pręd ixerat | ⁊ tamen Niniuitis in cilicio ⁊ cinere atq; ieiunijs poenitentiam uitę.
agentibus ignoscitur. ⁊ quoniam illi peccandi superbiam in poenitendi humilitatem cōuerterant | diuinum decretū reuocatur. Nec deum ipsum pudet | figulo se
cōparare (vt in Hieremia legimus) qui vas luteū fingens cū rota currente forte 18.
dissipasset | rursum illud in eandem faciē refecit. ⁊ ecce inquit sicut lutū in manu figuli | sic vos in manu mea domus Israel. repente loquar aduersum gentem | ⁊ aduersum regnum | vt eradicem ⁊ destruā ⁊ disperdam illud. Si poenitentiam egerit gens illa a malo suo quod locutus sum aduersū eam | ⁊ ego poenitentiam agam super malo | quod cogitaui vt facerem ei. ⁊ subito loquar de gente ⁊ regno | vt ędificem ⁊ plantem illud. Attendant Principes terrę ista | ⁊ siqua regni dispendia patiuntur | non fortunę imputent | quę nulla est | sed sibi qui deū offenderūt. ⁊ si in integrum restitui cupiunt | poenitentiā agant | delinquētes corripiant | iustitiā seruent. Deus irasci desinet | si illi quibus nunc irascitur | correcti sanctius viuere incipient. alioquin penitus delendi | nisi se corrigant. Id testantur duorū
regum diuersi exitus Pharaonis ⁊ Nabuchodonosor. alter toties flagellatus du Pha-
ritiam cordis non dimisit. ideoq; cum toto exercitu | qui ipsum sequebatur | flucti rao.
bus obrutus perijt. alter mente alienatus vrbeq; eiectus | ⁊ cum brutis cōputatus nabu-
quia deum contempserat | inter aduersa animo resipiscens deo se submisit | ⁊ poe chodo.
nitudine ductus veniam ab eo petijt. quo miserante calamitatibus liberatus ⁊ in regno fuit receptus. Diuina igitur prouidentia cū poenitentibus clementer ignoscit | cum in vitio pertinaces diu frustra puniēs | iuste postremo disperdit. ⁊ quos temporali animaduersione ad emendationē vitę compellere nequit | eos ęternis poenis afficiendos cōdemnat. Sicut autē deprauatę mentis obstinatio sua grauitate hominem in abyssū deprimit ac pessūdat | ita poenitentia sua virtute sursum in sublime vsq; ad celeste regnum euehit | ⁊ quo nihil est sublimius | deo coniungit. Hinc est quod Saluator in euāgelio ait | Poenitentiā agite | appropinquabit
enim regnum celorū. Hoc regnū domus est illa | ad quā ouis a grege suo aber- luc.15.

rante cum inuenta fuerit | humeris reportatur paſtoris. ꝛ fit gaudium in celo ſuper
vno peccatore poenitẽtiam agente magis ꝙ̃ ſupra nonagintanouẽ iuſtis | qui non
indigent poenitentia. Deniq; poenitenti in cruce latroni Chriſtũq; cõfitẽti ab eo
.22. dem reſponſũ eſt | hodie mecum eris in paradiſo. ꝛ in apocalypſi beati dicuntur |
qui lauant ſtolas ſuas in ſanguine agni | vt ſit poteſtas eorum in ligno vite
ꝛ per portas intrent Ciuitatem. Beati ſunt qui peccatorum maculas lauãt. ſed eas
in ſanguine agni lauari oportet. quia poenitentia nihil iuuaret | ſi Chriſti paſſio ſub
maledicto venundatos non redimiſſet. Lauantur itaq; in ſanguine agni | qui in
Chriſtum credentes eius miſericordiã poenitendo ꝛ ſperando implorant | ꝛ eodẽ
miſerante | bonum quod cupiunt | cõſequuntur. Neq; enim niſi fideles forent |
quos peccaſſe poenitet | per portam. i. per ipſum qui ait | ego ſum oſtiũ ouiũ | Ciui
tatem illam patriam beatorum perpetuã atq; perennem ingredi potuiſſent. Quan
ta cõferat nobis poenitẽtia diximꝰ | nũc qualis eſſe debeat | vt ea cõferant | dicemꝰ.

Qualem oportet eſſe poenitentiam. Cap. xij.

Ex arbitrij libertate proficiſcatur oportet | quicquid operis vel poenarũ me
retur vel premium. Poenitentia igitur niſi voluntaria fuerit | dei aduerſus
matth. peccatorem iram placare non poterit. Libertas iſta in illa duorũ filiorũ parabola
.21 manifeſto apparet | qui a patre iuſſi | vt vineam cultũ irent | alter negauit ſe iturũ |
ꝛ poenitentia motus iuit. alter iubenti quidẽ aſſenſit | ſed mutato propoſito ire no
luit. paruo momento vtriuſq; in contrarium reuoluta eſt voluntas. is tamen patris
imperium peregiſſe dicitur | quẽ noluiſſe obedire poenituit | ꝛ quod ante noluerat |
rurſum voluit | ſuaq; ſponte fecit | quod liberum erat facere nolle. Hoc ſi inuitus
feciſſet | inter non obedientes habendus eſſet. Non enim ꝑ eo quod quis nolens |
ſed pro eo quod volens benefacit | laudem meretur atq; gloriã. Voluntas ergo vt
bene de deo mereri poſſit | libera ad penitentiã agendam accedat | non coacta |
non vi aliqua cõpulſa. Deinde voluntarię poenitentię iungenda eſt ſubmiſſę mẽ
luc. 15. tis humilitas. Ille qui a patre recedendo peccauerat | veniam petendo dixit | Nõ
ſum dignus vocari filius tuus. fac me ſicut vnũ de mercenarijs tuis. ideo ęquari
luc. 18. fratri qui nõ deliquerat | vel etiã pręferri meruit. Et publicanus dũ cernuꝰ orat | in
dignumq; ſe iudicat in cęlum ſuſpicere | Chriſto teſtante redijt iuſtificatꝰ | cęli ci
uis futurus | qui peccati ſeruus fuerat. Sed ſi ne iuſtus quidẽ | niſi ſe humiliaue
rit exauditur | quãto minus peccator veniam impetrare poterit | niſi ſimul ꝛ poeni
iohel. 2 teat ꝛ humilietur? Hoc ipſum dominus a nobis exigens clamat | Conuertimini ad
me in toto corde veſtro | in ieiunio ꝛ fletu ꝛ planctu | ꝛ ſcindite corda veſtra | ꝛ nõ
veſtimenta veſtra. Cor autẽ humiliatũ | ꝛ intus poenitẽtię dolore ſciſſum | lachry
luc. 7. mę (ſi fieri poteſt) foris per ora manantes teſtentur. Mulieri peccatrici in euange
lio dimittuntur peccata multa | quia dilexit multum. Sed dilectionis huius teſtes
lachryme erant | quibus pedes domini rigauit | capilli quibꝰ rigatos terſit | labia
quibus terſos oſculata eſt | vnguentum quo illos poſt oſcula vnxit. moeror | humi
litas | amor | ſimul mixta erant | omniũ tamẽ cauſa fuerat amor | quo cõcupiuit cũ
matth. ipſo in gratiã redire | quẽ offenderat. Petrus quoq; apoſtolus negationis crimẽ
26. fletibus diluit amaris. ꝛ qui ante lachrymas domino infidꝰ extiterat | poſt lachry

mes regni celestis claues ipso tradēte accipere meruit. Ad eiusmodi fletū Jacobus
apostolus nos inuitat dicens | Emundate manus peccatores | ⁊ purificate corda iacobi.
duplices animo | miseri estote ⁊ lugete ⁊ plorate | risus vester in luctū cōuertatur 4.
| ⁊ gaudium in moerorem | humiliamini in cōspectu domini | ⁊ exaltabit vos. per
hoc quod in fine subiunxit | docet | poenitentis lachrymas eterna cōsolatione esse
dignas. Eadem Pauli sententia est | vbi ait | Que secundū deum tristitia est | poe Ad co
nitentiam in salutem stabilem operatur. Tristitiā vero istam atq; fletum | ne leui- rin. ij.
tatis esse videantur | vite austerioris obseruatio comitari debet | vt quod per volu- cap. 7.
ptatum illecebras peccatū est | per corporis afflictionē purget. Intrate inquit do- matth.
minus per angustam portā. quia angusta porta ⁊ arcta via est | que ducit ad vitā. .7.
Quod si per viam istā Sanctos ac pios homines celū ascēdisse credimus | quo-
modo qui peccarunt id assequi posse sperant | nisi ⁊ ipsi per eam incesserint? Job Job.
iustus nullius mortiferi delicti cōscius | ⁊ qui summi dei verbis laudatus fuerat | .16
preter illa que ad patientie probationē pertulit | Saccū cōsui inquit super cutem
meā | ⁊ operui cinere carnē meam | facies mea intumuit a fletu | ⁊ palpebre mee
caligauerunt. Daniel inter prophetas egregius habitus est | visionū somniorūq;
intelligentia donatus est | puer adhuc senes iudicauit | ⁊ tamen Ego Daniel in- daniel.
quit lugebam triū hebdomadarū dieb⁹ | panem desyderabilē nō comedi | ⁊ caro 10.
⁊ vinum nō introierūt in os meū | sed neq; vnguento vnctus sum. Quid de Joā Joan.
ne bap. dicam? in matris vtero sanctificatus | de mulieribus genitis prelatus | plusq; bap.
propheta habitus | deserti angustias volens patitur | pilis camellorū vestitur | Zo
na pellicea precingitur | ⁊ in tam vili habitu vilius nutritur | locustas ⁊ mel silue
stre comedens | ⁊ aquam bibens | a vino autē ⁊ sicera se abstinēs. Si ergo electo-
rum dei talis in terra vita fuit | nullius pene culpe cōsciorū | quos labores | quas
vigilias | que ieiunia | quas asperitates | nobis tot criminū inquinatione foedatis
non vltro subeundas dixeris | vt mūdemur? Uerum tamen quorū durioris vite
rigorem sponte susceptum imitari proposuerimus | eorum sequi debem⁹ ⁊ mores.
Frustra enim aliquis corpus exterius fatigationibus exercet | si mens intus nō se
omnino disponat ita vitio abstinere | vt etiam diligēter incūbat studio virtutū. Ideo matth.
dictum est | facite fructū dignū poenitentie | quia maxime poenitentib⁹ cōuenit | .3.
vt dimissis flagitijs | bene beateq; viuendi exercitationibus operam impēdant.
vt videlicet superbiam excludat humilitas | libidinē castitas | auaritiam liberali
tas | crapulam abstinentia | ocium labor | dolum simplicitas | odiū charitas | ⁊
quicquid culpabile fuerat | cōtraria probitas compenset. Atq; ita in cubilibus (vt
Esaias ait) in quibus prius dracones habitabant | orietur viror calami ⁊ iunci | ⁊ .35.
erit ibi semita | ⁊ via sancta vocabitur. Hoc est qd apostolus nobis suadet | vt ad ephe
deponamus veterem hominē | qui corrūpitur per desyderia erroris | ⁊ induam⁹ sa. 4.
nouum | qui secūdum deum creatus est | in iustitia ⁊ sanctitate veritatis. hac tali
negociatione talenta nobis credita duplicantur. ⁊ qui super pauca fidelis fuerit |
super multa cōstitutus intrabit in gaudium domini sui. Super omnia vero cauen
dum est | ne diu poenitentiā iure procrastinam⁹ | poenitētie tempus effluat | ⁊ in
peccatorum luto adhuc defixos repente mors occupet. Uide igitur ne te iuuenilis
fallat etas | ne salubre corpus ⁊ robuste vires decipiāt. Nulli etati parcit mors | ⁊
sicut senes ita ⁊ pueros rapit. quin innumerari admodū sunt | quos ad senectā vsq;

patitur peruenire. Plurimos preterea eadem die sanos forteseqȝ incedere vidit / et exanimes concidere. Nulla vitę securitas est semper inter pericula versantiuȝ. Potes vel morbi vi / vel venenati cibi haustu / vel serpentis ictu / vel siccarij alicuius improuiso percussu / vel alio aliquo inopinato casu protinus extingui. denique quod
eccl.5. multis accidit / potest et tibi. Iccirco sicut in ecclesiastico scriptū est / non tardes cōuerti ad dominum / et ne differas de die in diem. subito enim veniet ira illius / et in tempore vindictę disperdet te. Expectaris a domino / vt sceleris perpetrati te poeniteat / et mores vitio corruptos virtutis operibus cures ne pereas. tu vero tuimet oblitus perire mauis quam corrigi / et taȝ benignū dominuȝ / tam pium patrem non cessas offendere. Iam tandem excute insaniam istaȝ et resipisce / ac saniore visus cōsilio rumpe moras omnes / pone finem flagitijs / et supplex veniaȝ ora / vt deo miserante / dū miserendi superest tempus / mereri cęlestia incipias / cuȝ terrena spreueris. Quod si cunctantem mors preuenerit (vide in quanto verseris discrimine) eternam quę poenitentibus datur beatitudineȝ amittes / et in ignem inextiguibilē quo corruunt obstinati / perpetuo cruciandus deijcieris. Nihil est quod magis cauere debes / ergo et nihil magis accelerare quam poenitentiā / per quam talia cauentur / et mutata sorte tam immensuȝ malū vitatur / tamque immensuȝ bonum acquiritur. Hęc sunt igitur vere poenitentis officia / quę retulimus / vt videlicet volens non inuitus ad poenitendum accedas / vt humilieris / vt lugeas / vt vitam magis laboriosam viuas / vt preterita peccata succedentium virtutum meritis conpenses. vtque īprimis cures / ne poenitendi tempus tarda cōuersione imprudenter amittas. Ista tamen omnia cum perfeceris / vide ne quid tibi tribuas. totum diuinę gra-
Hier. tię acceptum referre debes / et cum propheta dicere / Scio domine quia non est
.10. hominis via eius / nec viri est vt ambulet et dirigat gressus suos. Nam si humana
tr.5. fragilitas ad agendā poenitentiam diuino non indigeret auxilio / Hieremias nō
Io.15. orasset / Conuerte nos domine ad te et conuertemur. nec Saluator dixisset / Sine
Io.6. me nihil potestis facere. et nemo potest venire ad me nisi pater qui misit me traxe-
Ad co. rit eum. cui sententię Pauli apostoli dictum cōcordat / vbi ait / Nō volentis neque
p.4. currentis / sed miserentis est dei. Unde philippensibus etiam scripsit dicens / Cū
ad phi metu et tremore vestram salutem operamini. deus est enim qui operatur in vobis
lipp.2. et velle et perficere pro bona voluntate. Idem arroganter se se efferentem increpās
Ad co. ait / Quid habes quod non accepisti? si autem accepisti / quid glariaris / quasi nō
p.4. acceperis?

De obstinatione nō admittentium penitentiam. Cap. xiij.

Nunc illos cōueniamus / qui peccandi assuetudine obdurantur / quique graui aliquo execrandoque cōmisso crimine veniam desperant. et cū ad poenitētiam cōuerti alteris arduum videatur / alteris vanum / vtrique in proposito perditissimę vitę immobiles perseuerant. Enitēdum est / siquo modo possimus / quod irrationabiliter cōceperunt / ratione discutere. qua forsitan compulsi / mortiferum venenum euomere curabunt quod hauserūt. Tu qui multum tēporis peccando consumpsisti / et ętatem ad bene agendum datā / in delicijs / in luxurijs / in obscenitatibus turpiter cōtriuisti. Quo excideris cogita / et vel in fine de regione longin

qua incipe redire ad patrem quẽ reliquisti. Difficile est inquis ab vitatis desiste-
re / ⁊ pellem iam inueteratam serpentis more cum noua commutare. Sed nisi de
Judea transieris ad Galileã / domini resurgẽtis gloriam videre non poteris. Tam
⁊ si hoc tibi difficillimum sit / incipe tamen / tenta / experire. quanto magis tardas /
tanto rem factu difficiliorem reddes. Neqꝫ enim ad hanc difficultatem / quã cau-
sariẽ / nisi per moras dilationesqꝫ conuersionis descendisti. quo lõgius abieris / du-
rius erit reuerti. oneri quotidie addendo / nisi rursum de illo demere icipias / graui-
tate crescente opprimeris. Quãdiu ergo poenitentiam agere cunctaris / in dies de-
terior euadas necesse est. Jesu autẽ recedente de templo corporis tui (templũ eniꝫ
dei eras / dum innocenter viueres) nõ relinquetur lapis super lapidem / qui non
destruatur. omnis virtutum vis dissipabitur absente domino virtutis. Reliquũ
erit / vt vbi eradicata bona fuerint / inde exurgant mala / ⁊ de corrupto semine tete-
rior exuberet seges / ⁊ fiant nouissima tua prioribus peiora. Quanto ergo satius / vt
in tempore resipiscas / ⁊ cum diu dormieris / iam tandem expergiscaris / atqꝫ a vi-
tijs quę sequeris auersus / incipias iter ingredi virtutis. Quod si parumper per-
pendere volueris / quantum lucri facturus es / si te corrigas / quantum boni con-
secuturus / multo certe alacrius festinantiusqꝫ reditum expedies ad probitatem / qꝫ
ad nequitiam discessum hactenus expedisti. An tu ignoras iumenta onere grauia-
ta segnius a stabulis abire solere / celerius vero ad stabula remeare? ⁊ hoc quidem
oneris deponendi pabuliqꝫ sumendi gratia. nunquid ipse minus prouidus pigri-
tabis fascem istum peccatorum / quo premeris abijcere / ⁊ ad pastum cęlestis man-
nę festinare? non quam veteres Israhelitę manducauerũt in deserto ⁊ mortui sũt /
sed qua qui recte vsi fuerit / viuent in ęternum / Consule igitur saluti tuę dum licet.
Nam quo nunc tendis / in vltima vię crepidine terribile pręcipitiuꝫ est / quo si cor-
rueris / nunqꝫ inde resurges. Nulla est enim redemptio in inferno. Quo autem a
nobis reuocaris / inde aditus est ad cęlestem beatitudinem / ad Angelorum gloriã /
ad requiem gaudiũqꝫ Sanctorum. Nequaqꝫ erit ita vt videtur difficile a prauis
actionibus desistere / atqꝫ ad iustitię sanctitatisqꝫ opera accingi / si vel malorum poe-
nam / vel bonorum ęstimare libuerit pmium. Pręterea ignaui est profecto eiusce
rei exequende difficultatem pretendere / quã sępe a plurimis peractam fuisse con-
stat. Mattheus ante apostolatum diu multumqꝫ auaritię studio vectigalium pu- Matth.
blicorum conducturas factitauit. quo die autem a Christo vocatus est / teloneum
reliquit. ⁊ qui satis longum tempus mãmonę seruierat / statim fit dei seruus Chri-
stiqꝫ Apostolus. Zacheus quoqꝫ ętatem in exigendis vsuris contriuerat / viso tan- Zache.
dem domino / totum quod foenore quęsitum erat / distribuere pauperibus coepit /
⁊ illis quos aliquid defraudauerat satisfacere. eodem itaqꝫ die / quo finem crimi-
num fecit / Christum domi suę hospitem meruit habere. Multa id genus exempla
tibi de scripturis possem proponere / si in his recensendis occupari vellem. Curro-
tem per consueta vitia rotam affixo poenitentię paxillo sistere nõ vales / si alij nõ
pauci valuere? Serum est dices. at etiam nouissimis datur denarius sicut pmis.
⁊ mulier duodeuiginti annos inclinata ad cęlestem medicum tandem accedens Luc. 13.
extento dorso erigitur. quoniam eum qui mortuos ad vitam excitat / suam etiã in-
firmitatem quãuis chronicaꝫ diutinamqꝫ curare ⁊ posse credidit / ⁊ velle sperauit.
Nunqꝫ serum est salutem quęrere / cum semper spes impetrandi suppetat / donec

tri corpore datur spirandi copia. Sed qꝛ dierum nostrorum exitum nescimus | pe
riculosissimum est postremum expetare | ne forte is hodiernus vel crastinus sit | ⁊
tunc mori cogamur | cum nos multum adhuc victuros credimus. Ceterum si con
uersioni tuę (vt potissime fit) hoc obstat | ꝙ violentę admodum sensuum tuorum
cupidini non potes resistere | da operam vt possis. tolle concupiscēdi occasiones |
⁊ membra scandalizantia abscide. auerte oculos ne videant quod ad peccandum
prouocat | aures ne audiant | nares ne odorentur | os ne loquatur | manus ne con
trectent. A pristinis quoqꝫ sodalitijs ac societatibus paulatim te submoue | ⁊ iam
honestiorum deumqꝫ timentium hominum lateri adherere stude. consortio consi
lijsqꝫ eorum vtere | quibus persuasus | is qui nunc es | esse desines. Nā si iuxta Apo
stoli sententiam | mala colloquia corrumpunt mores bonos | consequens est | vt bo
na colloquia malis moribus remedio sint. Verissimum est enim quod in psalmo
Ps. 12. dicitur | Cum sancto sanctus eris | ⁊ cum viro innocente innocens eris | ⁊ cum ele
cto electus eris | ⁊ cum peruerso peruerteris. Jubes me inquies | veteribus amicis
nouos preferre? imo malis bonos | ⁊ vt apertius dicam | inimicis amicos | ⁊ cum
his quidem gratiam inire | illos relinquere. Vehementer enim erras | si ab ipsis te
amari putas | qui ne sibi quidem amici esse censendi sunt | cum improbe inconti
nenterqꝫ viuendo ⁊ se ⁊ te pariter perditum eant. Ergo vt a facinorosorum socie
tate consortioqꝫ discedas ⁊ viris animi integritate conspicuis vti incipias horta
mur | non vt amicos derelinquas. ꝙ si isti quorum nunc familiaritate delectaris |
ęqui atqꝫ honesti amici essent | ⁊ te ab eis amari faterer. cū autē te secū simul contē
pta virtute ꝑ deuia vitiorū trahāt | audeo dicere (qs enim veruꝫ dicere nō audet?)
capitaliorē illis inimicuꝫ habes neminem. Talibus autem carere non posse | non
eos deserendi difficultas facit | sed male sibi cōsulendi stultitia. Quid enim illo ho
mine demētius | qui mauult perire cū scelestis | qꝫ cū probatis viuere? Tu si tua
salus tibi est curę | vt esse debet | istos ipsos aut tecum simul si potes ad peniten
tiam conuerte | aut si non potes fuge ne vna cum illis intereas. Melius est tibi
mancum ⁊ claudum ⁊ altero carentem oculo intrare in paradisum | qꝫ duas ma
nus ⁊ pedes ⁊ oculos habentē mitti in gehenam. Melius est eniꝫ sine amicis gau
dio ꝑfrui sempiterno | qꝫ cum amicis tradi suplicijs. Quod si decursę in volupta
tibus vitę vsum abijcere tibi prorsus molestum est | quęso ne saltem pigeat | talis
vitę qui tandem finis sit cōsyderare. Si quidem prudentis est prouidere futura. ⁊
si bruta quoqꝫ quędam animalia vēturę tempestatis ꝑsaga | ante qꝫ erumpat pro
cella | ad tranquilliora sibi loca confugiūt minus te rōnalem existimabo | si propo
sita voluptarijs incontinētibusqꝫ tormenta tecum quandoqꝫ non mediteris | vel
cum meditaris non expauescas | teqꝫ ad eum vitę statum conferas | in quo ⁊ de
poena securior esse possis | ⁊ de pręmio certior. Noli ergo fieri sicut equ⁹ ⁊ mulus |
in quibus non est intellectus. ratione vtens ad ea quę futura sunt | menteꝫ dirige |
⁊ ad salutis portum | dum euadendi naufragij spes est | vela cōuerte. Vel si vsqꝫ
adeo invalidus ⁊ eneruis es | vt ratē corporis tui regere nequeas | ora vt queas.
Petite inquit dominus | ⁊ dabitur vobis. non potes excusare imbecillitatē | vbi
auxilium tibi promittitur si petieris. Quid igitur | mollescis ne iam ad pęnitētiā?
an adhuc in proposito inolitę peruersitatis obduras? Monstrata hactenus reme
dia si parum proficiunt | nunc demum minis tecum ⁊ terroribus (nequid inten

tatum relinquatur)agam. Quid est qꝺ viuis | cum morte magis dignus sis | nisi quia domino miserante expectaris vt melius viuas? quod si vltra obstinatus esse pergis | cum ficu infructuosa succideris | ne terram occupes. succideris inquam ⁊ in ignem mitteris ⁊ ardes | palmitis instar de vite abscissi atq; arefacti | omniq; humore quo reuiuiscẽ posset destituti. Abscissus quippe es | a vera vite ⁊ a Christo alienatus | quamdiu peccatis finem non statuis | quamdiu te creatorem tuum redẽptoremq; offendere non poenitet | quamdiu nõ metuis dominum tuum | nec illi obtemperas | cui Angeli in cęlo assistunt | quem sancti omnes venerantur | omnes inferi cõtremiscunt. qui est super omnia potens | in omnibus sapiens | omnium optimus | primus omnium omniumq; postremus. neq; initium habens neq; finem. benignissimus poenitentium remunerator | seuerissimus obstinatorum vltor ac punitor. Et cum tantus talisq; sit | tu illum tibi iratum esse audes negligere? tu illum peccata peccatis cumulãdo ad vindictam nõ vereris prouocare? cum tamen a peccatis desistendo placare posses. Ipse enim ꝑ prophetam tibi policetur | nullam de tot offensis vnq; se exprobraturum | si offendere desieris | ⁊ secundum sua precepta coeperis operari. neq; esse suę volũtatis asseuerat | vt moriatur peccator | sed vt conuertatur ⁊ viuat. Omnia ergo facit | vt saluti tuę cõsulat. atq; huc tendit | quod precipit | quod promittit | qꝺ minatur | qꝺ flagellat | qꝺ delinquentem nõ statim perimit | qꝺ aliquando etiam beneficijs ad penitentiam prouocat. Deniq; vt peccatoribus vitã daret | filium suum vnigenitum morti obtulit. Cuius quidem sanguis | quemadmodum tunc omnes Adę filios a peccato lauit | vt qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit saluus sit | ita nunc singulos emũdat | quoties nos deo peccasse poenitet. Utere tandem tantę erga te dilectionis beneficio dum licet | dum tẽpus est | dum vita suppetit. si sine illo decesseris | quis miserebitur? Quęre dominum dum inueniri potest | inuoca dum prope est. ne te postea ingratitudinis dãnet | ⁊ tanq; ignauissimum vinee suę | hoc est animę tuę | quam tibi commendauit | cultorem arguat dicens | Quid facere debui vineę meę | ⁊ nõ feci? expectaui vt faceret vuas ⁊ fecit labruscas. deinde indignatus poenam inferat | quã subdit | auferam sepem eius | ⁊ erit in direptionẽ. diruam maceriam eius | ⁊ erit in conculcationem | ⁊ ponam eam desertam. non putabitur ⁊ non fodietur | ⁊ ascendẽt sup eam vepres ⁊ spinę | ⁊ nubibus mandabo ne pluant super eam. Esa. 5. Sub hac vineę metaphora tibi sermo texitur o peccator | Nisi enim in tẽpore penitentiam egeris | postea iusto dei iudicio | auferetur a te Angelorum custodia ⁊ demonibus eris in prędam. tolletur sperandi auxilij expectatio | ⁊ angustijs oppssus cruciaberis. omniq; ope destitutus | nec poenitentię falce poteris ãputare nequitias peccatorum | nec cordis cõpunctione aliquid leuamenti promereri. sed operiet te omnibus spinis asperior poenarum cõgeries | ⁊ nemo Sanctorum prote vltra deprecabitur. hi enim sunt nubes cęli | qui super nos orationum suarum imbrem manantes | faciunt vt tam diu ad penitentiam expectemur. Expectaris ⁊ tu. sed si moram feceris | ab Apostolo quoq; audies | Ignoras quoniam benignitas dei ad penitentiam te adducit. secundum autem duritiam tuam ⁊ impoenitens cor tuum | thesaurizas tibi iram in die irę ⁊ reuelationis iusti iudicij dei | qui reddet vnicuiq; secundum opera eius. Ad romanos ij.

Ad desperantem exhortatio. Cap. xliij.

Nunc ad te conuertor magni atque ingentis criminis conscie qui te nullo modo veniam posse mereri existimas nec perpendis quod dei misericordia multo maior sit omnibus peccatis. Nihil est quod illa nō delebit si te commissi poenituerit. Semper parata est ad condonandum si tu paratus es ad penitentiam agēdam. Quod autem Christus dixit blasphemiam in spiritum sanctum irremissibilem esse multi dubitant utrum intelligendum sit quod nunquam remittatur an quod difficulter. usque adeo existimant si penitentia adsit nihil obstare quin benignitas diuina prestet veniam. Quale igitur vel quam magnum esse potest scelus tuum quod te ad desperationem remissionis quiuit compellere: et de deo non recte sentire ut tibi poenitenti parcere omnino nolit cum nunquam ad poenitentiam conuersis et in ipsum confidentibus nō ignoscat. Si adulteriū si homicidium perpetrasti vtrumque Dauidi cum se peccasse doluisset est remissum. Si foenore et vsuris rem quesisti hoc Mattheo Zacheoque fuit condonatum. Si persecutus es ecclesiam dei de hoc facta est gratia Paulo. Si pernegasti dei filium de hoc Petro fuit venia data. Si stellas adorasti si dijs alienis templa arasque posuisti si obseruasti somnia maleficijsque credidisti si in dei seruos cedibus es grassatus ista omnia Manasses fecerat et tamen cum eum poenituisset veniamque orasset exauditus est hostilique iugo liberatus regnum recuperauit quod amiserat. Nullum ergo tam immane facinus committi potest quod poenitentibus miseratio nō ignoscat diuina. et cum ita sit nō ne stultissimum est id desperare quod plurimis concessum fuisse non ignores: Ceterum neque poenitentia ipsa peccati quicquam prodest veniam desperanti cum hec ipsa desperatio peccatum tale sit ut omne poenitudinis meritum euacuet atque irritet. Nihil profuit Cayno fratricide quod a domino coargutus doleret quia clementie diuine derogauit dicens. Maior est iniquitas mea quam vt veniam merear. Nihil Judam proditorem iuuit suus pro commisso dolor neque confessio cum diceret peccaui tradens sanguinem iustum. Quoniam cum de dei misericordia desperasset tristitia superatus laqueo mortem sibi consciuit. Poenitenti igitur et petēti venia datur. desperanti vero neque in hoc seculo neque in futuro parcitur. Quidnam igitur te vltro perdis desperādo cum iam certo scias esse locum venie si veniam poposceris poenitendo? Cur nō potius cum Dauide peccatum suum lugente exclamas: Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam et secundū multitudinē miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Magna misericordia magnum delet crimen et miserationum multitudo multitudinē remittit peccatorum. Dominus clamat nolo mortem peccatoris sed vt conuertatur et viuat. et tu mori mauis quam conuerti? et veniam desperare quam poscere? Dominus soluit cōpeditos dominus erigit elisos. et tu tam mortifero peccati vinculo nō vis absolui? tam graui casu elisus non curas erigi? de medico qui omnis in se cōfidentes vnico verbo sanat diffidis? Graue est inquis peccatum meum. nunquid grauius quam istorum quorum modo mentionē fecimus? quibus tamen quod nequiter deliquerant clementer dimissum cōstat. Nunquid etiā grauius est peccatū tuū quam celū quam terra quam mare? sed qui potuit creare ista non poterit sceleris tui pondus eleuare et vbi abundauit delictum ibi gratiam abundare facere? Non ne ille quoque qui dicebat Ini-

Margin notes: peccatū in spm sāctum. — dauid. — matth. — zacheus. — Paulus — Petrus — manasses. — Cayn. — Judas — ps. 50.

quitates mee super gresse sunt caput meum / et sicut onus graue grauate sunt super me. peccatus est dicens / Domine ne in furore tuo arguas me / neque in ira tua corripias me. haud ita orasset / nisi spem haberet impetrandi quod orabat. sperauit et orauit et voti compos factus est. Nonne etiam hierosolyme vrbi grauissimum Idolatrie crimen exprobrans deus dixerat / Si laueris te nitro et multiplicaueris tibi herbam borith / maculata es in iniquitate tua coram me. postea tamen ne de peccati remissione diffideret / Fornicata es inquit cum amatoribus / multis / tamen reuertere ad me / et ego suscipiam te. Sed cum reuerti noluissent / aggrauassentque scelus mentis obstinatione / eorum impietatem plumbi massa onerari vidit Zacharias propheta / dominoque vlciscente vrbs passa est excidium / et illi captiui ducti in caldeam. Internitione quidem deleri merebantur / sed dominus temperauit iram / vt postea ostenderet etiam in obstinatos clementiam. Postquam enim eos / poenitere coepit / peccata confitendo misericordiamque dei implorando / ipso fauente de seruitutis iugo liberati atque ad patrium solum postliminio reuersi instaurata ciuitate temploque erecto fortis pristine statu frui coepere. Iam ergo vides (nisi adeo cecus es / vt nihil veri videas) quia nulla est prorsus tanta delicti alicuius magnitudo / tanta grauitas / quam dei misericordia a poenitentibus requisita non minuat non eleuet / non denique ad nihilum redigat. Soli hanc consequi nequeunt / qui de ipsa desperant. Licet igitur te peccasse poeniteat / nisi etiam peccati veniam desperasse poenituerit / cum impoenitentibus computaberis. Quamobrem festina deponere dementiam istam animi / vt flagitij tui magnitudine diuine clementie immensitatem putes inferiorem. Deus pater misericordiarum est / miserationum suarum non est numerus. Spera in illo. sperantes in domino misericordia circumdabit. dum te poenitet / dum speras / dum precaris / etiam Sancti pro te orant / Angeli vota tua offerunt deo / Christus ipse pro te patrem interpellat / dicente Ioanne apostolo / Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum / et ipse est propitiatio pro peccatis nostris / non pro nostris autem tantum / sed etiam pro totius mundi. Desperantium vero Christus non aduocatus est / sed Iudex. Considera igitur vtrum tibi sit melius veniam sperare / vt Christi patrocinio subleueris / an desperare / vt eiusdem iudicio damneris? et in eternum pereas? Hactenus de poenitentia / nunc de confessione peccatorum / que poenitentiam comitari debet / aliquid memoremus.

hie. 21.

Zach. 5.

Epla. j. 21.

De peccatorum confessione. Cap. xv.

TRia sunt peccatorum genera. aut enim peccamus cogitatione / aut verbo / aut opere. per ista mente discurrendo / postquam conscientiam diligenter accurateque examinaueris / tam de omnibus quam de singulis / in quibus deo vel proximo aliqua illata est iniuria / dolentes moestique / imprimis / et ante Sacerdotem veluti ante Christum reuerenter genibus prouoluti cuncta illi exponamus / occultemus nihil. Manifestanda est enim medico egritudo / vt ille adhibitis remedijs instauret sanitatem. Illi autem animarum nostrarum medici sunt / quibus concessa est soluendi ligandique potestas ab eo qui dixit / Accipite spiritum sanctum / quorum remiseritis peccata remissa erunt / et quorum retinueritis retenta sunt. ab eo inquam qui est Sacerdos in eternum / quique in celum ascendens vicarios nobis in terra reliquit ipsos Sa-

Io. 20.

cerdotes | ꝛ Petro curam ouium suarꝫ pastor bonus cõmendans atqꝫ claues re-
gni celestis tradẽs dixit | Quodcũqꝫ solueris super terram | erit solutũ ꝛ in celis. |
Mat. 16. ꝛ quodcunqꝫ ligaueris super terram | erit ligatum ꝛ in celis. Non dubitemus igit̃ |
quin peccatum illud deletũ sit | quodcũqꝫ Christi Sacerdotes rite dimiserint. Ab
Mat. 18. eo ius soluendi atqꝫ ligandi acceperũt | qui potest omnia | ꝛ per quem facta sunt
omnia in celo ꝛ in terra ꝛ in omnibus abyssis. Ipsi iudicent inter lepram ꝛ leprã |
ipsi peccatorum nostrorum morbos curent | ipsi nos ad eternam transmittant salutẽ |
suppeditantes quicquid ad eam assequendam nobis necessariũ fuerit. Necessariũ est
autẽ baptismo ablui | chrismate inũgi. sed quoniã et post hec in multis delinquimus |
nihil deinde ita necessariũ est | vt peccatorũ cũ poenitẽtia cõfessio. Hac sola quoties
cadimus | erigimur ꝛ stamus. Baptismus quidem sordes ante se cõtractas eluit
semel | cõfessio semper. Ceterum qꝫ etiam per martyrium aboleantur peccata non
mar. 8. ambigimus | domino dicente | Qui perdiderit animã suam ꝑpter me ꝛ euange-
Luc. 11 lium | saluam faciet eam. ꝛ per elemosynarum largitatem | cũ idem dicat | Date
elemosinam | ꝛ ecce omnia munda sunt vobis. ꝛ per iniuriarũ cõdonationẽ. quia
mat. 6. scriptum est | Si dimiseritis ex corde fratribus vestris peccata ipsorũ | ꝛ pater ve-
Mac. 11 ster celestis dimittet vobis peccata vestra. ꝛ per exortandi studium | quo alios a fla-
gitio ad virtutem reuocare nitimur. quia dicitur | Siquis cõuerti fecerit peccatorẽ
Jacobi 5. ab errore vie sue | saluat animam eius ꝛ operit multitudinem peccatorũ. ꝛ siqua
alia sunt per que remitti crimen dicatur | non ideo poenitentie cõfessionisqꝫ sacra-
mentum excludi putes | nec sine ipso te saluandũ credas | si talia feceris. nisi enim
te peccasse poenituerit | nihil ista proderet. Peccato deus offenditur | qꝫ si pro pec-
cato quo deum offendisti | non doleas | cares charitate. sine qua teste Paulo apo-
stolo | in quo Christus locutus est | nec corpus tradere vt ardeat | nec facultates in
cibos pauperum distribuere | nec hominum Angelorũqꝫ linguis loqui | nec fide
montes transferre | quicqꝫ ꝓdesse poterit. Poenitentiã itaqꝫ agere oportet | ꝛ illa
non omittere. Quicquid enim pie sancteqꝫ agitur | appendix poenitentie est | ꝛ ꝓ
culpa satisfactio | vt purgatorij poena vel breuior fit | vel nulla | si plene in vita sa-
tisfactũ fuerit. vel etiam vt post culpe poeneqꝫ abolitionẽ plus glorie in celo mere-
ri possint | qui hic benefecerint. Restat vt dicta euangelica | que memorauimus |
queqꝫ illis similia sunt | ita intelligantur | vt si fiant que in ipsis ꝑcipiuntur | pec-
catori ad emundationẽ adiumento fore | si tamẽ ꝑcesserit poenitentia cũ cõfitendi
ꝓposito | quando fuerit opportunũ. Igitur sicut charitas ipsa fundamentũ ꝛ con-
summatio virtutum est | ita poenitentia finis esse debet peccandi beneqꝫ agẽdi ini-
tium | vt cetera feliciter succedant | deoqꝫ grata atqꝫ accepta sint. Siquis tamen
solam poenitentiam sibi sufficere credẽs cõfessionẽ respueret | in hereticorum nu-
mero ponendus esset. neqꝫ ei ꝑfecto prodesse potuisset poenitẽtia ab ecclesie corpo-
re separato. Separatum enim a corpore mẽbrum non viuificatur | sed qꝫ diu diui-
sum est | manet in morte. Cõfessionis autem sacramentũ tam veteribus qꝫ nouis
gen. 3. hominibus cõmune est. Primi parentes nostri Adam ꝛ Eua cũ peccassent | pec-
catũ suũ confiteri coacti sunt | deo interogante quare fecerint | quod facere inter-
dicti erant | ꝛ illis respondentibꝰ qualiter in id criminis incidissent. Voluit itaqꝫ
deus a primo homine cõfessionis inchoare mysterium | vt ostenderet | nulli poste-
rorum claudi cõfugium aduenientium | quod apertum esset primis. Quamobrẽ ꝛ ab

bis descendentiũ Israhelitarũ mos fuit | quoties erumnis oppressi essent | dei opẽ implorare | cilicio cõtegi | cinere cõspergi | ieiunio corpus affligere | & pter hec peccata cõfiteri sic humiliati deo miserante angustijs liberabantur | & a peccatis quidem absoluti abibant | preter originis culpam | qua absolui nõ poterant | donec redemptor in lege promissus non venisset. Quare nec illorum confessio in lege potuit esse ita plena (nihil enim ad perfectum adduxit lex) vt est nostra in euangelio. cum illa in parte manca sit | hec per omnia integra & perfecta. Illa simul multorũ | hec singulorum. illa deo audiente tñ | hec etiã dei sacerdote examinante & ab oĩbus absoluente. Nõdum enim illis mediator venerat christus dñs | p quem nobis reseratus est aditus ad celestia | & cuius cruore a corruptę originis culpa expiati in sancta coepimus introire | & heredes fieri nõ terreni & tẽporalis regni | vt illi | sed celestis & eterni. Ne igitur tanti erga humanũ genus bñficij memoriam vlla vnq̃ deleret obliuio | mediatoris atq̃ redemptoris Christi locũ in terra tenere coeperunt sacerdotes. Per eos ipse verus agnus pro nobis semel oblatus | quotidie offertur. Per eos ecclesię sacramenta participiamus | remissionẽq̃ accipimus peccatorum. & postq̃ his penitus mũdate vita ista decedimus | nõ iam ad inferos vt veteres illi | sed ad celestem patriã | vt in christo renouati trãsmigramus. Tantę igitur virtutis est nostra cõfessio | vt nõ solũ de peccatoribus iustos faciat | sz etiã de terrenis celestes | de mortalibus imortales | de miseris felices. Hec enim cõfessio peccata delet | & animam a morte liberat. qđ ostendit Ezechias ad dñm dicens | Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animę meę | tu aũt eruisti aĩam meaz vt nõ periret. proiecisti post tergũ tuuz omnia peccata mea. Idem testatur psalmista cum ait | Dixi cõfitebor aduersum me iniustitiam meam dño | & tu remisisti impietatem peccati mei. Per hãc dñm preces effundimus | voti cõpotes efficimur | eodẽ ppheta dicẽte | Uias meas enũciaui tibi | & exaudisti me. Per hãc praui cogitatus dissipantur | & qui boni sunt succedunt. sicut Salomon in puerbijs affirmat dicẽs | Reuela domino opa tua | & dirigentur cogitationes tuę. hec deniq̃ sancta cõfessio diabolo nos ereptos reddit deo | & de filijs tenebrarum filios efficit lucis. Ille qui luxuriose viuendo bona cõsumpserit | ita vt porcos pasceret | ad patrem supplex cõfugiens | ac se peccasse confitens | amplixũ osculũq̃ nostris accipere meruit | & stolam | & annulũ | & calciamenta | & cõuiuium. nihil qđ male egerat exprobrat ei | sed humilis confessionis merito in hereditatẽ cũ omni letitię ambitu fuit admissus | ingenti calamitate in summam beatitudinem cõmutata. In integrũ itaq̃ restituitur gratia | cũ peccator per pñiam & cõfessionem humiliatur. Postremo qcqd diximus de pñia | idem de confessione est sentiẽdum. Neq̃ enim pfecta esse potest penitentia sine proposito confitendi | neq̃ vtilis cõfessio absq̃ poenitentię admixtione.

Esa. 38.

ps. 31.

ps. 118

16.

Luce. 15.

De ijs qui confiteri negligunt. Cap. xvj.

DE illis vero qui tam salutiferaz peccatoruz cõfessionẽ peruicacitr deuitãt | viam virtutis perpetuo aberrant. quia in tenebris manent | neq̃ quo tendere debeant satis perspiciunt. Scriptum est enim | Qui abscondent scelera sua | nõ dirigetur. qui autem cõfessus fuerit & reliquerit ea | misericordiã consequet. Quid autez prodest id celare hominẽ | quod non latet deum? Peccata enim quę nunc vni sacerdoti abscondis | in die iudicij omnibus manifesta erũt. dicente domino | Reuelabo pudenda tua in facie tua. Coram vno modo non vis erubescere? coraz

Puer. 18.

Nañ. 3

plurimis postea cōfunderis. Omni tamē verecūdie tue molestia intolerabilior erit
Iudicis aduersum te seueritas atq₃ cognitio. ea te peccatis grauatum in baratrum
detrudet inferni. vt qui confessionis beneficio per misericordiā dei oblato vti no-
luisti / terribiles infinitosq₃ cruciatus patiaris per iustitiā. dicente Osee pp̄heta.
13. Colligata est iniquitas ephraim / absconditū peccatum eius / dolores parturiētis
venient ei. Talis itaq₃ merces illius erit / cuius peccatum nunc absconditum est /
nollentis illud secundum diuine humaneq₃ legis prescriptū cōfiteri palamq₃ alte
ri / facere. Nā siue timore / siue pudore id faciat / nō excusabitur. Magis enim deū
timere debuit q̄₃ homines / ⁊ potius cōtempto rubore purificari velle / q̄₃ subtra-
cta cōfessione sordescere. Porro sicut hi qui nunc scelerum suorū poenitentes pro
priā cōfessione se accusant / Angelorū patrocinio subleuati erunt vt beati sint / ita
qui errata sua modo dissimulant / a diabolo tandem accusabūtur / vt Christi iudi-
cio condemnentur. Curramus igitur totis affectibus ad portum salutis / ne delicto
rum tempestatibus acti mergamur in p̄fundum. Doleamus q̄ peccando p̄uari-
cati sumus diuina mādata / ⁊ cū certa emendandi / satisfaciendiq₃ destinatione sin
gula queq₃ / quibus offendimus / cōfiteamur. Alioquin ne illa quidem que bene
facimus / p̄derunt ad beatitudinem consequendā / nisi de malis que cōmisim⁹
tristemur / eademq₃ Sacerdoti indicemus / vt volentes moneat / vt sustinere para
tos castiget / mulctaq₃ pro delictis / que sibi aptior videbitur imposita / mūdos pu-
rosq₃ restituat ecclesie deoq₃ recōciliet. Si eni₃ cōfiteamur peccata nostra (vt Ioā
Epla. .j. .j. nes apostol⁹ inquit) fidelis est ⁊ iustus domin⁹ / vt remittat nobis peccata nostra /
⁊ emundet nos ab omni iniquitate. Remissio minuit culpam / emundatio tollit
poenam ⁊ confert beatitudinem / dicente Domino / Beati mundo corde / quo-
niam ipsi deum videbunt.

De sacramento corporis Christi. Cap. xvij.

Poenitentes de iis quibus te offendimus domine / ⁊ eadē Sacerdoti tuo
conteśsi / atq₃ ab ipso / cui tu soluendi potestatem dedisti absoluti / ad men
sam saluberrimi conuiuij tui accedimus / vt corpori ⁊ sanguini tuo cōmunicemus.
Indigni quidem sed tamen abs te inuitati / qui infirmitati nostre presentaneum
porrigens remedium / sacratissimū corpus tuū sub specie panis / Accipite inquis
Mat. 26. ⁊ comedite / hoc est corpus meum. deinde p̄ciosum sanguinē tuum sub specie vini
in calice infusum propinans ais. bibite ex hoc omnes. hic est enim sanguis meus
noui testamenti / quod p̄ multis effundetur in remissionē peccatorū. Et ante per
Pue. 9. Salomonem in prouerbijs hortatus es dicens / Venite ⁊ comedite panem meū /
⁊ bibite vinū quod miscui vobis. Ad tuum ergo conuiuiū a te inuitati a te voca-
ti accedimus / cum plena fide / cum indubitata credulitate cōfitentes / panem ⁊
vinum tuis verbis a tuo Sacerdote consecratum / tuū esse corpus / tuum esse san-
guinem. Tu enim ipse qui veritas es / hoc testaris ⁊ affirmas / cui vel minimum re
fragari infidelitatis crimen est. Panis viniq₃ figuram oculis cernim⁹ / odorē na-
ribus haurimus / saporem ore gustamus / duritiem atq₃ liquorem tactu sentim⁹.
⁊ tamen non nostris sensibus / sed tuo testimonio credimus. Omnis enim homo
mendax / tu solus verax / tu ipsa veritas / que nec decipi potest nec decipere. Nos
itaq₃ corpus tuū / Clementissime domine / ⁊ tuum sanguinē aliena specie velatū
fideliter

fideliter accipimus. nec omnino qua ratiõe id fieri possit querimus | aut quomo-
do panis viniqꝫ substantia in substantiã corporis ⁊ sanguinis tui transeat | cũ acci
dẽtia nõ mutentur scrutamur. Maius est enim miraculum istud | qꝫ vt humano
ingenio vel sciẽtia cõprehẽdi possit | te tamen tradẽte verum esse credimus | etiam
qð intelligere quomõ verum esse possit nequimus. Eteni suis finibus circũscriptus
est intellectus noster | tue autẽ potentie | tue sapiẽtie nullus est finis | nulla circun-
scriptio | omnẽ numerũ | omnẽ excedit modum. Stultus est igitur | qui tanti my-
sterij altitudinẽ se deprehẽdisse putat | nisi ipse reueles | ipse aperias | ipse illum tam
singularis intelligẽtie efficias capacẽ. Nos interim non ideo credimus panem ⁊
vinum in substantiam tui corporis ⁊ sanguinis transmutari | q2 ⁊ vxor Loth versa
sit in statuam salis | ⁊ virga Moysi in colubrum | ⁊ cibus atqꝫ potus in carnẽ ⁊ san
guinem animalis. Nam simul cum accidentibus ista mutata sunt | sed q2 nihil ve
rius esse nouimus his | que te docente discere contingit. Cõfitemur te esse verbũ |
per quod facta sunt oĩa | ⁊ sine quo factum est nihil. Quid ergo factu tibi impossi
bile | si modo illud vt fiat | tue cõueniat maiestati? Absit igit̃ vt quicꝫ dubitemus
de tam mirabili stupẽdoqꝫ sacramẽto | cuius tu ⁊ autor es ⁊ testis. In quo magis
mirari licet tue in nos benignitatis magnitudinẽ | qꝫ incomprehẽsibile operis ar-
canũ. Tu te nobis dñe prestas in cibum | qui te pro nobis supra crucem obtulisti
in sacrificium. sed ibi visibilis ⁊ passibilis ⁊ mortalis apparebas | hic lates glorio-
sius ⁊ deuicta iam morte triumphãs. Ibi abscondita erat in homĩe diuinitas | hic
in panis viniqꝫ figura celatur ⁊ humanitas. Sed licet neutrũ cernãt oculi | vtrũqꝫ
tamen confitetur fides. Tu hic totus es | qui ⁊ in celo es totus | celestia non de-
relinquens ⁊ terrena visitans. Nam ⁊ in celum ascensurus te quotidie nobiscum
fore promiseras vsqꝫ ad seculi cõsumationẽ. Itaqꝫ ⁊ nobiscũ es domine in terra |
⁊ cum patre in celo. nobiscum in specie aliena | cum patre in propria. in terra mun
dans peccatores | in celo mundatos suscipiens. Celum ⁊ terram imples tua diui
nitate. ⁊ quoniam ei tua iuncta est humanitas | vbicunqꝫ diuinitas est | illic si vo-
lueris | ⁊ humanitatem tuam esse necesse est. Quid ergo mirum | si in multis locis
es qui in vno | si in pluribus hostijs qui in vna? Porro cum tibi placuisset | ineffa
bili corporis ⁊ sanguinis tui sacramento fideles tuos pascere ⁊ tibi vnire | sub pa-
nis viniqꝫ figura latere voluisti | vt nemo horreret gustare | quod fideliter gustatũ
beatitudinem conferret. Primus Melchisedech in sacrificio panem ⁊ vinum ob Gen.
tulit. Inde tu diceris | In eternum Sacerdos | non scðm ritum eorum qui pecora 14.
sacrificabant | sed scðm ordinem Melchisedech | qui pane vinoqꝫ litauit. Illius ta
men sacrificium signum ⁊ vmbra fuit | tuum autem veritas est ⁊ lux. tuum istud
⁊ prophete futurum predicauerunt | ⁊ figure significarũt | vt in eo credẽdo | quod
⁊ vetustas permitteret | ⁊ nouitas exhiberet | fides nostra stabiliretur atqꝫ firmare
tur magis. Ab Esaia predictum audimus | Et faciet dominus exercituum omni
bus populis in monte hoc conuiuium pinguium | conuiuium vindemie | pingui 25.
um medullatorum | vindemie defecate. Et ab Hieremia | Omnis lagũcula imple
bitur vino. Et ab Ezechiele | Uocabo frumentum ⁊ multiplicabo illud | ⁊ non po- 13
nam vobis famẽ. Et ab Osee | Conuertentur sedentes in vmbra eius | viuent tri- 36
tico | ⁊ germinabunt quasi vinea | memoriale eius sicut vinum libani. Et a Zacha 14
ria | Quid enim bonum eius est | ⁊ quid pulchrum eius | nisi frumentum electo- 9

.I. rum ⁊ vinum germinans virgines. Et a Malachia | In omni loco sacrificatur et
offertur nomini meo oblatio munda | quia magnum nomen meum in gentibus
dicit dominus exercituum. Figurę autem atqꝫ signa fuere | sacrificium Melchise
dech Sacerdotis | mãna in deserto | agnus pascalis | hostia Sanctorum oblata pro
peccato | hostia pacificorum oblata domino | subcinericius panis Helię in itine-
re | panes propositionis in templo. Quicquid in his fuit significatum | in tui do-
mine glorificati corporis sacramento credimus impletum atqꝫ ideo non quod vi
demus in eo | sed quod credimus adoramus. vt Petri apostoli tui promissum te
epla. j. donante nobis persoluatur dicentis | In quem nunc non videntes creditis | cre-
.I. dentes exultabitis lętitia inenarrabili ⁊ glorificata | reportantes finẽ fidei vestrę
salutem animarum vestrarum. hoc illud est quod ⁊ ipse dixeras | Beati qui non
viderunt ⁊ crediderunt. Accedimus etiam ad te domine cum timore ⁊ humilita-
ps.110. te. Tu es enim ille | de quo in psalmo est dictum | Escã dedit timentibus se. tu das
te ipsum iis qui maiestatem tuam offendere metuunt | ⁊ eidem in omnibus obse-
qui desyderant. Accedimus ad te in amorem tuum insinuari cupientes. tu quip-
pe das escam esurientibus | vt dulcedine charitatis tuę satientur quam esuriunt.
Reg. j. Accedimus cum continentię castitatisqꝫ proposito. Nam si non licuit Dauidi et
xxj. iis qui cum illo erant | edere de panibus sanctificatis | nisi cum a cõsuetudine mu-
lierum expiassent | quanto continentiorem esse oportet eum | qui castum corpus
Leuit. tuum | de casta sumptum virgine ⁊ tibi vnitum esurus accedit? ⁊ si de hostia pa-
.7. cificorum vesci iubetur qui fuerit mundus | quanto conuenit esse illum mundio
rem | qui te omnis munditię fontem | omnis gratię autorem cupit haurire? Tu es
panis viuus vitam nobis donans quam non habemus | ⁊ a morte liberans quã
Joã. 6. timemus. Ais enim | Ego sum panis vitę. patres vestri manducauerunt manna
in deserto ⁊ mortui sunt. hic est panis de cęlo descendens | vt siquis ex ipso man-
ducauerit non moriatur. Ego sum panis viuus qui de cęlo descendi | siquis man
ducauerit ex hoc pane | viuet in ęternum. ⁊ panis quem ego dabo | caro mea est
pro mundi vita. Nihil est domine tua ista oblatione melius | nihil pulchrius | ni-
9. hil dulcius | nihil iocundius. Quid est bonũ eius inquit Zacharias | ⁊ quid pul
chrum eius nisi frumentum electorum et vinum germinans virgines. Bonus ⁊
pulcher es | non reprobis sed electis et fidei virginitatem consecutis | non here-
ticis a sponsa tua ecclesia alienatis atqꝫ fornicantibus. Tui praeterea sacramẽti dul
cedo a psalmista mel dicitur | quoniam nihil aliud in terra gustu dulcius inuenit |
cuius nomine illam exprimeret. Cibauit illos inquit ex adipe frumenti | ⁊ de pe-
ps. 80. tra melle saturauit eos. Idem alibi | Gustate ⁊ videte | quoniam suauis est domi
nus. Tu tua ista suauitate | isto melle | in cęlo reficis Angelos | animasqꝫ sanctas |
ps.77. ⁊ mortales pascis i terra. Unde dicitur | Panem cęli dedit eis | panem Angelorũ
manducauit homo. Postremo qꝫ cibus iste ac potus | quem abs te nobis datũ
pro maximo munere accipimus | gaudere nos ⁊ exultare faciat | psalmista testa-
tus est dicens | Educas panem de terra ⁊ vinum lętificet cor hominis. Cum ergo
mysticum alimentum istud tantũ ac tale sit | merito quidem Eucharistiã idest bo
nam gratiam vocant. Se enim pie sumentibus magnam multiplicemqꝫ confert
gratiam | ⁊ ad summam vsqꝫ prouehit beatitudinem. Te quippe in ipso sumim⁹ |
qui totius boni largitor es | totius distributor felicitatis atqꝫ glorię. Tu sub aliena

specie latens ꝛ delicta nostra purgas | ꝛ purgatos ad purius viuendi studium di
rigis. Quod si in Leuitico quicquid tetigerit carnes hostię pro peccato oblatę san leuit.5.
ctificari dicitur | quis dubitat | quin istud quod pręcessit in figura | cumulatius
impleatur in veritate? Tu ille es qui solo tactu leprosum mundasti | mulierem san Luc.5.
guine fluentem curasti | puellam mortuam ad vitam reuocasti. vt ostenderes in te
esse virtutem peccata pręterita delendi | futura cauendi | ꝛ qui in peccatis mor
tui iacent | ad spem vitę ęternę erigẽdi. Tua preterea in ecclesiastico vox est. Qui 24
edunt me adhuc esurient | ꝛ qui bibunt me adhuc sitient. Esuries ista ꝛ sitis desy
derium tui est. quo desyderio qui affecti fuerint | beati erunt quia saturabuntur.
Incipient enim repleri virtutibus | qui ante vitijs referti erant. vt fiat quod in
psalmo dicitur | A fructu frumẽti vini ꝛ olei multiplicati sunt. Quod vt nobis cõ ps.4.
tingat | ipse per prophetam hortaris dicens | Dilata os tuum | ꝛ implebo illud. ps.80
Qui paratior accedit magis dilatatur | ꝛ qui magis dilatatur | magis ꝛ impletur.
Cum autem implemur | tunc pręcipue ad te diligendum accendimur. Hoc pro
pheta spiritualiter expertus admiratur ꝛ ait | Inpinguasti in oleo caput meum | ps.22
ꝛ calix meus inebrians q̃ pręclarus est. Sed oleum | quia lucernis additur | men
tis illuminationem signare videtur. vt qui prius in tenebris ignorantię erant | iam
intelligentię donum attingant. Perinde atq; illi | quorum oculi tenebantur ne te
agnoscerent | ꝛ postea quidem cognouerunt. dum te ad suum diuertere hospitium
cogunt | dum te aperiente scripturas discunt | per panis fracti sacramẽtum in tui
agnitionem se venisse confessi sunt. Diuini panis virtute animam quoq; effici pul
cherrimam Ezechielis prophetę testimonio discimus dicentis | Similam ꝛ mel 16.
ꝛ oleum comedisti | ꝛ decora facta es vehementer nimis. Ex hoc preterea ad resi
stendum diabolo vires acquirimus | ꝛ contra carnis certamina efficimur fortio
res. dicente propheta | Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tri ps.22
bulant me. Demum victo diabolo ꝛ spiritu carni dominante | multa animi pace |
multa quiete fruimur. iuxta illud | Qui ponit fines tuos pacem | ꝛ adipe frumen ps.
ti satiat te. Et quid est vsq; virtutis | quid gratię | quid felicitatis domine Iesu Chri 147
ste | quod tibi digne cõmunicantes non adipiscimur? Tu in nobis es | ꝛ nos in te |
quoties tuo cibo ꝛ tuo potu anima nostra reficitur. Ais enim | Caro mea vere est Ioã.6.
cibus ꝛ sanguis meus vere est potus | qui manducat meam carnem ꝛ bibit meum
sanguinem | in me manet ꝛ ego in illo. Et quoniam vita es | in te manẽtes teq; in
nobis manentem habentes viuimus in ęternum. Quam ob rem sub iungens in
quis | Sicut misit me viuens Pater | ꝛ ego viuo propter patrem | ꝛ qui manducat
me | ꝛ ipse viuet propter me. Reliquum est vt sic viuendo beatitudine fruamur |
perpetua ꝛ ęterna. Iccirco vt illam nobis conferas | mones ꝛ ais | Operamini nõ Ioã.6.
cibum qui perit | sed qui permanet in vitam ęternam. quem filius hominis da
bit vobis. hunc enim pater signauit deus. ꝛ iterum | Ego sum panis vitę | qui venit
ad me non esuriet | ꝛ qui credit in me non sitiet in ęternũ. Ad beatos ista pertinere
etiam apocalypsis docet | vbi dicitur | Non esurient neque sitient amplius | neq;
cadet super illos sol | neq; vllus ęstus | quoniam agnus qui in medio throni est | re Apoc.
get illos | ꝛ deducet eos ad vitę fontes aquarum | ꝛ absterget deus omnem lachri 7.
mam ab oculis eorum. Quas ergo tibi gratias benignissime domine pro tam im
menso munere agemus? que preconia | quas laudes persoluemus? Nihil aliud a

nobis exigere videris | q̄ ne polluto ore tua dona contaminemus. At hoc etiam nisi te imbecillitatem nostram adiuuante prestare nequimus. Tu ipse igitur qui tam liberaliter ad epulas tuas nos inuitas | da vt semper ad illas digni veniamus | vtq̄ tua carne actuo sanguine cum quanta conuenit mentis & corporis puritate reficiamur. quodq̄ ad memoriam tue passionis & nostre redemptionis cōstituisti dicens | Hoc facite in meam cōmemorationē | presta vt quotidie ista meditātes | nullo die | nulla hora | nullo temporis momento obliuiscamur tui.

In eos qui sacramentum male sumunt. cap. xviij.

Cum igitur tanti emolumenti sit | tanteq̄ felicitatis vero pane ac vero potu isto vti | non ne miseri sunt & infelices | qui vel indigni ad sumendum accedūt | vel oīno sumere cōtemnūt? Indigne autē accedūt | qui poenitētiā peccatorum | vt debēt | nō egerūt | nec satis diligentes in cōfitendis reatib⁹ fuere | neq̄ ab oībus continendi se se ꝓpositū habēt. Si cōscientia tua te accusat | cur pollut⁹ agni purissimi carnē gustādo ingnas? Nō culpā sic agēdo diluis sed grauas | & in maximū te ꝑcipitas scelus. audi Apostolū dicentē | Quicūq̄ mādu cauerit panem | & bibit calicē dn̄i indigne | reus erit corpis & sanguis dn̄i. Probet autē se ipm hō | & sic de pane illo edat | & de calice bibat. Qui enī mādu cat & bibit idigne | iudiciū sibi mādu cat & bibit | nō diiudicās corpus dn̄i. Quid est reū esse corporis & sanguinis dn̄i | nisi illis fieri similem | qui Saluatorem contumelijs affectum crucifixerunt? Verbis illi petulantibus insultabant | tu gustu temerario offendis. flagellis illi percuciebant | tu manibus immundis contrectando violas. crucifigebant illi | tu quotidie peccatorum tuorum aculeis cōfodere nō dubitas. Illi saltem vt honeste sepeliretur ꝑmisere | tu in foueam feculenti pectoris mūdissimū dn̄m precipitas. Quam ob rē ipse idē in Malachia ꝓpheta de talibus cōquerit dicēs | Ad vos o Sacerdotes | qui despicitis nomen meum. & dicitis in quo despeximus nomen tuum? in eo q̄ offertis super altare meū panem pollutum. & dicitis | In quo polluimus te? in eo q̄ dicitis | mensa domini despecta est. Offerimus panem pollutum | quoties impuris manibus oblationem sanctam contrectamus. & licet illa pollui non possit | nobis tamen nostra imputatur nequitia. Mensam autem domini despectam esse dicere videmur | quoties ad eam contemptim temerarieq̄ accedimus | quasi ad corporis communes epulas inuitati | non ad anime alimentum singulare. Si ergo mundari se aliquis ita credat & p delicto satisfacere vehementer fallitur. Immūdior enī efficitur ipsa cōfidentie temeritate. Unde p Hieremiam ꝓphetam a dn̄o arguitur dicēte | Quid est q̄ dilectus meus in domo mea facit scelera multa? nunquid carnes sancte auferent a te malicias tuas? Profecto (vt diximus) non solum non auferent | sed etiam addent. immo si is qui talia presumit | poenitentiam non egerit | in dies deterius labetur fietq̄ imbecillior atq̄ debilior diuina ope penitus destitutus. Proditum est in annalibus regum Juda | q̄ Palestini arcam testamenti captam Azotum detulerint | & in templo Idoli Dagon collocarint. protinus corruisse simulachrum dicitur | & capite ac manibus fuisset truncatum. Azotios quoq̄ graui admodum valitudine laborasse | donec Israelitis arca fuit reddita. Arca ista typus Christi erat | cuius corpus qui indigne ꝯtrectat | Palestinus est. qui in gulā male affectā mittere non metuit | in tēplo Dagon illud collocat. Corruet igitur ipse & confringet | trūcum fiet inutile capite ac ma-

Margin notes (left): Ad co ri. j. 11. — I. — II — Regū. secūdo cap. 5.

ribus carens / quoniam neq; cogitare neq; facere poterit quod ei prodesse queat
ad salutem. & cum ad beneagendum nihil sibi superierit viriū / cum Ozias egro/
tabit / donec agat poenitētiam / seq; restituat sibi / & pro crimine satisfacere incipiat.
quoniam neq; tam nequiter delinquenti denegatur locus penitentię. Habetur Secū/
enim in paralipomenon libro / q magna populi pars non sanctificata comedere do. 30.
phase ausa fuerit / sed cū se peccasse dolerent / & Ezechias pro eis orasset / placatus
fuisse dominus dicitur. Tibi quoq; cui nunc iratus est / procul dubio placabitur /
si te peccati poenituerit / veniamq; fueris precatus. Omnibus patet ad deū redi
tus / & reuertenti misericordia denegatur nemini. Quid si redire neglexeris / & in
aliquo flagitio pertinaciter perseuerans ad sancta sanctorum non timueris acce
dere / diabolo ad te possidēduʒ perdēdumq; aditū aperies. Nam de Juda quoq;
scriptum est / quod post buccellaʒ Sathanas in eum introiuit. atq; ita ille malignis
suggestione superatus maturauit scelerate perficere / quod impie cogitarat. & qui
dominicam coenam ore sacrilego deliberare presumpsit / factus est domini prodi
tor. Nunc si imitari in gustando sacramento perges / nonne etiam tibi dicere pote
rit dominus: Ecce manus tradentis me mecum est in mensa. & veh homini illi p
quē filius hoīs tradetur? Tradidit illuʒ Judas impijs Judeis / tu eūdē tradis tibi
impuro. Hanc ob rē nisi te correxeris / poenitētiā q; egeris / ac pro tanta tua temerita
te fleueris / acerbissimas quidem & nullo fine concludēdas in inferno poenas da
bis. Sic enim in Leuitico scribitur. Anima polluta / que ederit de carnibus hostię 7
pacificorum / que oblata est domino / peribit de populis suis. Perijt & oza infelix Reg. 2
qui prophanam manum arcę sanctę / licet labenti supponere fuit ausus. percussit cap. 6.
eum dominus (vt ait scriptura) super temeritate & mortuus est. Atq; vt apertius
intelligas distantiam digne & indigne ad sacrosanctum libamen accedentium / di
sce quid in Esaia scriptum sit / Hec dicit dominus deus inquit / ecce serui mei co/ 66
medent / & vos esurietis. ecce serui mei bibent / & vos sitietis. ecce serui mei letabū
tur / & vos confundemini. ecce serui mei laudabunt pre exultatione cordis / & vos
clamabitis pre dolore cordis / & pre contritione spiritus vlulabitis. Qd si certum
est dānandos esse eos / qui impoenitentes decesserint / quanto magis cum ad im
poenitentiam accesserit temeritas indigne cōmunicandi?

In eos qui sacramentum sumere recusant. cap. xix.

Ceterum non fortasse minus peccant illi / quibus tam & si vereantur polluti
accedere / magis libet abstinere / q̄ operaʒ dare ac moliri / vt digni accedāt.
Timent scilicet domino cōmunicare / & eiusdē minas imperterriti aure excipiūt.
Ait enim / Nisi manducaueritis carnem filij hominis / & sanguineʒ eius biberitis / Joā. 6.
non habebitis vitam in vobis. Verentur itaq; diuinis libamentis vesci / & in pec/
cato perseuerando deum offendere non verentur. Cōmunicare quidem non de/
bent / nisi rite atq; ordine preparentur / sed preparari ita eos oportet / vt cōmunica
tione digni habeantur. Alioquin & indigne accedens perit propter temeritatem /
& accedere nolens dānatur / propter sese corrigendi negligentiam. Quid enim pro
dest christum honorare / dum te indignum iudicans corpore eius & sanguine ab
stines / si peccato non abstineas / quo ipsum ad iracundiam prouocas / & prudens

ac volens te illius conuiuio indignum prestas? Omnes certe indigni sumus/ cum nemo sit qui non peccat/ nemo cui cum centurione in christum credente dicere non conueniat/ Domine non sum dignus/ vt intres sub tectum meum. In eo tamen digni censemur/ si poenitentes/ si confessi/ si humiles accedimus. Talem cum te iam esse noueris/ accedere ne dubites ab illo inuitaris/ qui omnes conclusit sub peccato/ vt omnium misereatur. Talis cum accesseris mundaberis/ continentior constantiorque efficiere denique tu tenet longe alium quam qui fueras esse senties. At vero si etiam rite preparatus comunicare nolueris (vide quantum tibi incomodi inde oritur) vitam in te non habebis. In morte ergo eris. quid ni? Si vetus quoque lex id

Nu. 9 testetur dicens/ Siquis et mundus est/ et in itinere non fuit/ et non fecit phase/ exterminabitur anima illa de populis suis. quia sacrificium dominus non obtulit tempore suo/ peccatum suum ipse portabit. Tam lege igitur quam euangelio/ vt Christo communices compelleris. id ipsum insuper ecclesie sancte edictum tibi confirmat/ Qui pro sceleribus suis inquit duobus vel tribus annis non comunicant/ excommunicandi sunt/ donec penitentiam agant. Ualde etiam expauescenda est illa domini Ana-

Luce. ma in illos qui ad coenam vocati venire recusarunt promulgata. Nemo inquit

14. virorum illorum qui vocati sunt/ gustabunt coenam meam. Quod ergo nunc inuitatus gustare negligis/ postea cum maxime cupies/ attingere non poteris. Tunc enim erit tempus iustitie atque iudicij/ nunc est miserationis et venie. Preterea si isti qui flagitij alicuius conscij sacramentum sumere perhorrescunt/ damnabiles habentur/ quid de illis dicemus/ qui omnino contemnunt? et infidelitate quadam lapsi illo sibi opus non esse asseuerant? De ijs quidem per Osee prophetam ait domi-

7 nus/ Super vinum et triticum ruminabant/ et recesserunt a me. Illi ruminant super vinum et triticum/ qui Christi sacramentum plena fide non suscipiunt/ et dum dubitant/ a christo quoque alienantur. Quomodo enim christianus est/ qui verbis

62 christi non prestat fidem? His in Esaia etiam iurat dominus in dextera sua et in brachio fortitudinis sue/ se non daturum vltra triticum neque vinum. Non enim possunt mereri gratiam fructumque sacramenti/ qui vel dubij sumunt illud/ vel incredu li despiciunt/ acrius tandem puniendi quam qui olim legalibus sacrificijs detraxissent.

Ad he dicente Apostolo/ Irritam quis faciens legem Moysi/ sine vlla miseratione duo-

bre. 10 bus vel tribus testibus moritur. quanto magis putatis deteriora mereri supplicia/ qui filium dei conculcauerit? et sanguinem testamenti pollutum duxerit/ in quo sanctificatus est/ et spiritui gratie contumeliam fecerit? Profecto qui non credunt/ conculcant filium dei/ non pedibus sed infidelitate/ et sanguinem eius pollutum dicunt non verborum prolatione (quis enim adeo impius est/ vt id audeat dicere?) sed mentis infide auersione ab eo a quo redempti sunt. et spiritui sancto contumeliam faciunt/ erga tanta beneficia ingrati et illiberales. Nos demum cum ab istorum perfidia qui eucharistiam nolunt admittere/ tum ab eorum negligentia/ qui imparati metuunt/ tum denique ab illorum temeritate qui indigne accipiunt/ abhorrentes omni solicitudine curemus/ vt credendo/ vt poenitendo/ vt domino in omnibus obediendo/ ad tam salutare conuiuium accedamus. In quo et presentis infirmitatis certissimum est remedium/ et future beatitudinis perfecta gloria. Hactenus de eucharistie sacramento. ad quod quoniam ieiuni accedere solemus/ non incongrue nunc de ieiunio disseremus.

De ieiunio & refectione. Cap. xx.

IEiunium videtur institutum precipue aduersus carnis nostrę petulantiā.
vt debilitatis corporis viribus turpium voluptatum in nobis lassescat ap
petitio. quę certe si satis domita fuerit | expeditior promptiorq; erit via ad bene bea
teq; viuendum. Ieiunium igitur non ab re tam veteri q̃ȝ noua lege cōmendatur.
Moyses. xl. diebus & totidem noctibus ieiunans permansit | quando tabulas Nū. 9
foederis digito dei scriptas accepit. quibus ob plebis impietatem confractis toti
dem dierum noctiumq; repetito ieiunio alias tabulas impetrauit | atq; deum ip
sum populo qui peccauerat | reddidit placatum. Helias propheta cum etiam ipe Reg. 3.
per dies. xl. nihil gustasset | ad montem dei peruenisse dicitur. Eundem postea die 19
rum numerum Saluator noster suo consecrauit ieiunio. quod nos obseruare qui
dem ecclesię edicto iubemur | quantum fragilitas nostra patitur | semel in die co
medendo | preter illos dies | qui dominicę resurrectiōis memoria festi feriatiq; ha
bentur. Ieiunij autem tempore abstinemus carnibus atq; lacticinijs. q in his plus
nutrimenti esse constat ad lasciuię incitamenta. Qui vero arctius ieiunant | in re
fectione pane & aqua contenti sunt | alijs abstinent. Sed virium habēda ratio est |
atq; ita ieiunandum | vt corpus non lasciuiat | & tamē & ad vitę religiose opera pos
sit sufficere. Satius est orare in ecclesia | psallere | laudis sacrificia offerre | diuina di
scere vel docere | q̃ȝ abstinentia nimia debilitatum nihil horuȝ posse prestare. His
autem omnibus moderata ieiunia conferunt multum | plurimumq; iuuamenti
subministrant. Unde quosdam vini vsu se abdicare vilioribusq; cibis vitam su
stentare minime piget. Abstemij semper fuere filij Ionadab (vt in Hieremia est 35
scriptum) & audiūt a domino | Non deficiet vir de stirpe Ionadab filij Rechab |
stans in conspectu meo cunctis diebus. Fore se sapientiorem credidit Salomō | Eccl. 2
si abstemius viueret | & cogitaui īquit in corde meo abstrahere a vino carnē meā |
vt animum meum transferrem ad sapientiam. Sacerdotes tabernaculum intra Leuit.
turi vinum & qd inebriare potest bibere lege diuina prohibentur. Dei enim mini 10
stros maxime sobrios esse conuenit. Illis etiam qui ex voto domino consecraban Nū. 6
tur | quos Naçareos vocabant | preceptum erat ne vinum gustarent | neq; quicqd eçechi.
ab vua fuisset expressum | donec votū perficerent. Daniel | Anania | Açaria & Mi
sahel | cum babylone captiui essent | leguminibus aliti & aqua potati habitiores ap 44
paruerunt ceteris | qui vino regijsq; epulis nutriti erant. Ioanni bapti. in deserto daniel
locustę & mel siluestre cibus fuit | vinum & siceram non gustauit. Paulus aposto 1.
lus Timotheo discipulo scribens monet | ne aquam biberet sed modico vino vte 1 Timo. 5
retur. Nequis autem gulę suę fauens Apostoli patrocinio se defendat | hic qui ab
aquę potu cessare iubetur egrotabat. Noli adhuc aquam bibere inquit | propter
stomachum tuum & frequentes tuas infirmitates. sed modico vino vtere. hoc est |
non multo ad luxuriam | sed modico & aqua diluto ad languidi corporis iuuamē
tum. Nemo tamen nefas putet | vel carnibus vesci extra ieiuniuȝ | nisi votum ob
stet | ne in Hebionitarum incidat heresim. vel etiam ieiunando vini vsum dam
net | ne ipse cum Taciano Encratidarum autore dānandus iudicetur. Nam do
minus & Saluator noster his vsus est | vt Euangelistę testantur | & in Cāna galileę
ad nuptias | & hierosolymis quādo pasca cū discipulis celebrauit. In quo ostēde

re voluit|nullum crimen esse siquis his vtatur|nisi cuz ecclesie interdictum| vel voluntarium impediat votum. Quisquis ergo aut carnis vsu|aut vini potu|aut vtroq3 sponte se abdicat|non q2 non liceat his vti hoc agat|sed q2 iuuat|pro peccato satisfaciendi gratia|corporisq3 castigandi| vt lasciuiat minus & contra spiritum rarius insurgat. Hac de causa pleriq3 vili admodū victu contenti cibaria delicatiora sibi submouere.
ruth.2 Ruth mulier| que in genealogia Christi censeri meruit| cum a Booz satis diuite viro hospitaliter acciperetur|panem in aceto intinctum comedisse dicitur|aquā potasse|fuisseq3 saturatam. adeo tūc locupletiorū quoq3
reg.4. mense luxuria carebant. Panibus viginti ordeaceis Helias centuz viros memo
cap.4 ratur satiasse reliquiasq3 collegisse. Credimus etiam ipm tali cibo vsum fuisse| qualem alijs apposuit. cui ergo miraculorum operatio concessa fuerat eum ordeo vesci non piguit.
4 Ezechiel vt famē futuram partim verbis|partim re atq3 opere nūciaret|frumentum|ordeum|fabam|lentem|milium|vitiaz|per dies centum quadraginta comedere iubetur|& aquam potare. At nos fabam ipam respuimus tanq3 Pythagore non christi discipuli. nos triticum nisi in similaginem redactum fastidimus|& vina delicatiora conquirimus|nulla in parte sanctis prophetis istis comparandi. Sed etiam Joannes plus q3 propheta|in matris adhuc aluo sanctificatus|non pepones esitauit sed locustas|nec vinū gustauit|sed haustas de Jordane aquas. Non grauabunt nos ieiunia nostra|si Sanctorum parsimoniam co
Jos.6. gitabimus|vt saltez imitari eos non pigeat|quos equiparare nequimus. Apostoli quoq3 domini spicas manibus conterentes esuriem sedant| neq3 ab ordeaceis abhorret|quos etiam alijs apponere iubeatur|cum turbam saturauit dominus. & tunc quidem quinq3 tm̄ panes habuerunt|quod nec ipsis qui duodecim erāt| sufficere potuisset. vtq3 apertius quanta illis cura cibi esset intelligas|cum cōsen
Matthe.16. sa naui transfretum irent|obliti sunt (vt in Mattheo legitur) secum panes deferre. Qui enim diuine contemplationis dulcedine quotidie satiātur| vix ventri suo tunc prouident|cum esurire coguntur. Parandi autem victus nimiam sollicitu
matt.6 dinem dominus quoq3 extenuat cum ait| Nolite soliciti esse dicentes|quod mā ducabimus aut quid bibemus|aut quo operiemur|sed querite inquit primuz regnum dei & iustitiam eius| & hec omnia apponentur vobis. Nequem ergo ad dei seruitia iturum retardet inopie metus| his domini verbis ꝯfirmatus in illo spez collocet. non tamen ocio & ignauie se se dedat. laborantes ille adiuuat| non desides neq3 somniculosos. & quotiēs hominis industria quātum necessitati satis est
Gen.21 nequit parare|ipse suppeditat. Agar cum filio per desertum errans cum vehemēter sitiret|Angeli indicio puteum comperit| & inde hausta aqua se & pueruz a pernicie seruauit. Sanson nazareus cum & ipse siti enectus clamasset ad dominum|
iud.15. egressis de molari maxille asinine aquis seruatus est. Helias in torrēte Carith la
Reg.3 17 tens deo procurante a coruis pascitur. Cum per deserta Idumee arida arenosaq3
Regū. q.3. ducerent exercitum Achab & Josaphat reges aduersus Moabitas|& siti plurimū laborarent|excauarent scrobes|que orante Heliseo aquis replete multitudinem ab iminenti periculo liberarunt. Olim quoq3 cum ab egypto Moyse duce hebrei ad terram promissionis pergerent|māna de celo esurientibus|aque de petra erūpentes remedio sitientibus fuere. Et si deus nunq3 defuit|ne delinquentibus q̄dem turbis|ob eius merita qui illis preerat|quanto minus defuturus est ei| qui

relictis omnibus ipsius sese dedicat seruituti? Recte itaqz a psalmista est dictus| Junior fui & senui| & non vidi iustum derelictum| nec semen eius querens panez. ps.36
& in alio psalmo| Oculi omnium in te sperant domine| & tu das escam illorum in Psalo
tempore oppotuno. aperis tu manum tuam| & imples omne animal benedictio 144.
ne. & alibi| Ecce inquit oculi domini super timentes eum| & in eos qui sperant in ps.32
misericordia eius| vt erruat a morte animas eorum & alat eos in fame. Deniqz abu dant qui seruiunt mundo| & tu egestatem times seruiens deo? Pascit ille volatilia celi| & te quem ad suam similitudinem facere voluit non pascet? Jacta igitur (vt propheta ait) cogitatum tuum in domino| & ipse te enutriet. Quod si tibi ieiunia placebunt| de quibus nunc loquimur| modicus & tenuis victus tibi satis erit. sin vero gule ventrisqz serues| nihil erit satis.

Quale debet esse Jeiunium. & que eius virtus. Cap. xxj.

Qualem autem esse debeat ieiunium| doceat Saluator in euangelio dicens| Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocrite tristes. demoliunt enim facies Mat-
suas| vt pareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis receperunt mercedem the.6
suam. Non vere tristem esse prohibet. Jeiunium enim proprie poenitentium est dolentiumqz pro peccato quod commiserunt. sed simulate tristari vetat| hypocritarum more| qui omnia ad iactantiam faciunt| vt hominum rumusculos aucupentur| dum sancti dici, quam esse malunt. Ideo non vere glorie| cui adipiscende non studet| sed inanis| ad quam se totos componunt| mercedem recipiunt. Tu autem cum ieiunas inquit| vnge caput tuum| & faciem tuam laua| ne videaris hominibus ieiunans| sed patri tuo| qui est in abscondito. & pater tuus qui videt in abscondito| reddet tibi. Non delibutum vnguentis te incedere precipit| quod luxurie vitium est| sed quia caput tuum Christus est| pasce esurientem| pota sitientem| vesti nudum| & caput tuum vnxisti. Ait enim| quod vni ex minimis meis fecistis| mihi fecistis. Deinde maculas anime tue poenitudinis fletu ablue| & faciem tuam lauasti. atqz non hominibus ieiunare videberis| sed deo. Tale habetur illud| de quo in Esaia clamante audiuimus dominum| Hoc est ieiunium quod elegi| dissolue colligationes impietatis| solue 58
fasciculos deprimentes| dimitte eos qui confracti sunt liberos| & omne onus disrumpe. frange esurienti panem tuum| & egenos vagosqz induc in domum tuam. cum videris nudum operi eum| & carnem tuam ne despexeris. hoc est| quod interuerteris redde| inopem ex alieno oppressum libera| cibum quem ieiunando tibi subtrahis da indigenti| aduenam suscipe hospitio| pauperis nuditatem tege| nec contemnas. quia tua caro est| presertim si in Christo tecum regeneratus est| vnum habetis patrem deum| vnum caput Christum| vnum corpus ecclesiam. Hoc igitur
erit ieiunium electum| pium| fidele| sanctum. de quo etiam Johel propheta dixit| iohel.1
Sanctificate ieiunium. Non enim sufficit cibi abstinentia| nisi & a peccatis abstineamus| & pijs actionibus exerceamur| nosqz in omnibus fidei sinceritate sanctificemus. Cauendum quoqz est ne ieiuni contemnamus non ieiunantes| forsasse innocentiores absqz ieiunio| quam nos cum ieiunio. Apostoli preceptum est| Qui non mandu Ad ro.
cat manducantem non iudicet. Male ab alimentis abstinet| qui a detractione p 14
ximi linguam non coercet. Jeiunium non Superbie opus esse debet sed humili-

mat.9. tatis. Qui ieiunando superbit | phariseorū imitator est | ꝛ eorum [illegible]
euntes dixerunt | Quare nos pharisei ieiunamus frequenter | discipuli autem tui
non ieiunant? Si vis igitur vt ieiuniū tuū deo gratum sit | nihil tibi ita arroges |
ps.34 | vt alijs detrahas | alios sugilles. sed operā da | vt cū psalmista dicere possis | In
ieiunio humiliabam animā meam. Porro ieiunium ipm quante virtutis sit | quā
Esdo.8. | tiqꝫ emolumenti | exempla in scripturis diuinis relata testātur. Esdras Sacerdos |
cum a Caldea dimissus hierosolimam rediret | triduo cū suis ieiunasse | preceſqꝫ p
paral. itinere obtulisse dicitur | votiqꝫ compos factus fuisse. Josaphat rex Juda viribus
secūdo impar ieiunio ꝛ oratione superauit inimicos. Judith vidua ijsdem armis muni-
20 ta Olophernem Assyriorum ducem interfecit. ꝛ Judas machabeus ingentes gen
tilium exercitus post triduanū ieiunium parua manu aggressus profligauit. Pre-
terea Christus dn̄s p dies. xl. nihil gustando diaboli tentamēta vicit. ꝛ cū demo-
mar.9. niacum surdum ac mutum curasset | hoc demoniū inquit non eijcitur | nisi in ieiu
nio ꝛ oratione. Prodigus filius | qui bona scortādo luxuriādoqꝫ abligurierat | tūc
ad patrem flagitij sui poenitens redijt | cū esurire coepisset. Dominus Judeis pla
Johel.2 cari paratus per Johelem clamabat | Cōuertimini ad me in toto corde vestro | in
ieiunio ꝛ flectu ꝛ planctu. ꝛ Niniuitis ieiunantib⁹ pepercit | quoſqꝫ minatus fue-
Dan. rat se funditus euersuruꝫ | seruauit. Danieli ieiunāti ꝛ orāti Christi venturi my-
10 steria reuelantur. Jeiunium ergo pegre proficiscentib⁹ iter prosperum impetrat |
cōtra hostiū vim preualet | demonum malignitatem cōtundit | obscene libidinis
cupidinem coercet | deum placat | veniam exorat | mentē ad celestia erigit | Postre
Luc.6 mo p ieiunium atqꝫ abstinentiam ad celestem vsqꝫ beatitudinem puenitur. Bea
ti inquit qui nunc esuritis | quoniam saturabimini. Et in hieremia ait | Inebriaui
animam lassam | ꝛ omnem animam esurientē saturaui. Hec est illa saturitas | quaꝫ
se cōsecuturuꝫ sperabat Dauid cū diceret | Satiabor cum apparuerit gloria tua.
31 Sancti enim qui se quondā ieiunijs afflixerūt | non esurient amplius (vt Esaias
49 ait) neqꝫ sitient | ꝛ nō percutiet eos estus ꝛ sol | quia miserator eorum reget eos | ꝛ ad
21 fontes aquarū potabit eos. ꝛ in apocalypsi dn̄s | Ego inquit sitienti dabo de fonte
aque viue gratis. Igitur tu es ille dn̄e qui esurientes ꝛ sitientes tuo solo aspectu
satias | tu panis indeficiens | tu fons viuus. Tu da vt tibi placeāt ieiunia nostra. vt
cum placuerint | a te tandeꝫ tua dulcedine satiemur. Nō erit molesta inedia | quaꝫ
Regū. spes eiusmodi future saturitatis cōsolabitur. Tu es farina illa Helisei | qui vel ama
ca.4 rissimum ieiunij nostri pulmentum vertis in dulcorem. Omne onus laboruꝫ no
strorum leuas istius quā in te figimus spei suauitate. Itaqꝫ ꝛ cum ieiunamus tibi
ieiunamus | ꝛ cū reficimur tibi gratias agimus | ꝛ postqꝫ refecti sumus te lauda-
mus. quod vt nos doceres | te quoqꝫ fecisse meminimus | quando pascā cum disci
pulis celebrares. Confitemur enim ꝛ quod ieiunamus | ꝛ qd̄ reficimur | tuum esse
beneficium non nostram virtutem | tue largitatis donum non nostrum meritū.
Post ieiunij refectioniſqꝫ dissertationē | consequens est | vt gule vitium qꝫ detestā
dum sit consideramus.

De vitio inuictum delicatiorem exigantium. Cap. xxij

Gulositatis inditium est | in mensa minus lauti apparatꝫ monachi accumben
tis mussitatio. Licentioris igitur gule sunt | quos nō pudet | ceteris in silen-

tio confidentibus/corrugare nares/frontē contrahere/os distorquere/ꝛ gestu nu-
tuqꝫ ipso vel de cibo/vel de potu cōqueri. Hic fastidit legumina/ille minutos pi-
sciculos cōtemnit/alius olera aspernatur/alij cibarius panis odio est/alium vini
austeritas offendit. quod si acessere coeperit/stomacho noxium argumentatur/ꝛ
frigorificum esse medicorum testimonio probare nititur. Eo interdum impatien
tie quidam procedūt/vt suis Prepositis insultent dedicatiora exigentes ꝙ quib⁹
illi cōtenti sunt. Carebit hoc vitio/qui sctōꝝ vitā victūqꝫ ꝑsepe cōsyderabit/quos
deo cōstat placuisse/memoriterqꝫ tenebit/quid illi in solitudine degētes esitarint/
quid ve potarint. quibus (vt Hieronymus ait) coctum aliquid accepisse luxurie
videbatur. qui etiam languentes aquaꝫ frigidam/sicut de fonte hausta erat/bibe
bāt/ac tā procul a vino ꝙ ab vrbibus aberant. nunc tāto magis deo fruitur/quā
to cōtinentius vixerunt. Rursuꝫ pensitare proderit/quantū delinquerāt illi/qua
literqꝫ a deo mulctati sint/qui ob gule incōtinentiam in Moysen murmurauerunt. ps. 77
runt. Profecti ab egypto ibant cum illo per solitudinē/ꝛ cū esurirent/manna de
celo pluente aliti sunt/ꝛ cū sitirent/aquis de petra eductis potati. Dein de postꝙ
manna cōtempto egyptias dapes cōcupissent/coturnicū vis ingens castra opuit.
quorum carnibus ad nauseam vsqꝫ saciati/male cōcupiscētie ꝑteruieqꝫ murmura
tionis/qua ꝛ deum ꝛ Moysen ducē suū offenderant/poenas dedere. Nam vt in
psalmo dicitur/Adhuc esce eoꝝ erāt in ore ipsorum/ꝛ ira dei ascendit super eos/
ꝛ occidit pingues eorum/ꝛ electos Israel impediuit. Nemo igitur sibi tutum pu
tet/non cōtentari ijs que deo largiente in monasterio habētur/vel ob hoc Patres
incusare/ꝙ ipse minus copiose abundet/cū necessaria suppetant. Paupertatem
professus es/ꝛ copiam exigis? obedientiaꝫ vouisti/ꝛ maioribus audes esse mole
stus? quid amplius quereres in seculo/ꝙ quod concupiscis in monasterio? Si
monachi geris indumentū/cur dissimilem habes affectum? Memento quia reli
gionem ingressus es/vt deo seruias ꝛ ventri seruire desinas. Nunc de illis dicaꝫ/
quos ieiunij grauat obseruatio/qui vel male ieiunant/vel omnino ieiunant.

De vitio male ieiunantium. Cap. xxiij.

MAle ieiunantes arguit dn̄s dicens/Cū ieiunaretis ꝛ plangeretis/nūquid Zacharia .7.
ieiunium ieiunastis mihi? Non enim dn̄o ieiunant/qui exquisitis dapib⁹
poculisqꝫ mensam opimant/ꝛ non corpus affligere/sed gule blādiri student. Nō
deo ieiunant/qui ab escis tantum se continent/ꝛ vitia non derelinquūt. Non de-
niqꝫ deo ieiunant/qui ieiunio se satisfacere putant/ꝛ dei ꝑcepta implere negligūt.
Quid enim prodest corpus tenuare abstinentia/ꝛ prauas cupiditates ab animo
non euellere? si sic ieiunas/non Christum imitaris/sed diabolum. qui certe neqꝫ co
medit neqꝫ bibit/ꝛ tamen nunꝙ a sua ꝑuersitate resipiscit. Sicut nec illi/quibus
lamentantibus/ꝙ ieiunando calamitatem nequirent auertere/deus respondit/
Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra/ꝛ omnes debitores vestros re Esaia.
petitis. ecce ad lites ꝛ cōtentiones ieiunatis/ꝛ ꝑcutitis pugno impie. Sicut ergo 53
aurum luto sordidatum non splendet/ita nec ieiunium efficax est ad deum placā
dum/si vitia non cessant. Ob hoc sane ad Hieremiam clamat dn̄s/Noli orare ꝑ Hiere.
populo isto in bonum. cū ieiunauerint/non exaudiam preces eorum/ꝛ si obtule- 14

Reg.j. xiiij rint holocausta & victimas | non suscipiam ea. Quod si ppter vnum Ionatham | qui cōtra Saulis patris interdictum parum melis gustauerat | deus iratus nō dedit responsum | quomodo eū exaudiet | qui suę ecclesię iussa contemnit?

De vitio ieiunare nolentium ventriq; indulgentium. Cap. xxiiij.

QUamuis autem aliquis in voluptatibus flagitijsq; perseueret & obdurat | si tamen cū iubetur ieiunat | futurę emēdationis non nulla spes est. Non est eni in illo penitus extinctus dei timor | qui vel hac vna in re formidat nō obtempare | Sed quid de illorum obstinatione sperare licebit | qui cū nihil boni agant | ne ieiunare quidem volunt | & dum gulę indulgent | indictam quoq; ab ecclesia abstinentiam irrident? An ignorant q ecclesię mandatū | dei mandatū sit? dicēte dn̄o | luc. 10 Qui vos audit | me audit | & qui vos spernit | me spernit | & qui me spernit | spernit eum qui me misit. Dum igitur ventri suo q̄ deo nostro malunt obedire | deus eoꝝ venter est. qd̄ hic suadet id sequuntur. quod autem deus noster iubet contēnunt. neq; eos pudet gulę suę fieri mācipia | cuius dominos esse cōuenerat. Quid tandem | impune ne id sibi futurum sperant | q nulla re impediti nisi gulę vitio | ieiunare ne iussi quidem volunt? Sed si viro dei misso in Bethleē | cui mandatū fue-
reg.ter. cap. 13 rat, nequid ibi gustaret | donec redisset | semel pterisse mandatū non fuit impune | quomodo hi non punientur | qui nūq̄ parent? Ille sedens adhuc ad mensam a domino sibi dictum audiuit | Quoniam non obedisti sermoni meo | nō inferēris in sepulchro patrum tuoꝝ | cūq; rediret | a leone in via oppressus occiditur | & ab hominibus ibidem tumulatur. & hi qui assidue peccant | nullo prorsus ieiunātes die | ne scilicet, siquādo non coenitent | inedia extinguantur | dei vindictam non verentur? Ille quidem ab altero deceptus prādium cū ipso iniit, ignoranterq; peccauit | & talia passus est. hi vero cū scientes volentesq; delinquāt | nihil supplicij sibi infligēdum arbitrantur? Cur ergo inquiunt leonis morsibus non laceramur? quibus respōdendū est | quia non estis viri dei sicut ille | qui leui mortis genere p reatu satisfecit | vt spiritus saluus fieret. sed estis serui diaboli. atq; ideo non siluestribus feris laniandi tradimini | vt postmodū infernalibus bestijs proiecti poenas luatis acriores. Non est enim ęqua vel similis puniendi ratio iustos & iniustos | poenitentes & obdurantes. alteris temporalis debetur aduersio | alteris ęterna. Quidam ita gulę ac ventri deditī sunt | vt ne tempus quidē comedendi obseruēt | prandia preuenire soliti ientaculis | coenas merendis. quoꝝ immodestiā Salomon arguit dicens | Veh tibi terra cuius rex puer est | cuius principes mane come-
puer. 10 dunt. Corrumpunt enim reliquos exemplo | qui magistratū adepti turpiter viuūt Econtrario autem frugalis vita Presidum | oibus continētię lex est | & virtutis incitamentum. Ideo cōsequenter dicitur | Beata terra cuius rex nobilis est | & cuius principes vescuntur in tempore suo ad reficiendū & non ad luxuriam. Profecto non hoīm sed pecudum vita est | habere incerta comedendi tēpora | passimq; pasci | quasi qui nunq̄ satientur | & edatiores Idolo Bel bibatioresq; existant. si tamē
daniel 14 Idolum illud tantum in die cōsumpserit | quantum mentiti sunt eius Sacerdotes. hoc est | similę artabas. xij. oues. xl. vini amphoras. vj. Sed tamen nepotatus huius atq; abliguritionis intemperantia tolerabilior foret | si rerū solūmodo iactu-

ram inferret | ꝛ nō etiam corporis atq̄ȝ mentis. Hela Samarię rex cū se vino ingur reg.iij.
gitasset | Zambri serui insidias cauere nesciuit. Itaq̄ȝ sibi vitam | posteris regnum 16
amisit | seruo illud occupante | prole quoq̄ȝ dn̄i sublata. Balthasar Caldeorum rex danie-
quo die vasis | quę de templo ierosolimitano sublata fuerāt | in celebri conuiuio lis.5.
perpotauit | eodem occisus est | sacrilegioq̄ȝ addita ebrietas finem vitę fecit. Holo
phernem Assyriorum ducem | qui viris armisq̄ȝ tā potens fuit | vt quocūq̄ȝ se ver- iudith
teret | vrbibus | prouincijs | regnis terror esset | epulis vinoq̄ȝ grauem vnius femi- 13
nę manus interemit. ꝛ quē vincere externorum vires non poterant | crapula vi-
ctus tam ignominiosa nece perijt. Uis insuper nosse q̄ȝ turpis q̄ȝq̄ȝ perniciosa res
sit ebrietas? Noe primus vineam plantauit | vinoq̄ȝ infatuatus pudendis detectis ge n. 9.
iacuit indecore | ita vt vni ex filijs risum moueret. Loth autem inebriatus ince- gen.19
stum cōmisit | ꝛ de filiarū cōcubitu liberos suscepit | ignarus quę nā essent illę cuȝ
quibus concūberet | neq̄ȝ fortasse quid ageret. cū inter demētem ꝛ ebrium nulluȝ
discrimen sit | nisi ꝙ alter altero facilius curetur. Tutius est auteȝ secretū aliquod
cōmittere stulto q̄ȝ ebrioso. neuter scit arcanum celare. stulti tamen verbis nemo
adhibet fidem | ebrio magis creditur. Ad hec inter cōpotantes frequenter leuissi
ma de causa exurgunt rixę | cōcertationes | vulnera | cędes. Unde Salomon in ꝓ
uerbijs ait | Qui diminuit aquaȝ | id est qui mero vino vtitur | caput ē iurgiorum | ꝛ 17
ante q̄ȝ patiatur cōtumeliam | iudiciū deserit. Cui sententię cōgruit | quod in Osee
propheta legitur | Fornicatio ꝛ vinum ꝛ ebrietas auferunt cor. Cum autem sola ra 4
tione distemus a brutis | ea sublata | quid reliquū est | nisi vt bestijs ānumeremur |
ꝛ amisso corde | vecordes excordesq̄ȝ. i. dementes dicamur ꝛ simus. Teterrimum
est in vita talem notam pati | sed longe infelicius vita mox defunctos ad ęterna de-
stinari supplicia. Apostolus enim ad Corinthios scribens affirmat | ꝙ ebriosi re- ꝓma.6
gnum dei non possidebūt. cū dānatis ergo cōputabuntur. Nam hi soli sunt qui-
bus nulla exeundi de carcere spes est. Iccirco alibi idem hortatur dicens | Nolite
inebriari vino in quo est luxuria. hoc est | vino qđ gulę blanditur | ꝛ impudenter la-
sciuire cōpellit. Quamobrē etiam dn̄s ita affectos ad poenitentiā reuocat ꝑ Iohe iohel.1
lem ꝓphetam ꝛ ait | Expergiscimini ebrij ꝛ flete ꝛ vlulate omnes | qui bibitis vi-
num in dulcedine. Poenitere autem nolētibus ꝑ Hieremiā minatur dicēs | Bi- 25
bite ꝛ inebriamini ꝛ vomite ꝛ cadite | neq̄ȝ surgatis a facie gladij | quem ego mittā
inter vos. Gladius hic iustitia dei est | quę breuissimā vitę huius voluptatem vno
ictu mutat in perennem amaritudinem. Hoc ip̄m idem dn̄s etiam in euangelio
testatus ait | Si dixerit malus seruus in corde suo | moraȝ facit dn̄s meus venire | ꝛ matth.
coeperit percutere cōseruos suos | manducet autem ꝛ bibat cū ebriosis | veniet dn̄s 24
serui illius in die qua non sperat | ꝛ diuidet eum | partēq̄ȝ eius ponet cū hypocri-
tis | illic erit fletus ꝛ stridor dentium. vbi sunt qui poenę dilationem impunitateȝ
rati licentius peccant? Non poenam peccatoruȝ remittit iustus iudex | sed cōuer
sionem expectat misericors dn̄s. Quo diutius sustinet | eo acerbius in obduratos
animaduertet. fletum irrogabit pro risu | ꝑ gulę oblectamenta dentium stridoreȝ.
Quę supplicia tūc demuȝ futura quidam dicunt | cum in fine sęculi dominū anī
mę suis iunctę corporibus fuerint. Ego vero etiaȝ ea significari reor | quę tūc erūt
impio | cū primum diuidi eum a corpore contigerit: Non ꝙ animę dentes osseos |
aut oculos habeant carnales | sed ꝙ inter viuentes acerrimus dolor sit | qui homi

nem flere & dentibus inter se collisis stridere cogit. Ut ergo intelligas poenarum grauitatem quę sunt in inferno / p eius poenę similitudinem tibi loquitur / quam in hac vita grauissimam esse non ignoras. Hęc autē cōsuetudo est diuinę scripturę / vt spiritalia quę non intelligimus / per corporea quę nouimus / nobis insinuet. Maxima enim summaq; esse / & in paradiso gaudia / & in inferno supplicia credēdo confitemur / quanta autem vel qualia sint / fando explicare nescimus. & si maiora sunt q̃ dici queant / omissis omnibus hęc sola cauere / sola illa maxime expetere debemus.

De remedio crapulę. Cap. xxv.

Igitur quoties tibi in cōuiuio esse cōtigerit / vbi & vina preciosa & sapidę exquisiteq; dapes pponantur / ne talium dulcedine captus ad intemp̃antiā declines / cogita quanto dulcius iocūdiusq; sit deo frui / q̃ istis obrui. Rursum cū tibi molesta esse coeperit abstinentia / mente reuolue / quanto molestius sit / in inferno torqueri / q̃ hic ventri multa exigenti modica tribuere. Ita enim & quę grauāt ęquo animo perferes / & ab ijs quę pniciosa suauitate demulcent / prudenter caue-
Luc. 21. bis. hortante presertim dn̄o ac dicente. Attēdite autem vobis ne forte grauentur corda vestra in crapula & ebrietate & curis huius vitę / & supueniat in vos repentina dies illa. Horum pfecto quę tibi pponimus modo / si memor fueris / iam cau-
reg. j. ij tior continentiorq; factus / neq; cū filijs Heli carnes de cacabo rapies / ne deū of-
gen. 25 fendas & morte mulceris / neq; cū Esau p edulio lentis primogenita tua vendes /
exo. 16 ne patris bn̄dictione amittas. neq; cū Israhelitis iurulentias ęgypti cōcupisces /
Gen. 3 ne in deserto intereas / & ad terram pmissionis transire nō possis. neq; cū Adamo & Eua ieiunij tempore vetitos cibos attinges / ne de paradiso electus miserijs obruaris. Immodicę autem comessationis potissima mala sunt / q̃ futurorū bonorū /
Deut. 31 quę in deo sunt. cogat obliuisci / dū psentibus delinit ac blandītur. dicēte dn̄o / Cū comederint & saturati crassiq; fuerint / conuertent ad deos alienos & seruient eis. q̃ etiam castitati aduersetur & in libidinē pronos reddat. de quo in Hieremia cō-
Hier. 5 queritur deus & ait / Saturaui eos & mechati sunt / & in domo meretricis luxuriabantur / equi amatores in foeminas & emissarij facti sunt / vnusquisq; ad vxorē p-
eze. 16. ximi sui hiniebat. & in Ezechiele / Ecce inquit hęc fuit iniquitas Sodomę / superbia / saturitas panis / & abundantia / & ocium ipsius. Quanto igitur melius penuriam pati / & cōtinentię virtute abūdare / q̃ copia rerum affluere & turpis luxurię sordibus inquinari? Quāto pstabilius obseruandis ieiunijs operam dare / & abstinentia supbiam fastumq; cōtundere / q̃ crapula inflatum neq; bonorū neq; malorum quę futura sunt meminisse / & a deo recedere? Quod crimē illorum fuit / in
Amos 6. quos p Amos pphetam exclamat deus / Ueh vobis qui opulenti estis in syon / & confiditis in montem Samarię / optimates / capita populorū / ingrediētes pompatice domum Israel. Quod hic de opulentis in syon est dictum / vtinam de opulētis christianę ecclesię dici non possit. ne quis nouus Nabuchodonosor merito in illos irruat / & peccatis ita exigentibus aurum argentūq; omne diripiat / & ad suam cuncta transferat babylonem / quę nunc non in vsum rei diuinę sed magis in opa diaboli verti solent. Hoc est in popinas ganeasq; & obscenam corporis voluptatē

luxuriosqȝ vitę cito finiendę. Quicquid tamen futurū sit/hoc nobis relinquitur sola-
tiū ꝙ licet vrbes regnaqȝ destruantur/ipsa Christi religio nullis hominum viribus
poterit aboleri. Quāuis cūcta defecerit/illa cui neqȝ portę īferni ꝓualere queūt/
non deficiet. & hęc est victoria quę vincit mūdū fides nostra. Quę si obteri vnqȝ
potuisset/prius (vt equidem reor) pedibus multoꝝ qui pręsunt/ꝙ eorum qui per
sequuntur/obtrita fuisset. Plurimi quippe ideo clericatum ꝓsequuntur/& ecclesiasti-
cas ambiunt dignitates/vt ditent. & cū ditati fuerint/vt delicijs voluptatibusqȝ
fruantur. quibus in euangelio respondet dñs/Amen amē dico vobis/quęritis me Ioā.6.
non quia vidistis signa/sed quia manducastis ex panibus & saturati estis. Et quo
niam voluptariam vitam ęterni supplicij dolor sequitur/ijsdem dicitur/Ueh vo Luc.6.
bis qui saturati estis/quia esurietis.

De perseuerantia virtutum. Cap. xxvj.

Cum autem omnis capessendarū virtutum labor in cassum cęderet/nisi ei
pręsidio pseuerantia foret/hoc veluti opportuno dictarum dicendarumqȝ
rerum loco eam inserere operępreciū erit. vt qui hactenus digne laudabiliterqȝ
versati sunt/intelligant/neqȝ deinceps sibi cessandū/donec ad finē vsqȝ peruen-
tum fuerit. Qui enim pseuerauerit vsqȝ in finem/hic saluus erit. Ad pseuerantiā
nos hortatur Apostolus cū ait. Omnes quidē currunt/sed vnus accipit brauiū ad co.
sic currite vt cōprehendatis. Frustra enim pręperi fertur cursu/qui anteqȝ metā pma.9
attingat/victus lassitudine subsistit. Frustra bene coepimus/nisi & bene finierim⁹.
Naufragium patiatur necesse est/qui quāuis recto cursu suisqȝ ventis diu nauiga
rit/ante cū ipsa naui in syrtibus vel in latentibus hęsit saxis/ꝙ ad portum est per
ductus. postremo neqȝ fabri neqȝ architecti/neqȝ cuiusqȝ artificis opus/nisi cū per
fectum fuerit/iure ac merito laudari potest. tunc demū de illo ꝓbe prudenterqȝ
iudicatur/cū iam omni ex parte cernitur absolutum. Ita neqȝ nobis ꝓderūt san-
ctioris vitę initia/si coeptis non respōderit finis. si (vt quidā ait) mulier formosa
superne desinat in piscem. Idcirco Apostolus/Bonum facientes inquit nō defi- ad gal.
ciamus. & iterum/Nolite deficere benefacientes. Audi quid ꝓterea tibi. Salomō 6
sapientissimus de muliere forti idest anima constanti & in ꝓposito boni honestiqȝ ad thes
firma/in qua cor viri sui Christi dñi cōfidit/nobis exponat ac ꝓdicet. Reddet in- saloni.
quit ei bonum & non malum. Qui enim deum timet/quiqȝ beneficiorum eius est scda.3.
memor/ne ingratitudinis arguatur/ꝓ bono reddit bonū. & quoniā nō est satis vel puer.
diu reddidisse/nisi semꝑ reddas/continuo subiunxit/omnibus diebus vitę suę. 31.
Uis nosse talis animę quę sit merces? non extinguetur inquit in nocte lucer-
na eius/non timebit a frigoribus niuis. fortitudo & decor indumentū eius/& ride
bit in die nouissimo. hoc est/cū potentissimi quondā reges nudi ac debiles ante
tribunal Iudicis ingenti timore trepidabunt/illa tunc in Christo exultabit & ride
bit/iam certa de ꝓmio ipso/de quo dicitur/Date ei de fructu manuū suarū/& lau
dent eam in portis opa eius. Opera vtiqȝ in quibus pseuerauit/in ipso paradisi
ingressu extollāt illam/& spiritibus angelicis beatorūqȝ cōiungant choro. vt quę in
desinenter deo seruiuit/iam indefinenti felicitate perfruatur. Quis est/qui dū tā-
tę mercedis magnitudinē ęstimat/laboris sui tedio afficiatur? & non potius semꝑ

se minus fatigari agnoscat| q̃ vt mereri possit qd sperat? Attende igitur non solū
ea quę recepisti| sed etiam quę pmissa sunt| z demum in eo quod bene coeperis|
perpetuo perseuerabis. pariterq̧ cū Zacharia sacerdote in euangelio dices| Ser-
Luc. 1 uiamus illi in sanctitate. z iustitia coram ipso oībus diebus nostris. Primo quidē
in fide pseuerandum est| ne labescente fundamento quicquid supedificatū fue
rit corruat. Naz sicut fides absq̧ opibus mortua est| ita opera sine fide vana sunt.
z licet temporaria mercede non fraudent| ęterna tamen remuneratione priuant.
epla. j. ij. Fidei autem pseuerantiam Joānes apostolus nobis cōmendat dicēs| Quod au-
distis ab initio| in vobis pmaneat| quia si in vobis pmanserit| qd audistis ab ini-
Apoc. ij. tio| z vos in filio z patre pmanebitis. Dn̄s etiam in apocalypsi| Esto fidelis inquit
vsq̧ ad mortem| z dabo tibi coronam vitę. Deinde in spe quoq̧ pseuerandū est|
vt sicut p fidem ita zp spem habitet in nobis Christus. Habemus enim Apostoli
Ad he testimonium affirmantis nos esse domum Christi| si fiduciam z gloriaz spei vsq̧
bre. 3. ad finem firmam retineamus. Postremo in charitate etiaz assidue est versandū.
quia deus charitas est| z qui manet in charitate| in deo manet| z deus in eo. Ab
his ergo tribus virtutibus nunq̃ est cessandum| quia certissimū vinculum sunt|
quo deo cōiungimur z copulamur| nunq̃ ab illo recessuri si in his vitaz finiri cō
tigerit. Has autem virtutes nequaq̃ esse ociosas noueris. qui enim in deum cre-
dit| z in deo sperat| z deum diligit| hic quotidie agere studet| quicqd ei gratū ac-
ceptūq̧ fore cōfidit. Assiduus est in oratione| semp patiēs in aduersis| in omnib⁹
Mathe. 15. dei mādatis ppetuo se exercens. Quātum autem in offerendis precibus pseuera
re prodest| testis est Chananea mulier| quę repulsa non recessit| despecta sustinuit|
z dum suppliciter orando pseuerat| facta est voti sui compos| dicente dn̄o| fiat ti-
marci. 10 bi sicut vis. Testis est Barchimeus cęcus| cuius pseuerās clamor oculos ei quos
non habebat impetrauit. Increpabatur vt taceret| tāto ille magis clamabat| Fili
Dauid miserere mei. ab hac pcatione non cessauit| donec visum recepit. Testes
Act. j. sunt z Apostoli| de quib⁹ est scriptum| Omnes erant pseuerantes vnanimiter in
Luc. 6. oratione cum mulieribus z Maria matre Jesu z fratribus eius. Deniq̧ testis est
luc. 22. ipse Saluator noster z dn̄s| qui vt precibus instare suo nos doceret exemplo| z p
noctasse in oratione dicitur| z factus in agonia plixius orasse. Quantū pterea erū-
mnas laboresq̧ z cūcta sęculi huius incōmada ęquo animo semp tolerare iuuat|
luc. 22. ipsi idem Christi discipuli nobis documēto sunt. quibus ipse dixit| Uos estis qui
pmansistis mecū in tentationibus meis| z ego dispono vobis| sicut disposuit mi-
hi pater meus regnum| vt edatis z bibatis super mensam meā in regno meo| z se
deatis super thronos duodecim iudicātes duodecim tribus Jsrael. Ad hęc om-
nino necessarium est| si salui esse cupimus| vt in omnibus dei preceptis pseuere-
mus| cauendo illa quę vetantur| z quę iubentur faciendo. Beatus est qui cū psal
ps. 118 mista dicere potest| Concupiuit anima mea desyderare iustificationes tuas in om-
ni tempore. z iterum| Custodiam legem tuam semper z in sęculum sęculi. Difici-
le est pfecto per omne vitę tempus eundem se pstare| z in nullo deficere. Quoties
ergo aliq̃ diuerticula patit fragilitas| q̃ cito fieri potest| ad iter coeptū redeat non
dū penit⁹ labefacta virt⁹. ne longiore deuiatione aberrantib⁹ vix vlla in viam re
deundi potestas sit| poq̃ pręsentium voluptatuz delectatio vsum fecerit| vsus ha
bitum| habitus naturam. Nec tamen si hoc acciderit desperādum erit. Nihil est

ita induratum | quod tondendo non infringat pertinax opera. Steriles campos assiduus agricolę labor foecūdos reddit. Infructuosę quoqꝫ arbores in pomiferas mutātur solerti insitione. Displicere tibi incipiat | ꝙ patre tuo relicto in regionem abieris longinquam | & ad reditum te para. Volenti atqꝫ conanti pietas aderit diuina manūqꝫ porriget | & te a malis liberabit ne pereas. Ex pecude tandē in hominem versus | in his quę desunt assuescere incipies | assuefactus perseuerabis perseuerans vinces | victor coronaberis. Talem se Paulus apostolus exhibuerat cum diceret | Bonum certamen certaui | cursum cōsumaui | fidem seruaui | de reliquo reposita est mihi corona iustitie | quam reddet mihi in illa die iustus Iudex. non solum autem mihi sed & omnibus qui diligunt aduentū eius. O felicē illiꝰ perseuerātiam cui in fine cū Paulo sic gloriari licebit | & cum eodem sic sperare. Huic perseuerātię virtuti cōtrarium vitiū est animi inconstātia volubilitasqꝫ mētis. que ꝗ̄ fugienda sit | docere ope diuina fretis nunc curat. Ad Timo. ſa iiij.

De leuitate ad vitia relabendum. Cap. xxvij.

Pernitiosa quidem res est | de proposito vitę honestioris decidere | & ad voluptariam rursum cōuerti | de bono malū fieri | de iusto iniustum | de inocente peccatorem | & felicitatis futurę spem in metum cōmutare poenarum. Ad eum igitur qui talis est nunc nostra cōuertatur oratio. Diabolo & pompis eius renunciaueras | ad ecclesiam cōfugeras | castitatem | humilitatem | paupertatē pfessus fueras | vt te dei seruum exhiberes | cur iterum cōtempta desyderas? relicta repetis? ad sęculum vnde fugeras reuerteris? & mortiferis eius delicijs frui cōcupiscis | vt Sathanę seruias? Iam securus vitę finem pstolabare | iam mortis metu liber eras | iam nulla te mūdi terrebant aduersa | cur te rursum subijcis pńtis vitę miserijs? vt quoties te cōscientia tua reprehenderit | toties cōtremiscas | & ad omnem febriculę vel alterę cuiuscūqꝫ morbi accessum formides | ad omnes imminentis periculi minas animū deijcias ac paueas | non tā mortis metu ꝗ̄ tormentorum. Plantaueras te dn̄s vineam electam | semē verum | quomodo cōuersus es in prauum? vineaqꝫ factus aliena | non dn̄o fructificans sed demonijs? Ciuitas eras plena populo spiritualiū bonoꝝ | quomodo mutatus est in solitudinem? Anima tua gentium erat dn̄a | sensibus imperās | & omnes eorum affectꝰ subdēs ratiōi | quomō facta est quasi vidua non habens virum | cuius cōsilio sapientiaqꝫ regatur? Princeps fuerat puinciarum | quia inter pbatos quoqꝫ ac pstantes eminebat | nunc autem facta est sub tributo soluitqꝫ vectigal principi tenebrarum | nō iam quomodo oportet sed quomō ille suaserit viuens. Lucerna eras lucēs omnibus qui in domo sunt | extincto lumine multorum de te obloquentiū moribꝰ pates. Cęli denique stella videbaris | & in terram cecidisti | vt fulgorem qui in te fuit | in tenebras cōuerteres | & de te quoqꝫ dici possit | Quō cecidisti de cęlo lucifer q mane oriebaris? corruisti in terrā | cęlestibꝰ terrena | ęternis caduca pferendo. Spiritu enī coeperas | & carne cōsumaris. Supra firmā petrā ędificabas | vt pacto virtutum ędificio ad cęleste regnū cōscēderes | beatudisqꝫ sempiternę bona possideres | & nūc repente mutato pposito ędificata destruis ac dissipas | & de solida petra ad fluidā mollēqꝫ harenā trāsgrederis | in qua nō potes cōsistere | nedū ędificare | in qua ęgredi

extruere niteris corruit. & cũ nihil oĩo īter mũdanas voluptates firmitatis | nihil stabilitatis existat | ille quoq; te destituet, teq; sublato oĩ sustẽtaculo ptin⁹ ĩ pfũdũ iterpmittet. vt q nũc mũdi affluẽs luxurijs | mox calamitatib⁹ afficiaris ẹternis. dicẽte
Ezech. xviij. dño p pphã, Si auerterit se iust⁹ a iustitia | & fecerit iniquitatẽ sc̃ oẽs abominatiões q̃s
opari solet ipi⁹ | nũq̃d viuet? oẽs iustitię ei⁹ q̃s fecerat | nõ erũt ĩ memoria | ĩ pu̇aricatione qua pu̇aricatus est | & in peccato suo quo peccauit | in ipsis morietur. Hac sane
Epla ẟa. ij. ne de causa & Petrus Apls de eiusmodi hominibus loquens | Melius inqt erat
illis non cognoscere viam iustitię | q̃ post agnitionem retrorsum conuerti. Cum igit
in tanto te periculo cõstitutum perspicue intelligas | dum licet | dum vita suppetit |
dum poenitendi tempus superest | errorẽ tuum corrigere festina | & eo vnde recessisti te q̃primum refer | opusq; illud | quod stulte admodum demolitus es | instaurare stude | neq; te vltra in aperta mittas pericula | cum ad tutũ regressus fueris. Nõ
est aptus regno dei | qui aratrum tenens post tergum respicit. Ut quotidie pficias
conare | vt semper boni aliquid agas enitere | & deficere desines. Aliorum exemplis
Reg. j. xiij. disce cautius incedere. Sauli regi fauit deus | quãdiu ille legi eius obediendo vixit. Post biẽnium regni sui innocenter exactũ a mandatis diuinis desciuit | & deo
vlciscente trãslatum est de domo familiaq; eius regnũ | ipse hostium vi oppssus periit. Joam & ipsum hierosolymę regem | donec Joiada sacerdos vixit | pie sancteq;
Reg. ij xxiiij. regresse constat. postea vero insolenter elatus adorari se iussit | deum reliquit | Idola simul cum suis coluit. quãobrem illi ab inimicis victi poenas dedere | ipsum vero dum in lecto distentus recũberet | serui inuadentes trucidarũt. Quid Judas scariotis felicius | cum ad apostolatũ fuit electus | cũ potestatem accepit morbos curandi | mortuos suscitandi | demonijs imperandi? Quid eodem illo deinde miserius | qui ex fideli coepit esse infidelis | ex domestico fugitiuus | ex Aplo proditor? Auaritia superatus dñm suũ vendidit | & qui demonia pellebat | demonio subiectus eo. n. in cor eius ingresso tam grande scelus cõmisit | veniãq; desperauit | & laqueo sibi mortem consciuit. Patet igitur qd de illo mutatione sperandũ sit | qui cũ diu egregie magnificeq; se se gesserit | ad flagitia deinde conuersus ab ijs nõ discedat. Cũ presertim pter iam dicta exempla etiam scriptũ sit | Qui transgreditur a iustitia ad pec
Eccl. xxvj. catũ | deus parauit eũ ad romphẹam | hoc est ad vindictam. Romphea eni teli genus fuit apud Thraces | vt scriptores tradũt. & si iam ad supplicia destinatus sit | q sic transgressus est | quõ euadet? Quoties ergo ab ipso sanctioris vitę curriculo ad impudica inhonestaq; diuertimur | valde qdem verendũ est | ne forte iam iudicati simus. psertim si penitentiam agere & ad priora redire negligimus. Summum ergo totis viribus enitendũ erit | vt cũ iugũ dñi subierimus | in pposito psistamus. deinde si quãdo delyrare ptigerit | cito rursum directo vomere coeptã arationẽ prosequi studeamus. ne forte si moram fecerimus | Herodi similes simus. qui viso Jesu ingenti affectus est letitia plurimiq; ipsum fecit. mox aũt mutata in contrariũ volũtate contempsit atq; illusit. vel ne pares inueniamur: Iconijs illis | qui Paulum &
Barnabã primũ⁹ p dijs habuerũt | deĩde lapidũ ictib⁹ ipellẽtes ciuitate velut inimicos eiecerũt. ne et simus arũdo vẽto agitata & de nobis dici queat | Uię eorũ tene
Act. 14 ps. 34. brę & lubricũ. Nõ est mutatio ista dextere excelsi | sz metamorphosis diaboli. Nõ ergo simus ppls ille | q (vt Hieremias ait) dilexit mouere pedes suos | & nõ quieuit | & dño
Hier. xiiij. ps. 134 nõ placuit: sz simus illi de qb⁹ ĩ psalmo dr | Laudate serui dñi dñz | q statis ĩ domo

dni | i atrijs domus dei nostri. Stare enim iustoꝝ e | mouere aut pedes & huc atq; il
luc titubantib' vestigijs vacillare ppriu peccatoꝝ e. Nō simus igit sicut Lunaticus Mat-
ille de euangelio | nūc cadēs in ignē | nūc in aquā | sꝫ sim' tēpli sancti colūna Jachin | th. xvij
que iterpretat firmitas. Qui enim sic stabiliti fuerit | poterit dicere cū cōstātissimo vi Reg. x.
ro Job | Donec deficiam nō recedā ab inocētia mea. Preterea meminerimus pce vij.
ptū esse | Si spūs potestatē hntis ascēderit sup te | locū tuū ne dimiseris. Infestet lꝫ Job. xx
antiqu' hostis insidiet | tēdat laqos | venena melle oblita ppinet | & olb' nitat falaci- xvij.
is | nos tn a lege pceptisq; dni nri nusq; recedam' | nos nihil virtuti | quā semel dō Eccle. x
obtulim' | pferendū existimem'. Quia virt' illa oi terrena libertate iocūdior | vtilior |
gloriosior e. Hāc ne dēseram' | occurrāt semp mēti nre Saluatoris monita dicentis |
Qui i Judea sūt | fugiāt ad mōtes | & q i tecto | nō dscēdāt tollē aliqd d domo sua | et
q i agro nō reuertāt tollē tunicā suā. Judeā hebraicoꝝ nomīꝫ iterptes pfessionē fo- Mat-
nare dicūt | Qui ergo Christū pfitet | ad virtutū celsitudinē ascēdē curet | eūdē imitā- th. 24.
do | q i se credētib' | vt sua sequāt vestigia iubet. Et q i tecto sūt. hoc e | q ad sūma iā
puenerūt | nō dscēdāt | ne puersatiōes pstinę sordib' inquinent. Et q i agro vitę actiuę
operā prisfamilias locauerūt | nō reuertāt tollē tunicā suā | ne rursus inutilē ociosi-
tatē | quā recusarūt iduāt | & labore itermisso pmissę mercedis dnariū amittāt. Hoꝝ
aūt hęc sūma e | vt cū relictis vitijs virtute pficē cepim' diuinis obtēperādo māda
tis | rursus ad vitia nō relabamur. ne puerbio dei loc' | Canis reuersus ad vomitū Petri
& sus lota in volutabro luti. pa. ij.

Incipit Liber Tertius Spei.

De prudentia & simplicitate. Cap. j.



t autē in his q bona sūt | pstāter fidelesq; pse-
uerem' prudētia nobis op' e. opportūe
igr d hac virtute nūc dissererem'. Que vt vr' sit | ab oi subdo-
lę mētis malignitate aliēa ee ds | vt neq; offēdas | sꝫ cū ti-
bi tū alijs pdesse possis. Ob sua igr & ope iplē pcede dni
pceptū dicētis | Estote prudētes sic spētes | & simplices sic Mat-
colūbę. Prudētię simplicitatē piūxit | qm alta alterius au- th. x.
xilio idiget | vt vtraq; sibi pstet & vitio careat. Nā simpli-
citas absq; prudētia erroris' pꝫ. Prudētia sine simplicita
te | i fraudulētiā calliditatēq; mutat | & vitio supata virtutis no
mē amittit. Neq; g fallēdi astutiā prudētiā ee putaret | Prudētē simplicem opor-
tere esse dixit. & rursum neq; icautā simplicitatē pdet' eēt | eā prudētię comitem esse
debē mōstrauit. Igr prudēs eris | quoties lectiōib' icūbēs si vtilia eligas | inutilia re-
linqs | & spētis fueris idustriā imitat'. q aiūt auib' solidis deuoratis ossa euomē | car-
nes vo | qrū cibo vita sustētat | retinē. Simplex eris si iter legēdū | nihil qd orthodo-
xę fidei repugnet sēties | & q tibi repugnat videbit | quā itelligētiā hēant | doctū ali-
quē ac fidelē viꝝ iterrogabis | & ex' expōni acqesces. Ita semē cadēs i terrā bonā fru-
ctū afferet | vt cū didiceris | alios doceas. Prudēs eris | si ab ijs q tibi nocumēto esse
potuissent cauebis ac fugies. Omni custodia custodi cor tuum inquit Salomon. Pro-
Si vbiq; periculum timueris | vbiq; periculo liber eris | prudentięq; laude di- uer. iiij.
gnus | cum timenda sapienter vitare noueris. Ut autem et simplex sis | non

Prover. x. in te sed in deo cõfide. Hoc est enim illud qd in ꝓuerbijs est dictum | Qui ambu-
lat simpliciter | ambulat cõfidenter. qui vero depravat vias suas | manifestus erit.
Prudentiam servabis | cum prius rei quã aggressurus es | exitũ consyderaveris | et
Luc. 14. cũcta consilio ac ratiõe fueris metitus. Turrim in euangelio edificaturus prius cõ
putat sumptus | ne posito fundamẽto ⁊ deficiente pecunia opus imꝑfectuz cogat
relinquere | probroq; pateat dicẽtium | hic homo coepit edificare | ⁊ nõ potuit cõsũ-
mare. Simplicitatez custodies | si nihil ad iactãtiam | nihil ad inanem gloriam fece
ris. sed qcqd agas | ad dei laudem tñ deiq; gloriaz egeris | ⁊ pro beneficijs ipsi gra
tiam | sine quo nullũ fit bonum | habẽdam duxeris. Prudens es | si conscientiã tuã
quotidie discutis | si quoties a somno exurgis | qd acturus sis cogitas | quoties cu-
bitum redis | quid egeris | quid omiseris | in quo excideris tecum examinas | vt de-
inceps cautius incedas. Simplex es | si tunc etiam cum irrideris | cum contumelia
afficeris | cum iniurijs oneraris | patienter toleres | non irascaris | nõ turberis | ⁊ q̄si
qui nihil mali passus fueris | vultuz non mutes | atq; intra te animi quietem cõser-
Mar. 10. ves | Illorum puerorũ more | quos dñs ad se venire iussit | ⁊ quisquis inquit nõ re
ceperit regnum dei veluti paruulus | non intrabit in illud. Sicut ergo paruulus ire
odijsq; passionibus caret ex natura | ita vir simplex carere his consueuit ex volũta-
te. Prudens preterea si fueris | preteritorum recordaberis | ꝑsentia dispones | futura ꝓ-
spicies | teq; ita ꝑparabis | vt in fine vite inueniare ꝓmissa imortalitate dignus. Ex
aliorum eniz euentu disces | quid tibi fugiendum | qd expetendum sit. vt cum ple-
nis lampadibus aduentanti sponso occurras | ⁊ nõ tunc oleum parare q̄ras | cum
Luc. 12 parato opus fuerit. dictũq; illud semper in mente habebis | Estote parati | q2 qua
hora non putatis | filius hominis veniet. Tum si quoq; simplex fueris | ab oĩbus
animi inquinamẽtis mũdum te exhibebis | nulli detrahes | nullum offendes | nulli
malum optabis | nihil simulationis | nihil doli concipies | toto actionum tuaꝝ cor-
pore lucidus eris. q2 mentis oculum a vera rectaq; simplicitate non auertes. O fe
Cant. 11. licem aĩam que talis fuerit | a celesti enim sponso merebitur audire | Ecce tu pul-
chra es amica mea | ecce tu pulchra | oculi tui colũbarũ. Oculi vtiq; simplicis intẽ-
tionis nõ maligne | ⁊ q qd vident | qd sentiunt nõ dissimulãt | nec bonuz negãt esse
bonũ | nec malũ malũ | vt nõ simplices mõ | verũ etiã recti sint | ⁊ assequãtur | quod
Prover. ij. in ꝓuerbijs Salomon pollicet dicẽs | Custodiet rectoꝝ salutẽ dñs | ⁊ proteget gradiẽ
tes simplr. Ipsius dei ore laudari meruit Job | q simplex ⁊ rectus eẽt | ⁊ timẽs de-
um | ⁊ a malo recedẽs. Prudẽtis postremo officio fungeris | si postq; cũcta consyde
raueris | q̃ ab imprudẽtibus cõcupiscũtur | cũ Salomone clamabis | Uanitas vani
tatum ⁊ omnia vanitas. Atq; ideo diuitias | honores | luxũ atq; põpã | simulq; oẽm
ꝑsentiũ voluptatuz vsum magno aĩo despicere incipies | neqd tibi viã iustitie in-
gredienti impedimẽto sit | ⁊ potius absq; his q̃ vulgo bona putãtur salueris | q̃z cum
Fiberi pontici ipsis pereas. ne minus tibi ꝓspexisse arguaris | q̃z fere bestie ille | q̃ abrosas ptes cor
poris in fuga venatorib9 relinquũt | ob quas nature sue instinctu se peti norũt. Di-
largitis igitur opibus | ⁊ mendicorum indigentie distributis pauper pauperẽ Chri
stum sequeris | cupiens in deo tantuz diues fieri | ⁊ pro caducis ac fragilibus bonis
possidere stabilia ⁊ eterna. Simplicitatis etiam partes ages | si paruo modicoq;
contentus viues | ⁊ que vltra necessitatem sunt | ea pulpendes neq; concupisces
magis ⁊ tibi satis felix videbitur | cũ sustẽtamenta vite tñ suppeditabuntur. Spem

enim omnem in deo pones atq; firmabis. qui suscitat a terra inopem / et de sterco-re erigit pauperem / vt collocet eū cum principibus / nō cum quibuscūq; sed cum principibus populi sui / cū Angelis atq; Archāgelis in regno suo sempiterno. Ipse vltra ex hoc prudētium simpliciūq; genere suam constare voluit ecclesiam / cū di-ceret / Seminabo domum israel ꝛ domum iuda semine hoīum ꝛ semine iumēto-rum. Homines enim sunt ad quos pertinet prudētia / iumēta ad quos simplicitas. Quod autem hi qui vtraq; in parte recte versati fuerint / beatitudinē cōsequantur / Psalmista sub eadē verboꝝ metaphora testatus est / cū ait / Homines ꝛ iumenta saluabis dn̄e / quēadmodum multiplicasti misericordiam tuam deus. Nisi enim ille misericordiam suam multiplicaret / quis nostrum saluus fieret? Hiere. 31. ps. 35.

De prudentia vitiosa ꝛ simplicitate stupida. cap. II.

Esse tamē ꝛ prudentiam quādam nouimus non probatam / de qua in pro-uerbijs legitur / Ne innitaris prudētię tuę. hanc deuitare debemus / q2 ista de se p̄sumētiū seq; mirātiū prudētia ē. q neminē ↄsulūt / neminē audiūt / doctori-bus cōtradicunt. q se oium perspicacissimos cōsultissimosq; existimari volūt. In illos Esaias exclamat dicēs / Ueh qui sapiētes estis in oculis vestris. ꝛ corā vobis metipsis prudētes. Quod vitiū ꝛ Apl's prohibet cū ait / Nolite esse prudentes apud vos metipsos. Neq; illi q̄dem qui in terrenis dūtaxat negocijs prudētes sunt / lau-dātur / cū rerum fragiliū cura implicati diuina negligāt ꝛ aspernētur. Unde idē Apls / Prudētia inq̄t carnis mors est / prudētia autem spiritus vita ꝛ pax. ꝛ iterū / Prudentia carnis inimica est deo. Sed quę inimica est deo / ne illi quidē cuius est / amica esse potest / cum idem corpori multa puideat / animę suę nihil. aīam quę longe nobilior est corpore / nihil ęstimat. quinimo vt carni blādiatur / spiritū peri-re patitur / q2 nec vsuris abstinet / nec aliena per vim vel per calūniā occupare ve-retur / nec dolis fraudibusq; nisi / vt lucretur / cauet. Ualde ergo fugiēda est ista prudē-tia / q2 vere mors est. nō mors quę mortē afferat / sed quę morte acerbius cruciet / ꝛ mori vetet. Cęterū neq; ipsa simplicitas (vt diximus) absq; prudētia erit proban-da. Stupida enim ꝛ fatua est / offendēs ad lapidē pedem suū. Hanc habere p̄hibe-mur / dicente p̄pheta / Nolite fieri sicut equus ꝛ mulus in quibus nō est intellect⁹. ꝛ Apl's / Fratres inq̄t nolite pueri effici sensibus / sed malitia paruuli estote / sensib⁹ autem perfecti estote. A sensibus exclusit simplicitatem / a simplicitate malitiā / vt neq; sensus pueriti finantur per ignorātiam puerilis obtusitatis. neq; simplicitatē rectam deprauet maligna suggestio. Paruulę sensibus fuere virgines illę / quę de sola fidei virginitate sibi plaudētes cū vacuis lampadibus occurrerunt sponso. ꝛ quoniā oleū bonoꝝ operum / quo sensuum nostroꝝ lampades illuminātur / non habebant / intrare ad sp̄osi nuptias nequiuere. Nemo igitur vsq; adeo simplex sit / vt ad beatitudinem cōsequendam aspirans. quibus vitę meritis illā adipisci pos-sit ignoret. Et nemo vsq; adeo prudēs sit / vt carnalia tm̄ curet / ꝛ spiritalia omittat. ne prudētiores appareant filij huius sęculi in generatione sua filijs lucis. i. infide-les fidelibus / dū illi diligētius cautiusq; humana exequūtur negocia ꝙ hi diui-na. Hęc de prudentia ꝛ simplicitate. nunc de sapientia / quę ꝛ has ꝛ reliquas oēs amplexa est virtutes / aliquid est dicendum.

Prouer. iij. Esa. v. Ad ro. xij. Ad ro. viij. ps. 31. Adco-ri. j. 14 Luc. 16

Quid sit sapientia et vbi querenda. Cap. iij.

Sapientia est (vt Stoicis placet) diuinarum humanarumq; rerum scientia et cognitio. atq; inter sapientiam et prudentiam hoc differri / q prudentia tm̄ circa humana sit. Hec igitur que proprie sapientia dicit. late se effundit / vtrãq; scientiam continet. neq; scire tm̄ contenta est / nisi etiam scđm sciẽtię sue precepta mores vitãq; composuerit. Nam siquis philosophiam omnẽ didicerit / et non perinde ac illa pcipit viuat / doctum equidem confitebor / sapientẽ negabo. Non cadit vitium in sapiente / cuius propria est virtus. In hoc fere omnes conueniũt / vt dici sapiens non debeat / nisi qui cũctis pcellat animi bonis / et tam scientia sit instructus q̃ probitate. Sũmum itaq; bonum expetentibus / quod semper inquirendo

Philosophi philosophi inuenire nũq; potuerunt / opus erit eam discere doctrinam / que a deo nobis non ab hominibus tradita sit. cũ sola verissimum ad beatitudinem monstret iter / et eandẽ certissime polliceatur atq; conferat. Neq; tamẽ qui mediocri scientia pditi sunt / a spe beatitudinis excluduntur. Si vis inqt ad vitam ingredi / serua mandata. Diuinę igit legis tm̄ que ad bene beateq; viuendum pertinent institutiones nosse / et eas opere persequi / satis perfecta est hominis sapientia. Quãq̃ illius perfectior / qui insuper dilargitis rebus modico contentus Christũ sequit / et corporis quoq; puritatem seruat repudiatis cõnubijs / vt casto dño propius accedat meritis castitatis / et centesimum fructum capiat / trigesimo sexagesimoq; relicto. Sed licet perfectionis vite altior sit beatitudinis gradus / vna tamẽ est beatorũ ecclesia vnum corpus. Quo fit vt ab ista sapientia / qua saluamur / ne coniugati qdem excludantur / si modo que iussa sunt peregerint. Illos autem sapientiores eẽ dicimus / quos virtutibus nouimus pstare / et non sciẽtia solũ vel eruditione. Scientia enĩ si virtutibus careat / inflat / multũq; doctus et parum sapiens sibi nimium arrogat / interdũ etiã veritati refragari audet / vt se aliquid pre ceteris argutius atq; subtilius inuenisse probet. Quãobrem cõcludendum est / vt lõge sit melius pauca scire cum virtute / q̃ absq; virtute multa. Ceterum scientia ipsa atq; eruditio / si bene vtaris / plurimũ iuuat / si male / perniciosa est. semperq; pferenda scientię peccatrici rusticitas sancta. Iunge autem sciẽtię virtutem / et iam plenior consumatiorq; tibi dabitur sapiẽtia. mysteria scripturarum intelliges / latentes sub littere velamine sensus tibi aperientur / et cubiculũ sponsi ingressus pulchritudine eius capieris / amore exardesces / quãtoq; illi propius accesseris passibus pij affectus fidelisq; consyderationis / tãto magis ipso intelligentię lumine illustraberis. ita vt alios quoq; docere valeas / et errantes ad recti viam reuocare / et contradicentes refellere / et ecclesiam Dei edificare. ex quo grande tibi meritum gloriamq; cõparabis.

Dan. xij. iuxta illud / Qui docti fuerint / fulgebunt quasi splendor firmamenti / et qui ad iustitiam erudiunt multos / quasi stellę in perpetuas eternitates. Quid est autẽ scientia / nisi perfecta veri falsiq; dignoscẽdi rõ? q̃ cũ propria dei sit / illa que ab hominibus ẽ / nisi cũ diuina ꝯueniat / opinio magis dici debz q̃ sciẽtia. Falli / decipi / errare hoĩs est. In deo ista nõ cadũt. Facessant igit a nobis fallaciosę strophe / argutię enthymemataq; dialecticorũ. nõ terrenã sciã sequimur sed celeste. Nihil verius nihil certius esse asserimus / q̃ qđ illa cõtinet. Lignũ vite est ijs q apphẽderint eam / et q tenuerit eã beatus. Per hãc enĩ ad sũmũ bonũ ꝑuenitur. qđ supra celũ ẽẽ ignora-

uerūt illi / q sapiētē sola virtute ɔtentū / ideoq; beatū dixerūt. Ubi eniꝫ ꝑmia vere virtutis essent nesciebāt / p totā noctē humane scie laborantes ꝛ nihil capiētes. Sapientiores igitur fuere illis piscatores nostri / quoꝝ disciplinā / quā a Christo didicerant / ꝛ philosophi ariopagū relinquētes sunt secuti / ꝛ ipsi Romani principes cōtēpta idoloꝝ cultura ꝓbauere. Totis eni imperij viribus falsorum deoꝝ religionē defenderāt. victi aūt non armis: sed eorum qui cedebant patiētia Christū suscepe runt / qui ab ipsis ꝑdicatus fuerat. Atq; hec fuit victoria q̄ vicit mundū fides nr̄a. Pugnātes non repugnātibus cessere / inermibus armati / ꝛ quod mirabilius est / interemptis interemptores. Ab alteris in mediū plata Christi religio permāsit / ab alteris tutata idolatria defecit. Et quisq; dicere audet / professionis Christiane scientiam non esse veram / cui tam potentes inimici / non iam inuiti sed volentes colla submisere?

De scientia diuinitus tradita ꝛ sapientis officio. Cap. iiij.

Haec est scientia / quā a nobis exigit dn̄s dicens / Misericordiā volui ꝛ non sacrificiū / ꝛ sciētiam dei plusq; holocaustū. Hanc ipsam autē dei scientiam a se peti iubet / cū ait / Siquis sitit veniat ad me ꝛ bibat. ꝛ ego suꝫ ostium inqt / per me siqs introierit saluabitur. Non est itaq; aditus ad beatitudinem / nisi per scientiam diuinitus nobis traditā. Cetere oēs sciētie vane sunt. nemo eni per illas efficit beatus. quiq; ipsis nititur / hoīum opinionibus pēdet / ꝛ certam vite viā prorsus ignorat. Quis eni nouit filiū nisi pater / vel patrē nisi filius / ꝛ cui voluerit filius reuelare? vnde ꝛ Petro Christū confitenti idē respōdit / Beatus es Simon bariona / q: caro ꝛ sanguis nō reuelauit tibi / sed pater meus qui in celis est. Decuit aūt / vt qui homini quē formauit / beatitudinem dare decreuerat / doctrine quoq; esset autor / per quā beatitudo ipsa acquiri posset. In cassum igitur laborarunt oēs philosophorū schole / omnes mundi sapientes / vt veram de deo sciam per seipsi inuenirent / si nō alius q̄ꝫ deus debuit illā homini mōstrare / sicut ꝛ fecit. Sꝫ non est satis eā didicisse / nisi que ꝑcipiuntur fecerimus / beati esse non possumus. Neq; eniꝫ viam qua ad celuꝫ itur / nosse / sed cū noueris / per eam ingredi sapiētis est. Quinimo tanto nequius peccat / quāto qs inter bonū malūq; discernere plenius didicit. Sit igit̄ in te sanctaꝝ sciētia scripturarū / sed ita vt non desint / quas illa cōmendat virtutes / ꝛ absint vitia que detestat̄. Hoc si ꝑstiteris / vere te sapientē esse scias / ac beatū fore cū hinc decesseris credas / atq; tūc demū ꝛ scia ꝛ sapiētia ꝛ bonis oībus multo vberius q̄ꝫ in hac vita fieri possit / cōplendū. Etenim neq; sciam ꝑfectā habere possumus / quādiu mortalitatis onere ꝑmimur / neq; sapientiam. dicente Apl̄o / Ex parte cognoscimus / ꝛ ex parte prophetamus. cum autem venerit quod perfectum est / euacuabitur quod ex parte est. Corpus quippe (vt quidam sapiēs ait) aggrauat animam / ꝛ terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. Sit ergo satis ea discere atq; nosse / que ad dei scripturarumq; eius intelligētia nobis concessam pertinent / vt cum ita quemadmodum preceptum est vixerimus / illo vbi perfecta sunt omnia conscendamus. Optimuꝫ itaq; iudicemus / nō plus sapere q̄ꝫ oportet sapere / sed sape ad sobrietatē. hoc est q̄ꝫtū hūane nature ꝑmittit̄ / tantum ꝛ indagare discendo / ꝛ conari operando. Atq; hoc erit / seipsum nosse / ni-

[Margin notes: Osee 6 — Jo. 7. — Jo. x. — Mat. 16. xvi. — Ibi — Ad cori. j. 13. — Sap. j.]

hil supra vires tẽtare / neq̃ quod capere non possumus / frustra sequi velle / sed suis finibus cõtentari / et ea que verbis explicare nequimus / fide tenere / diuino credẽtes testimonio. Porro sapiẽtie diffinitionem / quã supra retulimus / diuinarũ videlicet atq̃ humanarum rerũ sciẽtiam esse / non plene factam arbitror. Que nã erit sapientia / vt iam dixi / scire tñ et non facere que facienda didiceris? neq̃ cauere que cauẽda noueris? Mãsuetudinem / liberalitatẽ / clemẽtiam / castitatem / constantiã / ceterasq̃ virtutes / nõ nosse solum / verũ et exercere / earũq̃ officio vti sapientia est. nihil agere qđ actum nolis / nihil omittere quod omissum negligentie possit ascribi. in omnibus sibi ipsi constare / nec leuem esse sed grauem / atq̃ in ijs que recta et honesta sunt / firmũ stabilemq̃ permanere. non ira / non cupiditatibus / non turpi lasciuia moueri / sed affectus ratione moderari / et animi motibus pesse vt dominũ / non subesse vt seruum. Uis ista in summam redigi? audi pphetam dicentem / Quiescite agere peruerse / discite benefacere. Rationale animal est homo. si naturã suam non peruerterit / sapiẽtiam exquiret. Ingenita est enim ei ratio / qua et bonum expetat / et a malo declinet Dabit itaq̃ operam / vt disciplinis instruatur / que naturam suam pficiant / ne ignarus rerum erret / nec pro bono accipiat malũ et bonum pro malo / ac dum sapiẽter se facere putat / insipiẽtie arguatur. Nam licet affectionẽ boni habeamus a natura / nõ tã et scientiam que efficit sapientem. Inter doctum autem et indoctum multa distãtia existat necesse est / quãta vtiq̃ inter scire et nescire. Quorum alterum Salomon luci / alterum tenebris comparat dicens / Uidi qđ tantum pcederet sapientia stultitiam / quãtum differt lux a tenebris. et sapientis inqt oculi in capite eius / stultus in tenebris ambulat. Illius oculi in capite sunt / qui altioris sapiẽtie circũspectu regit vitam / mores componit / et qui sit cuiusq̃ rei exitus diligẽter perpendit. que sua intersunt nouit / et illa tractat / illa meditatur. que vero a se aliena iudicat / ab ijs abstinet. naturam hoĩs finẽq̃ consyderat / seq̃ ad imortalitatẽ natum intelligit / et caduca bona contẽnit dum eterna obtinere festinat. Itaq̃ celo equatur et terra superior est animus sapientis / in contemplatione diuinorum assiduus / humanaq̃ transcẽdẽs. nihil aliud illi cure est / nisi vt deo placeat. quicquid egit / ad hũc vnum finem dirigit / vt deo frui possit.

Esa. j. — Eccle. ij.

Qđ sapientia donum dei sit / et vera sapientia Christũ imitari. cap. v.

Porro talia scire atq̃ ita se se gerere / nequis industrie sue arroget / sed donum dei esse agnoscat / scriptum est / Dñs dat sapientiam / et ex ore eius prudẽtia et scientia. et iterum Omnis sapiẽtia a dño deo est / et cum illo fuit semper / et est ante euum. Ipse oĩum conditor deus / cũ hoĩem in lucem produxisset / sapiẽtie capacem fecit pre ceteris animantibus / vt autorem suum intelligeret / intelligendo amaret / amãdo possideret / possidendo perpetuo beatus esset. Quã quidem sapientiam vt concipere et tenere possimus / non solum discendi studio incũbere / sed etiã votis pcationibusq̃ poscere debemus. cũ Iacobus apls dicat / Siquis vestrũ indiget sapientia / postulet a deo / qui dat oĩbus affluenter et nõ improperat / et dabitur ei. In Iob quoq̃ legimus / Inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. Ceterum vas mũdum sit oportet / in quo diuine sapientie thesaurus recondi debet. vnde dicit / Fili concupiscens sapiẽtiam conserua iustitiam / et deus pbebit illam tibi. Itẽ / Dñs

Prouer. ij. — Eccl. j. — Iacob j. — xxxij — Eccl. j.

inquit dn̄s fecit | ⁊ pie agentibus dedit sapiētiam. Quomodo eniȝ illis pōt infun- Eccl.
di celeste donum | vnde eiecti prius ⁊ exterminati nō fuerint terreni affectus? Duo 43.
contraria simul manere nequeūt. que eniȝ societas luci cum tenebris? Christo cum
Belial? Ideo est scriptum | In maliuolam aiam non intrabit sapientia | nec habi- Sap. j.
tabit in corpore subdito peccatis. Cur eniȝ principium sapientie timor dn̄i dicit |
nisi q2 is qui deum timet | se a delictis continet | ⁊ inocenter viuere studet | ne crea-
torem suum offendat? Ab hoc principio ꝓficere incipimus | ⁊ addito discendi la-
bore sapiētiam in mysterio absconditaȝ | ⁊ credulis tm̄ humilibusq3 reuelatam ex
diuinis voluminibus haurimus. Hanc si alibi quesieris | nusq̄3 inuenies. Latuit phi-
losophos | ignota fuit oibus gentiliuȝ sapiētibus | tradita autē ꝓphetis Christiq3 di
scipulis. vnde ait | Vobis datum est nosse mysterium regni dei | illis autē incredu-
lis videlicet ⁊ humana tm̄ scientia nitētibus non est datum. In sanctis ergo scri- Math.
pturis dūtaxat quere tibi dei sapientiam | ⁊ verbi dei sciētiam | ⁊ quere mēte pura xiij.
cordeq3 fideli | atq3 ardēti discendi desyderio | vt qd̄ cupieris assequi merearis. Dei
autē sapientia ⁊ dei virtus Christus est. Hunc scrutare in veteribus celatum scriptu
ris | in nouis manifestum | in vtrisq3 admirabilem atq3 adorandū | summi boni do-
ctorem ac largitorem. boni inquā | quod tota gentilitatis achademia semper per-
quisiuit | ⁊ nūq̄3 potuit inuenire. Neq3 eniȝ fas erat | vt tante rei | qua nihil homini
maius potest cōtingere | alius esset cognoscēde monstrator | q̄3 qui esset fruēde do-
nator atq3 autor. Minus dignitatis habitura erat nostra religio | si alio q̄3 deo insti-
tutore ꝓceptoreq3 gauderet. Ipse debuit perfecte beatitudinis iter ostēdere | qui ipse
esset perfectissimus oium felicissimusq3 | vt soli gratie agātur habeanturq3 tam pro
doctrina adipiscēde salutis | q̄3 pro adepte beneficio. Hanc autem probatissime sa-
luberrimeq3 discipline sapiētiam | cuȝ deus in mysterio velatā daret per seruos ex-
hibuit | sed cū reuelatam tribueret | per filiuȝ vulgauit. tunc in nubis aut ignis fi-
gura apparens deus cuȝ hominibus est locutus | postea vero deus homo factus cū
hominibus conuersari | ⁊ presens ipse cum iisdem colloqui voluit | vt legis ⁊ euan
gelii distantiam cognosceremus. in illa futuri signa sunt | in hoc eorum euentus | in
illa vmbre | in hoc veritas | in illa seruitus | in hoc libertas | in illa ꝓmissio in hoc ꝓ-
missionis impletio atq3 gratia. in vtroq3 autem bene beateq3 viuēdi ꝓcepta. pleni-
us tamen exactiusq3 in euangelio q̄3 in lege. q2 legis mediator Moyses | euangelii
Christus | per quem redempti ac saluati sumus. Hunc si sequi volumus | ⁊ sanctis-
simis eius institutionibus inherere | vere sapientes vereq3 beati erimus | ⁊ iam nō
terreni sed celestes. Audiamus quid super hac re Apl's dicat | Iudei inq̄t signa pe-
tunt | ⁊ greci sapiētiam querunt. nos autem ꝓdicamus Christum crucifixum. Iu-
deis quidem scādalum | gentibus autem stultitiam. ipsis autem vocatis iudeis at- Ad co-
q3 grecis Christum dei virtutem ⁊ dei sapientiam. q2 quod stultum est dei sapien- rin. I. j.
tius est hominibus | ⁊ quod infirmum est dei | fortius est hominibus. In his ergo
scripturis | quas gētilitas deridet | ⁊ hereticorum prauitas impugnat | discēda sapi
entia est. Quia quod hi infirmuȝ arguunt | fortius est omni humana virtute. ⁊ qd̄
illi stultum existimant | sapiētius est omni mūdane philosophie traditione. Stul-
ta inq̄t mundi elegit deus | vt confundat sapientes | ⁊ infirma mūdi elegit deus vt Ad co-
confundat fortia. Per piscatorum quippe ⁊ vulgarium hoium ꝓdicationem supe rin. I. j.
rauit philosophos | ⁊ per inermes martyres | reguȝ impatorūq3 potentiā. Quid ni-

si idem ipsi qui persequebantur christianos facti sunt christiani | et ecclesie propugnatores | qui ecclesie hostes erant? Seruire coeperunt christo | qui imperabant mundo. Christus igitur (vt Apl's ait) factus est nobis sapientia et iustitia et sanctificatio et redemptio | vt quemadmodum scriptum est: qui gloriatur | in dño glorietur. Quis enim bonum comparande vere beatitudinis rationem potuit per se cognoscere | si hoc solius dei erat docere | cuius solius fuit ipsam beatitudinem tribuere. Que dei
Ad corin.j.2. sunt inquit nemo cognouit | nisi spiritus dei. nos autem nõ spiritum huius mũdi accepimus | sed spiritũ qui ex deo est | vt sciamus que a deo donata sunt nobis. que et loquimur non in doctis humane sapiẽtie verbis | sed in doctrina spiritus spiritalibus spiritalia cõparantes. deniqз post multa de deo salutaris sapiẽtie autore dicta ait | Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo | stultus fiat | vt sit sapi-
Ad corin.j.3. ens | Sapiẽtia enĩ huius mũdi stultitia est apud deũ. Scriptum est enim. Comprehendam sapientes in astutia eorũ. et iterũ. Dñs nouit cogitationes sapientũ | quoniam vane sunt. Vani quippe sunt | qui sancte trinitatis mysterium non admittũt | qui vere beatitudinis bonũ non percipiũt | quia sibi magis quam deo credũt. Quamobrem nobis non humana sed diuina doctrina institutis cũ Saluatore nostro dei fi-
Matth.xi. lio deo gratie agẽde sunt | sic dicente | Cõfiteor tibi pater dñe celi et terre | quia abscõdisti hec a sapientibus et prudentibus | et reuelasti ea paruulis. ita pater | quoniam sic fuit placitum ante te.

Quod sola dei sapientia efficit beatos. Cap. vi.

Et quoniã sola dei sapientia | non vana sed vera est | per quã solam patet adi-
iiij. tus ad beatitudinẽ | Sapientia inquit Jacobus Apl's | que de sursum est | primum quidem pudica est | deinde pacifica | modesta | suadibilis | bonis consulẽs | plena misericordia et fructibus bonis | iudicans sine simulatione. Omnes itaqз virtutes ista sapiẽtia nobis diuinitus ostensa in se cõtinet | et credẽtibus atqз volentibus eas impartit. in quibus qui se digne exercuerint | illos vt a dño remunerentur | de terreno habitaculo ad celeste regnũ feliciter transmittit. Sapiẽtis erit igitur | omni loco | omni tempore | omnibus in rebus diligenter dispicere quid velit dñs | et scõз eius voluntatem | que iussa sunt facere | que vetita declinare. Qui sic egerit | et mãdatis dei satisfaciet | et ipse sue cõsulet saluti. Quicquid enim deo obedimus | quicquid obsequimur | quicquid seruimus | totũ in nostram vertitur vtilitatẽ. nihil ex hoc ei accedũt | qui solus nulla re indiget. Recte ergo Salomon in prouerbijs ait | Si sapiens fueris | tibi met
Prouer. ix. ipsi eris. Nam illud quoqз quod alios docueris | quod ad virtutẽ hortatus fueris | quod verbo | quod re atqз opere iuueris | tibi cedet ad gloriã | tibi magis quam vlli alij proderit ad adipiscendã veram felicitatem quã affectas. Ac veluti illi qui terram purgant | stercorãt | arãt | occant | offringũt | modis omnibus excolũt | sementẽqз faciũt | postea vero metũt et fructũ colligũt | ita hic noster Sapiẽs alijs benefaciẽdo | sibimetipsi sapiet | cũ pro benefactis a dño recipere coeperit mercedẽ. Hic idẽ in omnibus prouidum ac prudentẽ se prestabit. nihil eum imparatũ offendet. omnibus que accidere possunt presidio oppotuno munitus occurret. In aduersis explicabit patiẽtiam | in prosperis humilitatẽ | in vtrisqз constãtiam. Apparebitqз in illo quod Salomon ait | Melior est
Eccl. x sapiẽtia quam arma bellica. Fortior est enĩ | cuius animũ non frangũt aduersa | neqз tur-

bant iniurię| q̄ȝ qui armis hostem supat. Alibi etiā dicit| Melior est sapiētia q̄ȝ vi Sap.6.
res| ꝛ vir prudens q̄ȝ fortis. Nam sapiētia ꝛ prudētia bona animi sunt. forte autē
ꝛ robustum esse bonū corporis est. ꝛ illa quidem hominis propria: hoc aūt cum be-
stijs cōmune. Sapiēs tranquille degit| qꝛ perturbationibus tēperat. sensuū affectio-
nes rōne frenat| ꝛ saniori cōsilio parere compellit. Sapiēs linguā quoqȝ continet|
verbositatem fugit| ne in multiloquio peccet. Pauca loqtur sed cōsyderate. nihil
leue ab ipso prolatū auditur| sed seriū semper ꝛ graue pōderisqȝ multi. Neqȝ enī Eccl.6
prius verbū emittit| q̄ȝ quo casurū sit cogitet. Sapiēs vt semp sapiens sit studet|
vtqȝ cum Salomone dicere possit| Sapiētia quoqȝ pseuerauit mecū. Queris quo
pacto semper sapiēs esse queat| cū nemo sit qui non peccet| cū septies in die cadat
iustus? Sed quemadmodū iustus cū ceciderit| cito surgendo iusti nomē nō amit-
tit| ita Sapiēs dicēdus est semper sapiēs| qui quoties aliqd stulte peccat| sapienter
quod peccatū est protinus emendat| ꝛ pteriti errati notaȝ insequētis virtutis lau-
de compēsat. Sapiētem semper beatū esse philosophi contendūt| eo q̄ sola virtu-
te contētus sit. virtutem autē sibi ipsam sufficere. Patet qꝛ nihil extra virtuteȝ| in
quo beatitudo esse potuisset nouerant. Ignorabāt igitur bonum illud quantū aut
quale esset| q̄d debetur virtuti| quodqȝ nostri Sapiētes vitę innocenter laudabili-
terqȝ actę meritis cōfidūt se ꝯsecuturos| ꝛ tūc demū beatos fore| cuȝ illud adepti
fuerint. Et q̄ȝdiu in expectatiōe eius sunt| nōdū eē beatos cōstat| q̄uis ob quādaȝ
spei certitudinem nunc quoqȝ beati dicātur. Sapiens inquiunt ꝛ in tormentis bea
tus est. Recte id quidem si de nostris diceretur| ꝛ non de illis qui a vera religiōe alie
ni erant. Nostri enim vere beati| quos nulla cōpellere tormenta potuerūt vt Chri
stum negarent. Porro hi nō sola virtute cōtēti erāt| quę prope vana eēt| si nihil eā
post mortem sequeretur| sed per ipsa virtutis opa deo iungi cupiebant. q̄d qꝛ pcipue
martyrij patientia pstare poterat| cęli occidiqȝ gaudebant. Illi autē quibus ęter-
na hoīs beatitudo ignota erat| nō quomō oportuit| sed quomō poterāt| beatā vi-
tam diffinierūt. atqȝ ipsam| qm̄ longius procēdere nescirent| virtute quę in psenti
est terminarunt. Sed quę nā queso esset ista beatitudo| quę simul cum corpore pe
cudum more erat finienda? Preterea si sola virtus beata vita esset| sexcenties in vi
ta beati essemus| ꝛ sexcēties infelices. quādo quidem nemo tā firmę stabilisqȝ vir-
tutis est| vt non quotidie fere aliqd desipiat| oscitet| delyret| allucinetur. tot autem
vicibus nunc accedēs nunc recedens beatitudo nonne versibilior haberetur rota
figulari? ꝛ alterno dieruȝ noctiūqȝ recursu mutabilior? Nō est ergo virtus vita bea-
ta. sed illa cęlestis ęternaqȝ felicitas| quę debetur virtuti| si virtus ipsa cuȝ vera re
ligione iuncta fuerit. Beata quippe est| quę nūq̄ȝ subducitur| nūq̄ȝ deficit| bonis
omnibus affluit semper| malis vacat| desiderium implet. deniqȝ ad summuȝ bo-
norum peruentum est| cum ad illam peruenitur. Huc accedit q̄ Christianorum sa
pientia non ita rigide neqȝ inhumane circūscripta sit| sicut fuit illa stoicę sectę phi
losophorum| qui docebant, Sapientem animi passionibus prorsus carere oporte
re vt beatus sit. Nos enim econtrario diffinimus| non posse sapienteȝ fieri beatū|
qui adhuc in corpore viuēs futurę beatitudinis desyderio non ducit| qui proeo quod
aliqū peccauit| dolēdo nō satisfacit| qui cū bn̄fecerit nō gaudet ꝛ deo grās agit cui⁹
ope in bn̄faciēdo ē vsus| qui eidē peccare nō metuit| cui soli semp plurimū placē stu
det| qui deniqȝ ꝛ paupis ꝛ malo aliquo affecti hoīs nō miseꝛ. Ea sane vā est sapiētia

e seruorum dei propria | cuius hę sunt passiones. Illa autem Stoicorum prorsus vana | & non hominis sed lapidis potius | nihil sperare | nihil metuere | nihil gaudere | nihil dolere. Si istud sapiētia vel vita beata esset | quod in terris lapide & sensu carentibus rebus esse sapientius vel beatius existimari potuisset? Lapidea est igitur illorum & sapientia & beatitudo | non humana. Cū enim verę beatitatis ignari essent | beatitatem ipsam appetitionum quietudinem esse putauerūt | & hanc ad sapientem pertinere volebant. At nos verę quoq; ęternęq; beatitudini gaudium attribuimus & in deo lętitiā perpetuamq; iocunditatem | amorem etiam & mutuam inter beatos charitatem atq; perfectam. Repudiata itaq; gentilium fatuitate | sapientiam quā non homo sed deus docuit sequamur. hanc diuitijs | hanc rebus omnibus anteponamus.

Prouer. 3. Melior est acquisitio eius (vt recte Salomon ait) negociatione auri & argenti primi & purissimi | fructus eius preciosior est cunctis opibus | & oīa quę desyderantur | huic non valent comparari. Sola enim diuinę doctrinę sapientia | efficit beatos.

Quę sapientia est vitanda. cap. vij.

HAnc autem verissimam sapiētiam | quā deo tradente accepimus | quo attētius accuratiusq; amplectamur | quęrendum restat | quę nam sit illa quam cauere debemus | indigna quidem hoc nomine | cū verius stultitia sit dicenda q̄ sapientia. Est igitur quędam sapientia | quę mundana siue secularis dr̄ | de qua Apls |

Ad corin. j. iij. Sapientia inquit huius mundi | stultitia est apud deum. & iterum | Stultā fecit deus sapiētiam huius seculi. Hic sane fuit antiquorum deos colentium error | qui olim videbatur esse sapientia | sed postq̄ euangelij veritas etiam ab ijs qui eam perseq̄bantur | recepta est | apparuit colendorū deorum ritū non sapientiam fuisse sed stultitiam. Tunc Pharaonis sapientium virgę a virga Moysi deuoratę sunt | & omne diaboli cōmentum virtute crucis Christi superatum. tunc mulier sanguine fluēs | quam medici secularis disciplinę curare nequierant | tacta Christi fimbria recepit sanitatem | q2 gentilitas desijt victimarū cruorem demonibus fundere | vbi in Christo deum cognouit | quem in spiritu coepit adorare. Adhuc tamē ista infidelitatis sapientia in illis perseuerat | qui somnia sortesq; obseruant | & naturas hoīum ex stellarum influxibus pendere iudicant | & incantationibus diaboli magis q̄ pijs ecclesię precibus delectantur. In his omnibus stultus fit oportet | qui apud deū sapiens esse desyderat. Fuit & alia inter gentiles sapientia | veri quidem inquirendi supra q̄ dici queat studiosa sed plane inanis cassiq; laboris | cum inuestigare illud nequaq̄ potuerit | quod nisi deo monstrante scire nemo poterat. Ista autē erat philosophorum professio circa ipsam hominis beatitudinē varie sentientiū (vt diximus) atq; delyrantiū. cū non in cęlo sed in terra illam constituerent | quęrentes vbi non erat | & vbi esset nescientes. de his Psalmista ait | Defecerunt scrutantes scrutinio. His nōnulli quoq; ex nostris mihi similes videntur | quibus non est satis nosse quomodo veram perfectāq; beatitudinem assequi possint | sed altiora se indagare conantur | & ea quidem quę nisi fides teneat | ratio non explicat | curiosius perscrutari solent. Unde fit | vt plerūq; ab eo etiam quod recte didicerant aberrent | & dum Christū se tenere putant | de manibus elapsum non animaduertant. Ne-

na periculi est talis sapientia / ideoqꝫ vitanda. cum scriptum sit / Scrutator maiesta
tis opprimetur a gloria. ⁊ iterum / Non plus sapias ꝙ necesse est / ne obstupescas. Ca Eccl. 7
ne igitur nimia altum sapere / ne forte vel cum hereticis vetus instrumentum dam
nes vel cum iudeis nouum / ⁊ cum vtrisqꝫ ipse damneris. dicente dño / Nunquid Abdie.
non in die illa perdam sapientes de idumea / ⁊ prudentiam de monte Esau? Pe j.
ribunt vtiqꝫ heretici ⁊ dei iudicio condemnabuntur / qui terrena sapiebant. hoc enim
idumea interpretatur. ⁊ iudei qui cum Esau aduersabantur fratri eius Jacob. i. cum
synagoga ecclesie Christi / ad quam credentium primogenita credere nolentium bene
dictionesqꝫ transierunt. Illud quoqꝫ ad hereticorum infidelitatem spectare arbitror
quod Salomon ait / Ciuitates munitas occupabit sapiens / ⁊ destruet munitionem Prouer. 21.
in qua confidebant impij. Omnia quippe impietatis dogmata / que illi syllogis-
mis captiosisqꝫ dialectice conclusiunculis munientes insuperabilia esse putabant /
dei sapientia Christus sua virtute superauit. ⁊ euertit. Arrij / Sabellij / Eutichetis / Ma
nichei / reliquorumqꝫ omnium prauitas defecit / sola machumetana extat / ne ipsa qui
dem diu permansura. dicente dño / Omnis plantatio / quam non plantauit pater Matth. xv.
meus celestis eradicabitur. Sed sunt ⁊ in ecclesia fortasse non pauci / qui sibi sapi
entes videntur / ita vt interdum contradicere audeant catholice veritati / apud igna-
ros admirationem sui facturi / quasi qui acutius aliquid sagaciusqꝫ explorarint / ꝙ
illi qui iam pridem probati recepti celebresqꝫ habentur. In istos reclamat Esaias di- Esa. v.
cens / Ve qui sapientes estis in oculis vestris / ⁊ coram vobis metipsis prudentes.
Apud deum enim ⁊ insipientes ⁊ imprudentes sunt / qui temeraria presumptione ab-
ducti ad ostentationem ingenij magis ꝙ ad veritatis confirmationem loquuntur.
Porro omnis disciplina que cum euangelio non conuenit / inutilis est / sapientem fa-
cere non potest / ideoqꝫ nec beatum. Poesis fabellarum fictionibus exuberat / Ora-
toria ad gratiam loquendi artem prefert / Astronomia celi syderumqꝫ motibus ⁊ etiam
de futurorum diuinationibus scatet / philosophia sapientie studio gloriatur / cum cau-
sas rerum naturasqꝫ conquisierit. Sed cum nulla doctrinarum istarum qui hominis
finis sit recte vereqꝫ iudicare videatur / nemini discendas dicerem nisi aliqua in re
diuine quoqꝫ sapientie scientiam adiuuarent. Operepretium erit igitur de his tantum
capere quantum fideli institutioni conuenire constabit / cetera ne noceant respuere.
aut enim superflua sunt / aut fini nostro aduersantia. quod autem superfluum est contem
ni debet / quod aduersarium repelli. de his enim Psalmista ait / Nouit dñs cogita Ps. 93.
tiones sapientum / quoniam vane sunt. ⁊ Apostolus / Nolite inquit iugum ducere cum infi Ad cori. sa. vj
delibus. Que enim participatio iustitie cum iniquitate? aut que societas luci ad te
nebras? que autem conuentio Christi cum Belial? aut que pars fideli cum infideli?
qui autem consensus templo dei cum idolis? Tantum abest igitur vt sapiens sit / qui
ethnicorum sapientes preter modum emulatur / vt etiam iniquus ⁊ infidelis esse possit co-
uinci. Et quoniam sola dei sapientia / que in sacris literis continetur / vera est sapien
tia / ideo ipse dñs per prophetam exclamat dicens / Non glorietur sapiens in sapien- Hiere.
tia sua / ⁊ non glorietur fortis in fortitudine sua / ⁊ non glorietur diues in diuitijs ix.
suis / sed in hoc glorietur qui gloriatur / scire ⁊ nosse me / quia ego sum dñs / qui facio mi- Hier. 6
sericordiam ⁊ iudicium ⁊ iustitiam in terra. misericordiam vtiqꝫ erga sapientes in bo
no iudicium ⁊ iustitiam aduersus sapientes in malo. de quibus Hieremias ait / Sa
pientes sunt vt faciant mala / bene autem facere nescierunt. Sapientia ista doli / ca

liditatis | versutię | fraudum est plena | ista denique non hominis sed diaboli sapientia
est. Hac armatus erat serpens | qui decepit Euam. hanc sequuntur illi | de quib' in
Luc. 16 euangelio dicitur | Prudentiores sunt filij seculi filijs lucis in generatione sua. Ab
hac certe vir iustus abhorrebit | vt potius scdm deum q̃ scdm seculum sapiens sit. ac
nequando ⁊ ipse seculi sapientium capiatur sicophantijs | deum cum propheta orabit.
ps. xlij. Ab homine iniquo ⁊ doloso erue me.

Quod sapiens docere alios debet. cap. viij.

Docuimus ⁊ quę sequenda sapientia ⁊ quę fugienda sit. reliquum est vt eos |
qui vera | idest diuina sapientia pditi sunt hortemur | ne creditum sibi salu-
taris eruditionis talentum in terra defodiant | sed illud dispensent | vnde cum vsu-
ris exigi possit | ⁊ dño cui negociantur plurimum lucri accedat. Laxent igitur retia
sua in capturam | alios doceant quod ipsi didicerunt | ⁊ nõ sibi solum | sed alijs etiã
prodesse studeant | tantoque accepto beneficio se dignos prestent. Ut quid enim bo-
num sapientię tu qui dei benignitate sapientiam adeptus es | cum proximis non
communicas? si nihil inde tibi deperit | si communicatum etiam augetur ⁊ excrescit.
Quis est enim qui docet | ⁊ docendo non aliquid discat? ⁊ quod didicit non confir-
met? cum de memoria facile labi soleat ⁊ excidere | quicquid relinquitur irrepetitũ.
Ita fit | vt ipse quoque dediscas | nisi docueris. Doce igitur vt doctior sis | aut saltem
ne obliuioni tradas quod didicisti. Immo quę potissima alios docendi causa esse
Dani. debet | doces vt beatior sis. quãdo quidem qui erudiunt multos ad sapientiam | ful-
ij. gebunt (sicut scriptum est) tanquam stellę in perpetuas ęternitates. Cassus pene labor
Pro- est | multa didicisse | ⁊ postquam didiceris obmutescere. Nunquid non sapientia clami-
uer. 8. tat inquit Salomon | ⁊ prudentia dat vocem suam in summis excelsisque verticibus
super viam in medijs semitis | stans iuxta portas ciuitatis | in ipsis foribus loquitur
dicens | O viri ad vos clamito | ⁊ vox mea ad filios hominum. Cum ergo docendi of-
ficio fungi debeat vir diuina sapientia eruditus | non ne sal fatuum erit | si tacuerit?
Eccl. non ne verum est quod dicitur | Sapientia absconsa ⁊ thesaurus inuisus | quę vtili-
xx. tas in vtrisque? Quid iuuat lucernam accendere | ⁊ eam ponere sub modio? Profecto
si sapiens fueris | non sub modio illam pones | sed super candelabrum | ⁊ aliorum
tenebras tuę scientię lucẽ depelles. Aut enim linguam exercebis in pdicãdo | aut in
scribendo manum. vt etiam de te dici possit | os suum aperuit sapiẽtię | ⁊ lex clemẽ-
tię in lingua eius. Plurimum quidem tibi apud deum meritorum accedet | quo-
Pro- ties vel scripseris | vel dixeris aliquid | vel proprio ostẽderis exemplo | vnde alij me-
uer. 31. liores effici queant. Qui enim fecerit ⁊ docuerit sic | hic magnus vocabitur in re-
gno cęlorum. Ipse dominus noster Christus docuit | nec Apostolos suos passus est
desidia ocioque torpere | sed spiritu sancto repletos per diuersas orbis partes dimi-
sit | vt errantes docendo in viam veritatis reuocarent. atque illos quidem non itine-
ris labor | non persecutionis immanitas ab officio deterruit | ⁊ te pigebit illorum sal-
tem | a quibus nihil mali metuis | tuę sapientię medicamenta conferende | saluti cõ-
sulere? ⁊ multorum animas domino tuo lucrari? Satis hęc de Sapientia. nũc simi-
litudinibus detegamus inimici dolos carnisque pugnas | ne ab ijs incauti imprudẽ-
tesque superentur.

De demonum natura. cap. ix.

Sed enim quo facilius calidissimi hostis machinamenta deuitemus / opere
precium erit / prius naturam eius moresque cognoscere. Demones igitur spiri-
tus sunt / nocendi cupidi / iusticie expertes / fastu elati / actu callidi / inter celum terramque
habitantes / donec postremo ad inferna detrudantur, ut tanto eant inferius / quan-
to altius efferre se se conati sunt. Qui ut ei cuius iudicio ad hec ima deiecti sunt ad
uersentur / homini inuident / atque illos maxime infestant / quibus beatitudinem / quam
ipsi amiserunt / promissam cognoscunt. Gentilitas demones alios bonos alios ma
los esse dixit. nos vero sub hoc nomine malos tantum intelligimus. Illos enim spiritus
qui boni sunt / dei Angelos atque ministros nuncupamus. Neque certe conuenit / quo-
rum diuersa est voluntas / eodem nomine confundere. Demones ergo nequitie ple-
ni spiritus inuidie acti stimulis hominem semper ad vitia prouocant / ne ad celeste
regnum / unde ipsi deturbati sunt / transferri mereantur. Iccirco clamat Apostolus di-
cens / Non est nobis colluctatio aduersus carnem et sanguinem / sed aduersus prin- Ad E-
cipatus / aduersus potestates / aduersus rectores tenebrarum harum / aduersus spi- phe. vi
ritualia nequitie in celestibus. non quod in celo sint demones sed in aere / qui quidem
his plenius esse creditur. In celestibus autem dixit / iuxta consuetudinem diuine scri-
pture / que volucres quoque celi appellat / quas per aera volitantes cernimus. Ma-
gnarum autem virium esse illos ostendit / principatum et potestatem et regimen eis
attribuens. non hoc tamen in omnes homines / sed in illos duntaxat / qui tenebre
sunt. In illos vero qui lux sunt / ius nullum habent / nisi tentandi incitandique ad pec
candum / ut et ipsi relicto bene agendi lumine maligne actionis tenebras diligere
incipiant / et cum id fecerint / tunc etiam ipsis dominentur ac premant. Equum est enim ut
qui ab innocentia recedendo sub potestate dei esse noluerit / diabolo subdatur pote
stati. Potestas autem illius tanta est / quantam deus permiserit / qui eorum opera
utitur / tam in prauos puniendos / quam in bonos probandos. ut hi cum aduersarii ten-
tamenta vicerint / plus premii mereantur / et illi victi si ad poenitudinem non redie
rint / tanto iustius crucientur / quanto diutius expectati sunt ut redirent. Preterea
si demonis potentiam ex testimonio scripturarum pensare volumus / profecto ho- Job. xl
mini intelligendam insuperabilemque esse inueniemus. Hunc Beemoth et Leuia-
tan dici legimus. quorum alterum elephantum / Cetum alterum interpretentur.
que duo animalium genera cum omnium que in mari terraque habentur / maxima
sint / maximam demonis vim significare videntur. et elephas quidem demones ae-
rios designat. Cetus aqueos. Nam in utroque elemento habitare feruntur. Ne-
mo itaque mortalium tante virtutis est / tanteque constantie / qui eorum viribus va-
leret resistere / nisi ut valeamus deus prestaret / coercens illorum robur / et nostram
simul adiuuans imbecillitatem. Stultus est igitur / qui non totam resistendi spem
atque vincendi in deo posuerit. Sit ille licet Abraham vel Moyses vel Dauid vel
Joannes bapti. vel aliquis Apostolorum / si propria virtute / et non ope diuina ni-
teretur / statim succumberet. in deo autem sperans victoria potiretur. Beemoth in-
quit / quasi bos foenum comedet / hoc est paleas igni comburendas. fortitudo eius
in lumbis eius / et virtus eius in vmbilico ventris eius. Illecebris enim veneree volupta-
tis / que circa lumbos et vmbilicum precipue sentitur / frequenter impugnat. Ossa eius velut

fistule ęris | cartilago eius quasi lamine ferri. ad duritiam diaboli ista referuntur.
quoniam a malitia quam semel amplexus est nequit removeri | & ęre & ferro ma-
Ps. ix. gis obduratus. Sub umbra dormit in secreto calami. hoc illud est qd in psalmo
dicitur | Sedet in insidiis in occultis | ut interficiat pauperem dum attrahit eū. De
Leviatan idem fere aliis verbis pdicatur | & vis naturę demoniacę exprimitur | su-
pra modum potens atq versuta. quę utiq cuncta humana sub verteret | nisi fre-
no arbitrii divini compesceretur. Per gyrum inqt dentium eius formido | corpus
Job. eius quasi scuta fusilia | compactum squamis se pmentibus. denique flamas fumū-
xli. q de illo procedere ait. Ignita enim sunt iacula diaboli | quibus illi qui vulneran-
tur | vel obscenę libidinis ardore incalescunt | vel fumo inanis glorię laborāt. de ei9
etiam in malo pertinatia dicitur | Cor eius indurabitur tāq lapis | & stringet quasi
malleatoris incus. de trāslatione etiam eius a statu suę sublimitatis dictum ē | Cuz
sublatus fuerit | timebunt Angeli | & territi purgabuntur. Justi enim deuz timent |
cum etiaz adversus angelicā naturaz severum fuisse recordātur. & territi student | si
quid deliquerint | poenitētia expiare. Qđ autez arrogantibus dominetur | & super-
bos iugo pmat mortiferę servitutis | ex eo patet quod cōsequenter dicit | Non ē su-
per terram potestas quę comparetur ei. qui factus est ut nulluz timeret | omne sub-
lime videt | ipse est rex super universos filios superbię. Neq rex soluz, sed etiam pa-
Jo. 8. ter talium nūcupatur. dicente dño | Vos ex patre diabolo estis | & desideria patris
vestri vultis facere. Sicut eniz qui opa Abrahę faciunt | filii Abrahę sunt | ita q dia-
bolum imitātur | filii eius dicendi sunt | nō natiuitate | sed voluntatis corruptę simi-
litudine. Ille inqt homicida erat ab initio | & in veritate non stetit | qz nō est veritas
Jo. 8. in eo | cum loqtur mēdacia | ex propriis loqtur | qz mendax est & pater eius. Mēda-
cio quippe & fraude primos homines deduxit in interitum. In veritate autē non
permansit | qz a deo qui veritas est | per elationem mētis recessit. Timēdus est ergo
ut homicida | cavēdus ut mēdax. Nam etiā si quādo vera loqtur | mendax proposi-
to est. quoniaz ne veruz qdez veri dicendi studio exprimit | sed cura fallēdi. ut post-
q per nōnulla vere pdicata sincereq mōstrata fidez verbis adeptus fuerit | credu-
los tādem in foveam pcipitet erroris. Idem quāvis intimas hoīum cogitationes
ignoret | eas tamē per exteriores motus atq gestus iudicat & dephēdit. cum quo-
cūq aliquem magis inclinari videt | eo accōmodatis tentationibus trahere nitit |
suggerens qcquid illum magis appetere conijcit. Tu vero si vis istud vitare pericu-
lum | etiā cum mali aliqd cogitaveris (impossibile est eniz ne quādo mens ad illi-
cita non recurrat) cave ne ad gestū cogitationis indicem prumpas. & enitere ut ci-
tius desinat cogitatio intus in anima | q per sensus effusa se foris ostēdat. Qđ si il-
la patuerit | acrius ipugnaberis ut cogitata opere perficias | & fortasse crebriori cer-
tamine labefactus tandem succumbes.

Quare creatus diabolus. cap. x.

Quare inquiet aliquis creatus est demon | si etiaz malus erat futurus | atq ho-
mini ad similitudinem dei facto tam inimicus ac taz infestus? Factus fuit q-
dem Angelus dei | ut cum reliquis beatis eiusdem generis in cęlo spiritibus beati-
tudine frueretur ęterna. Et licet futuri pscius deus nosset illum per arrogantię vi-

tiam a statu sue conditionis repellendum / sciebat tamen iustis expedire vt crearetur. ne videlicet deesset illis aduersarius / cuius molestia ad prelium exerceantur / & tandem victoria potiti gloriosius coronentur. Hac de causa profecto etiam malos homines in mūdo nasci ac viuere credimus / non ad suam ipsorū qui damnandi sunt / sed ad illorum qui saluandi vtilitatem. vt cum nullo malorum odio / nulla ꝑsecutione / nullis iniurijs / a iustitie pietatisq̄ ꝓposito repelli potuerint / multo plus gratie sibi apud deum compararent / q̄ compararent / si nihil in vita aduersi paterentur. Ad hec ipsa summi rerum opificis prouidentia cum bona multa condidisset / etiam mala quedam his contraria fieri iussit / vt bona malorum comparatione optabiliora redderet. Paradisum itaq̄ magis desyderamus / q2 scimus & infernū esse. vitam propter metū mortis plus diligimus. Lucem iocundiorem nobis facit molestia tenebrarū. sanitatem anxietas egrotationis prestat gratiorem. & vt ad virtutis culmen studiosius niteremur ꝓposita peccatoribus supplicia compulere. Ergo & diabolus ideo creatus / vt eius foeditate offensi magis affectaremus inferi cōsortio angelorum. At etiam queri potest / quō diabolus adhuc pugnat / cum Paulus dicat / q̄ Christus dn̄s exuerit principatus & potestates triumphans eas in ligno crucis? Potestas quidem diaboli per crucem Christi ita fracta & triūphata ē / vt eos ille dimittere liberos fuerit coactus / quos ei primorum parentū crimine corrupta origo subdiderat. quosq̄ idem idolorum cultura subuersos iugo perniciose seruitutis oppresserat. Cessauit itaq̄ mundus demones pro dijs habere post euangelij vulgationem. cessauit & infernus esse fidelium animarum receptaculum / cum Christus in cruce se confitentibus promittere coepit paradisum. Coluber tamē tortuosus hac tanta potestate exutus / aliud fallaciarum genus cōmentus est. disseminare hereses coepit / & ad vitia concitare. Atq̄ hoc illi permissum (sicut diximus) vt sanctorū robur atq̄ constantia innotescat / & scelesti tunc saltem / cum damnati fuerint intelligant / q̄ immundo spiritui obsecuti sint / q̄ bono dn̄o derelicto. In istos igitur & pro iustis in Esaia exclamat deus / & ait / Ecce ego creaui fabrum / sufflātem in igne prunas / & proferentem vas in opus suum. & ego creaui interfectorē ad disperdendum omne vas / qd̄ fictū est contra te / & omnem linguam resistentem tibi iudicio iudicabis. Diaboli itaq̄ vasa sunt / qui erroribus catholicam fidem impugnant / atq̄ ab ijs qui pro veritate resistunt damnandi / vt & victi poenas / & victores gloriam sortiantur. Sequitur enim / Hec hereditas seruorum domini / & iustitia eorum apud me dicit dominus.

Ad Colos. ij.

Esa. v.

De nominibus demonum proprijs. cap. xi.

AD hec vt plenius demonum deprauata natura nobis nota sit / scrutemur in scripturis / q̄ varie aliquando appellati fuerint / & ipsa nominū diuersitas diuersa illorum vitia monstrabit. atq̄ vt a proprijs peculiaribusq̄ incipiamus. Demones vocantur / non q2 demones. i. scientes sint / sed dimenim (vt Eusebius inquit) hoc est / terrere consueuerūt. terrori enim sunt nobis / cum visibiles apparent. Diabolus appellatur / q2 peccatorum accusator est. quem enim greci diabolū / eum nos criminatorem dicimus. Sathanas & Zabulon hebraicum est. hic fluxus noctis interpretatur / ille aduersarius. quoniam in tenebris demonum sunt opera / & p

Demō. Diabolus. Sathanas Zabulon

Spūs ne quā Belial — petuo odio persequuntur sanctitatem. Hi etiā in spiritus nuncupentur, sed nō si ne addita mēto malicię vel nequitię. Spūs enim sunt, omni prorsus prauitate ple ni, omni imunditia referti. Belial interptatur absq; iugo vel absq; dn̄o. Nam su perbia elatus dixit, Ponam sedem meam in aquilone, & ero similis altissimo. Ex cusso igitur obedientię iugo dn̄m pati noluit, ideo ad ima deiectus adhuc non ces

Asmodeus — sat superbire, & homines conculcare velle. Asmodeū in Tobia legimus. Interpta tur autem facturę iudiciū vel plasmatio iudicantis. Quia factus est ad malorum

Belzebub — vindictam, probationem vero bonoꝝ. Beelzebub muscarum deum sonat. Nam cum omnibus retia intendat, muscas tn̄. i. infirmos capit, fortioribus non preua

Māmona — let. Māmona syꝛ hebreo mixtū vocabulū est, & diuitias vel cupiditates designat. His ille īprudētiū mētes iplicat, ne dō seruiꝛ q̄ant, cū mamonę coepint famulari.

De nominibus demonum brutalibus. cap. xij.

Dęmonibus pręterea, quoniam ex angelica in brutalem quodāmodo cōuersi

Bestię 34 — sunt naturam, bestiaruꝫ nomina tribuit scriptura. Unde & Dauid orat dn̄ꝫ dicēs, Ne tradas bestijs aīas cōfitētes tibi. & idē alibi, Increpa inqt bestias cala mi. Fragilis est eni vt calamus, q se ab his vinci patiꝛ, & nō potius ad auxiliū dei

Leões Dracones — recurrit vt vincat. In Ezechiele quoq; pmittit dn̄s facturū se, vt cessent bestię pes simę de terra. qd partiꝫ in pmo Christi aduētu impletū, partiꝫ in secūdo iplēdū cre dimus, cū oēs bestię istę in baratrū īferni detrudētur. Hi & leones & dracones di

Aspis. Basy. — cūtur. qꝛ nūc apte nos inuadūt vt leo, nūc occulte nobis insidiātur, vt dracones. Aspis quoq; diabolus ē & basyliscus, illis dūtaxat quos pmo cōgressu supat. As

Beemoth — pis qppe morsu, basyliscus aspectu statiꝫ pimit. viro aūt iusto dr̄, Sup aspidē & ba syliscū ambulabis, & cōculcabis leonē & dracone. Beemoth & Leuiatan i historia

Leuiatan — Iob legiꝛ, quos Elephātē & cetū vocari diximus, alter tn̄ ppꝛie bestialis interpta tur, alter psequēs eos. quasi eniꝫ ferocissima bestia nūq̄ ab hoīum psecutione con

Vulpis — quiescit. Vulpis pterea qꝛ fraudulētus appellatur, vt in psalmo, Partes vulpiū erūt. & q versutiā eius imitatur vulpis ē, vt in euangelio de Herode, Ite dicite vul

Sāguisuga — pi illi. Sāguisugā Salomon vocat in pūerbijs. Sāguisugę inqt duę sunt filię, dicē tes affer affer. Quę sunt istę filię, q̄ q̄tūuis afferas nō satiātur, nisi libido & auari tia. qbus q illaqueatus fuerit, ei diabolus erit vere sanguisuga, exhauriēs eius san

Spens. Scorpio xliij. — guinē p cōcupiscētiā, & spūm per cōcupiscētię adimpletionem, vt corpori simul atq; noceat. Idē serpēs diciꝛ & Scorpio. Uera eniꝫ venena sunt, qcqd ille suadet. Hu ius tamē piculi metu seruos suos liberat Saluatoꝛ dicēs, Ecce dedi vobis potesta teꝫ calcādi sup serpētes & scorpiones. In Esaia ē scriptū, Implebūtur domus eo dracōnib⁹, habitabūt ibi struciones, & pilosi saltabūt ibi, respōdebūt vlulę & syre nę in delubris voluptatis. Demonū hęc noīa sunt. Domus eoꝝ es, si pdite viuis.

Strucio — draco tibi ē diabolus, si virosos eius afflatus nō deuitas. strucio tibi ē si terrenarū

Pilosus — reꝝ curis implicaris. Licꝫ eni pēnas habeat strucio, nūq̄ tamē a terra subleuatur. Pilosus tibi est, si in vitijs cōsenescis. pilosa nāq; est senectus. Ulula tibi est, si i te

Ulula Syrena — nebris vitā agis, & ab eo auerteris q ait, Ego sum lux mundi. Ulula enim noctur na est auis. Deniq; syrena tibi est in delubris voluptatis. si cātibus amatorijs de lectaris, cytharęq; sono ad lasciuiā carnis concitante. Aiunt enim syrenas olim fu

siculo littore viros pter nauigantes cantu demulcere ⁊ consopitos laniare solitas. facile ab his capietur. qui obturatis velut vlizes aurib⁹ non pertransierit. Demones pterea volucres celi appellantur | qꝛ semen verbi dei | quod in duro solo ⁊ nullo compunctionis vomere proscisso cecidit | rapiunt protinus ⁊ absũmunt. Sic autem indurato homini diuina in Ezechiele iustitia minaciter intonat ⁊ ait | Bestijs terre ⁊ volatilibus celi dedi te ad deuorandum. Hi sunt locuste ille in Apocalypsi | equis similes bellatorib⁹ | quia feroces | ⁊ super capita eorum corone similes auro | qꝛ superbi | facies hominum ⁊ capilli mulierum | qꝛ vtrisqꝫ sexui insidiantur. dentes leonum | qꝛ quos vicerint perimũt. loricas ferreas habent | qꝛ in malicia obduruerunt. alis perstrepunt | qꝛ velociter omnia permeant. caudas scorpionum aculeatas gerunt | qꝛ vnus eorum finis est nocendi hominib⁹. Et habent inquit supra se angelum abyssi cui nomen hebraice Abadon. quod est exterminãs. Extorres enĩ a celesti patria facit | qui sue consentiũt tentationi. Quis vnqꝫ tam terribilium bestiarum | tam malignorum spirituum | vel seuitias vel dolos posset euadere | nisi periclitantib⁹ dñs opẽ afferret | nisi furorẽ eoꝝ vis diuina cohiberet astuqꝫ reprimeret?

Volucres · xix · Locuste · viij · Abadon

De nominibus demonum publice dignitatis. cap. xiiij.

Et hec qdẽ a brutis aĩalib⁹ mutuata nomina. illa ab hoib⁹ | q̃ partim publice dignitatis sunt | partĩ cõditiõis priuate. Nã ⁊ rex dr̃ | vt in puerbijs | Ueh tibi terra | cui⁹ rex est puer. Diabolus puer est | qꝛ nõ senescit | nec etatis dãna sentit | Ueh aũt est terreno homini | q̃ im̃ũdi spiritus imꝑio paret. Idẽ Pharao est rex egypti | rex tenebraꝝ. id enĩ interpꝛatur egypt⁹. Pharao ergo est | q̃ populo dei ẽ molestus | nolẽs eũ dimittere | vt sacrificiũ offerat deo | sed vt sibi seruiat | ad terrena ⁊ lutea opa cõpellens. Est ⁊ Seon rex Amorreoꝝ. Seon arbor infructuosa interꝑtat ⁊ procera. vtrũqꝫ demoni cõuenit | q̃ nullũ ex se boni fructũ gignit | ⁊ supramodũ effertur superbia. Amorrei amaritudinẽ adducẽtes vel loquentes dicitur. Quid autẽ amarius heretica prauitate? Hereticoꝝ igitur Seon iste rex est | vt cũ illo simul pereant | si ab eo ad Christũ qui veritas est | nõ cõuertentur. Hic ẽ ille Seon superbus | q̃ fideles israelitas nõ sinit in pace trãsire ꝑ fines regni sui | obstatqꝫ armatus | siuito tñ ꝓlio succumbit. Tentare enĩ demon sanctos pot | vincere non põt | deo cui seruiũt protegẽte. Hic idẽ est Balach rex moabitaꝝ | qui Balaã diuinum cõpellebat | vt fideli populo malediceret. cui aũt de⁹ benedixerat | ei Balaã maledicere nequiuit. Balach exclusio iterꝑtatur ⁊ deuoratio. Ideo ergo Balach ẽ diabolus | qꝛ seruos dei ab hereditate celestiũ bonorum excludere molitur | ⁊ in illos infidelium excitat odia | ꝑsecutionib⁹ cupiens auertere a fide | atqꝫ auersos deuorare. Idẽ ẽ rex Gai. gai ꝑruptũ dr̃ siue vorago | q̃ est īfernus demonũ domiciliũ. Hunc regẽ Gai Iesus in bello victũ cepisse memorat | cruciqꝫ affixisse | exercitũ eius fudisse | vrbeꝫ eo igni succẽdisse. Ducẽ ergo Iesuꝫ seq̃mur | atqꝫ aduersus regẽ Gai bellãdo ꝓuabim⁹ | ⁊ si nos vexillũ ferre crucis viderit | i q̃ Iesus nr̃ semet crucifigẽdo illũ crucifixit | metu ꝑculsus ꝯcidet | vel ĩ fugã ꝯuertet. d quo ꝑ Esaiã fuit ꝑdictum | a facie dñi pauebit Assur vĩga | hoc ẽ cruce dñi ꝑcussus. Urbs autem ei⁹ cui dñabat | gẽtiles erãt. q̃ tũc qdẽ ꝯcremata ẽ igni | cũ gẽtiles ad Christũ ꝯuerti. Ignẽ igr̃ veni mittẽ in terrã | ⁊ qd volo nisi vt ardeat? Hic idẽ diabolus Nabuchodonosor ẽ rex babylonis.

Rex · Puer · Pharao · Seon · Amorreus · Deut. ij. · Balach · Rex gai · Iol. 8. · xx. · Nabuchodonosor

Nabuchodonosor/sedens in angustia agnita exponitur. Diabolus enim creatori suo rebellis/quauis agnoscat errorem suum/qua tamē superbia est/nunq̄ adduci potest/vt ipsum peccati peniteat. Rex autem est babylonis/in illos exercens imperium/qui errore aliquo cōfusi sunt. nam babylon cōfusio dicitur. Hic obsedisse hierlm describitur/hoc est homini fideli tetendisse insidias/proprijs tamē viribus ciuitatem capere nequiuit/donec rex Joachim .i. rationalis animę pars vltro se illi tradidit. Captus igitur Joachin iste/qui capi voluit/de hierlm' trāsfertur i babylonē/de virtutibus ad vitia. Itaq; nisi nostra sponte manū dederimus diabolo/ & eius malignę suggestioni cōsenserimus/oppugnare qdem arcem animę nrę poterit/expugnare non poterit. & hęc sane sunt publicę potestatis magis insignia noīa/qb⁹ illū dignū nō sua merita/sȝ hoīuȝ peccata fecerūt. veniam⁹ ad priuata.

De nominibus demonum priuatę conditionis. cap. xiiij.

Primo genita egypti. Primogenita egypti sunt demones in te oēs negtia primi. dicēte dn̄o. Meuȝ est omne primogenitū/ex quo percussi p̄mogenitos in terra egypti. sanctificaui mihi q̄cq̄d primū nascitur in israel. Certe nisi dn̄s nr̄ Jesus Christus p̄mogenitos egypti pcussisset/principatus (vt Ap̄ls ait) & potestates aduersas traducens & triūphans in cruce/sanctificatio eius/qui est p̄mogenitus oīs creaturę/ad nos puenire minime potuisset. Qui ergo non vult cū p̄mogenitis egypti percuti/permaneat in benedictiōe primogeniti Christi/vt saluus sit.

Sydonij. Hi etiā Sydonij nominantur/idest venatores. Qui aūt homines erunt & nō bestię/Sydoniorum istorum venatiōe capi nō poterūt. Ad bestiarum eni nō ad hoīuȝ capturā ptinet venatio. Ille tn̄ ex hoīe in pecudē vertitur/q peccat. dicēte ppheta/

ps. 48. Hō cū in honore eēt/nō intellexit/cōparatus ē iumētis insipiētib⁹ & similis fact⁹ ē illis/

Caldei. Hi etiā Chaldei nūcupantur. quos in Abbachuc ppheta se suscitaturum minatur dn̄s aduersus iustorum cōtēptores/

Abb. j. Ecce inq̄t ego suscitabo Chaldeos/gētē amarā & velocē/ambulātē sup latitudinē terrę/vt possideat tabernacula nō sua. Chaldei quasi demōes/vel q̄si feroces interptātur. & qm̄ p latitudinē ambulēt q̄ ducit ad pditionē/tu tibi econtrario viā arctā elige q̄ ducit ad salutē/& Chaldei isti nō ingredientur tabernaculum/i quo habitare viderint Christū/sȝ tabernaculū virtutib⁹ vacuū & vitijs patēs/hoc ē/praui hoīs aīam/q̄ ante peccatū dei erat/post peccatū vo data est sathanę in possessio

Abb. 3 nē/vt sua sit p reatū/quę sua nō est p naturā. In eodē ppheta malignos spūs etiā

Ethio. ęthiopū vocabulo significatos cōstat. Pro iniq̄tate inq̄t vidi tētoria ethiopię. Tentoria ęthiopię sunt oēs iniq/increduli/ipudici/auari. In his eni habitāt/horum carnib⁹ vescūtur. de eiusmodi hoīe i psalmo ē dictū/Dedisti eū escā pplis ęthiopū. de iusto aūt & fideli dr̄/Corā illo pcidēt ęthiopes. horum interptatio tenebrarum & caliginis est. q̄ ergo miserum ē/q̄ omni calamitate īfelici⁹/seruire tenebris/& a deo q lux ē recedere?

Gygā. Demōes pterea sunt gygātes/quos i Esaia aduersus babylonē .i. aiaȝ i peccatis cōfusaȝ a dn̄o suscitādos legim⁹.

calūni. Sūt ēt calūniatores. vt i psalmo/Humiliabit calūniatorē.

iniq. Uir ēt iniquus/& hō inimicus ē demon. vt i psalmo/A viro iniquo eri

inimi. pies me. & i euāgelio/Inimicus hō i medio tritici supsemiauit ȝizania.

barra. Idē ē Barrabas/q adhuc inter iudeos homicidia pagit icredulitatis.

Ange. l' mal⁹ Et ne ignorem⁹ angelū aliqn̄ dei fuisse/post reatū ēt angelus noīat⁹ ē/nō tn̄ bonus/sed malus/nō dei/sed

diaboli. Ut est illud in psalmo | Jmmissiones per Angelos malos. & illud in euan
gelio | Ite maledicti in ignem eternū | qui paratus est diabolo & angelis eius. Qui
quoniam transfigurat se aliquando (vt Apl's ait) in Angelū lucis: prudētia opus
est ad dignoscendos spiritus. Ex fructibus eorū cognoscetis eos. Quoties mali ali
quid vel a fide alienū suggerere coeperunt | certū erit | sub illa luce demonis tene
bras latere | & simplicibus laqueum intendi.

De denominatione demonum a rebus inanimatis. cap. xv.

Postremo vt apertior eius nequitia sit | nōnulla nomina etiam a rebus ina
nimatis sortitus est. Illum & gladium & clypeum appellatū in sacris litteris
apparet | In Ezechiele | Gladius gladius exacutus & limatus vt cędat victimas. & xxi. gladius
paulopost | Ueniat inquit gladius regis babylonis. Hoc gladio impios conciden
dos minatur dn̄s | nisi corrigantur. In Naum pphēta dicitur | Clypeus fortiū eius
ignis. Iste ignitus clypeus homines vrget in libidinem | vt per stupra adulteriaq̧
traductos mactet gladius exacutus. Turpis enim voluptatis finis est interit⁹. bre ij. Clypeus
uissimum est qdem quod delectat | quod autē torquet & excruciat | ęternum ē. Rur
sum in Ezechiele mōs seir nūcupatur | Hec dicit dn̄s deus | Ecce ego ad te mons
seir | & extēdam manum meam super te | & dabo te desolatum atq̧ desertū. Seir in Mōs
terpretatur hispidus | & pilosus. Diabolus quippe Esau pilosi partes secutus aduer Seir.
sus populū Judę. i. confessionis | illos videlicet qui Christū confitebātur | se se ere xxxv.
xerat | & montis instar sup͡bia elatus regnabat inter infideles. His autem ad Chri
stum conuersis | ille desolatus est & desertus. quod futurū de eodem monte Zacha iiij.
rias quoq̧ vidit cū diceret. Quid tu mons magne? coram Zorobabel in planum.
De Zorobabel enim natus est Christus | cuius virtute concidit regnum diaboli. hic
ille mons est | de quo etiam in euangelio dicitur | Si habueritis fidem vt granum
synapis | dicetis monti huic | transi hinc | & trāsibit. Non itaq̧ montes per fidē trāf Mat
ferendos dixit dn̄s | quid enim id iuuaret? sed diabolum repellendum. Reor hunc th. 17.
ipsum ab Aplo profundū dici | vbi ad Ephesios scribens ait | Ut possitis compre
hendere quę sit latitudo & lōgitudo & profundū & altitudo. hoc est | vt queant intel profundum
ligere & ista media quę in latū longūq̧ tenduntur | & quę in imum potestates infe
ras | & quę in sublime | Angelicas virtutes. vt videlicet p̄sentia bene disponant ra iij.
tione futurorum | in quibus necesse est | aut supplicia pati | aut beatitudine perfrui.
Ad hęc pluuiam illam & flumina & ventos in euangelio | quorū impulsu domus
male fundata euertitur | demones esse intelligimus | qui neminem quidem supplā pluuia
tant facilius | q̄ eos qui in se | cū solubilis arena sint | confidūt | & Christo qui petra flumē
veritatis est | non innituntur. Diabolus p̄terea via peccatorum dicitur. dicente psal Uētus
mista | Uiam peccatorum disperdet. & alibi | Uia impiorum peribit. Si diabolū seq ps. 145
deseris | & Christo coeperis adherere | via peccatoris peribit | & anima poenitentis Uia
erit salua. Idem humani generis perpetuus hostis etiam olla ardēs dicitur. dicen pecc.
te Hieremia | Ollam succensam ego video. In ea excoquendi sunt habitatores ter Olla
rę | & non peregrini neq̧ aduenę | quorum conuersatio in cęlis est. Idem postremo ardens
mors appellatus est | dicente dn̄o | Ecce posui ante oculos tuos vitā & mortem. hoc Hier. j.
est me vitam | & diabolum mortem. Si ergo Christū tibi elegeris viues | si diabolū Mors

Deut. xxx.

moriēris. de quo Apl's etiam dixit | Nouissimus inimicus destruetur mors. Illis dūtaxat destruetur | qui a dextris iudicis consistere iussi erūt. Aduersum sanctos enim | nullum ius vltra diabolo erit | ne tentandi quidem. Quoniam hi cum Christo ibunt in vitam eternam | diabolus autē & angeli eius & omnes impij in ignē eternum. Ac ne plura id genus perquirere ociosi sit | hic ille est | cui nomina mille | mille nocendi artes. Cuius viribus quis resistet? cuius insidias quis euitabit? nisi qui fidei speiq; & reliquarū virtutum armis munitus fuerit. & cum aduersario cōgressurus vincendi fiduciam non in se | sed in deo habuerit. Hec de nominibus | nunc reliqua distinctius dispositiusq; consyderanda sunt.

Qđ tentationes pati necesse sit | maxime circa principia conuersionis. cap. xvi.

ij. QUādiu in corpore viuimus | aut a diabolo | aut a sensuum nostrorum concu
piscentia molestias pati necesse est. Propterea quidem in ecclesiastico ē scri
ptum | Fili accedens ad seruitutem dei | sta in iustitia & timore | & pp̄ara animā tuā
vij. ad tentationem. & in Iob | Tentatio est vita hominis super terram. Ille vero q̄ vi
tam magis religiose ducere decernit | maiorem sustinet demonum inuidiam. Nā
Ad Ti cum ipsi a deo recesserint | ei maxime irascuntur | quem deo proxime accedere ani
mot. s. maduertunt. Unde Apl's | Omnes inquit qui volunt pie viuere in Christo Iesu p
iij. secutionem patiuntur. Eos eteni nequissimi spiritus | vel per insomnia illudere cō
tendunt | vel per horrendas apparitiones terrere | vel per blandimenta turpis vo
luptatis irretire | & q̄uis victi semper discesserint | semp̄ rursum ad pugnam armā
tur | semperq; occasionem nocendi q̄rentes nusq̄ absunt | repulsi astant | fugati re
deunt. dicta factaq; nostra | gestus insuper ac motus speculantur. que si ad malum
inclinari viderint letantur | & modis omnibus ad perpetrandum scelus vrgent. in
Iosue. summa facere nequimus | quin illi omni loco | omni tempore circa nos sint | nobis
xv. cūq; cōmorentur. Sic filij Iuda superare quidem iebuseum potuerunt | delere nō
xvi. potuerunt | vnde cum eis etiam habitasse dicitur. Sic filij Ephrai & Manasse sub
xvij. iecisse certe sibi Chananeum fertur | non tamē eum interfecisse. Tentationes igit
vincere possumus | ne autē tentemur efficere non possumus. Qđ si dn̄m serpēs tor
tuosus & in omne nefas confidentissimus | tentare ausus est | quāto magis dn̄i ser
uos? Nūquid non in euangelio legimus | q̄ ipsos etiam dn̄i Aplos inuasit quan
doq; tentatio? nec inuasit solum | verū etiam superauit? Iudam vicit auaritia. Pe
trum timor | filios Zebedei honoris appetitio | quosdam quis ex ipsis maior esset cō
tentio | quosdam dn̄ice resurrectionis in credendo ambiguitas. Ex omnibus tamē
vnus iudas perijt | q2 veniam desperauit. Ceteris vero benignitas dn̄i subuenit | ve
niāq; indulsit. q2 & ambitionem conuerterunt in humilitatem | & contentionem in
concordiam | & dubitationem in fidei firmitatem | & metum in audaciam | etiam in
ter seuientes tyrānos Christum confitendo. Datus erat & Paulo angelus satha
Ad e- ne | qui eum colaphizet. vnde exclamās ait. Non est nobis colluctatio aduersus car
phe. vj. nem & sanguinem | sed aduersus principatus | aduersus potestates | aduersus recto
res tenebrarū harū | aduersus spiritualia nequicie in celestib'. Qūo. n. fortissimi athlete
virtus pbaretur | nisi ipse cōtra fortissimos dimicaret? Nobis vero vt minus per
fectis ex diuina dispēsatione minor incumbit lucta. Adhuc enim & aduersus car-

nem pugnamus | ⁊ demonũ inferiorum insidias patimur | qm̃ nondũ tantum vi-
rium concepimus | vt cũ principibus ⁊ potestatibus manum conserere valeam⁹.
Procerũ ecclesię istud certamẽ est | vt cũ potentibus pugnãdo plus glorię referãt
ex victoria. At vero postq̃ carnis desyderia pietatis ac iustitię studio mortificaue-
rimus | tunc ⁊ ipsi poterimus dicere | Non est nobis colluctatio aduersus carnem
⁊ sanguinem. Interiꝫ si in hac leuiore ac proletaria pugna non vicerimus | quõ in
magis graui bello principũ atq̃ rectorum vincemus? Porro si strenui militis ope-
ram in turba prestiterimus | iam certe altius promoueri merebimur | vt videlicet in-
ter decuriones | vel centuriones | vel tribunos etiam ac duces censeamur. Quo si p
uenire cupimus | ipsa militię nostrę rudimenta atq̃ principia fortiter constanterq̃
nobis exequenda sunt | nec cõmittendum | vt a lixis ⁊ calonib⁹ vincamur | qui prin
cipes quoq̃ eorũ optamus Christo adiuuãte subiugare. vt quo difficilior fuerit vi
ctoria | eo maius quoq̃ speremus pręmium.

De duobus tentationum generibus. cap. xvij.

Tentationum autẽ duo sunt genera | Aut enim a deo tentamur vt probemur |
aut a carne ⁊ diabolo | vt peccemus. Tentauit deus Abrahã vt obedientis-
simum sibi esse ostenderet. Tentauit filios israel | quemadmodũ in Deuteronomio
legitur | quadraginta annos per desertum deducendo. vt notũ foret | quantę cõstã
tię sint in illis obseruandis | quę sibi mandata pceptaq̃ erant. vnde in psalmo dr̃ |
Probasti nos deus | igne nos examinasti | sicut examinatur argentũ. Igitur tenta- ps. 65
tio dñi | tentatio probationis est | non malicię neq̃ perditionis. Quapropter Jaco- Jac. j.
bus Apl's ait | Nemo cum tentatur dicat | quoniã a deo tentatur. ⁊ ne ambiguũ re
linqueretur | de qua tentatione hoc diceret | subiũxit | deus enĩ intentator maloruꝫ
est. ipse aũt neminem tentat ad malũ. vnusquisq̃ vero tentatur a ꝯcupiscentia sua
abstractus ⁊ illectus. deinde concupiscentia cũ conceperit | parit peccatũ | peccatũ
vero cũ consumatum fuerit | generat mortem. Tentatio ergo carnis ⁊ diaboli sem
per prouocat ad peccandũ. Quare de istoꝝ tentationibus nobis assiduę aduersan
tibus nũc est tractandũ. ⁊ prius qdem de ipsa diaboli tẽtatione | qui carni simul in
sidiatur ⁊ spiritui. Aperiamus igitur dolos eius tendiculasq̃ ⁊ laqueos | vt dephen
sis inimici fallacijs facilius euitetur mortis periculũ | ⁊ certius vitę ęternę bonuꝫ
speretur. Hic est ille teterrimus Pharao | q nos vetat exire de ęgypto | sęculiq̃ va-
nitatib⁹ renũciare | ⁊ Moysen seq in desertũ | ac tãdem Jesu duce promissiõis ter Diabolus
ram intrare. Hic est leo rugiens | qui circuit quęrens quem deuoret. Hic est fur et
latro | qui non venit nisi vt furetur ⁊ mactet. hic est deniq̃ lupus rapax | dominico
ouili semper insidians rapiens ⁊ dispergens | ⁊ nullo vnq̃ sanguinis haustu satia
tus. nunc promissis allicit | nunc terret minis | nunc assentatione blanditur | nũc ẽt
verberibus cõpellit. Promissis quidem primos nostros parentes prostrauit | Eri-
tis inquit sicut dij | scientes bonum ⁊ malum | ⁊ nequaq̃ moriemini. minis autẽ
grassatus ẽ in martyres pariter ⁊ verberib⁹ | cũ idolatras vt in eos desęuirẽt cõcitasset.
Primi nobis documẽto sĩt | vt neq̃ blãdimẽtis neq̃ pollicitatiõib⁹ ei⁹ vllã adhibea
mus fidẽ. sciẽtes vt oĩa pri⁹ extrema pati parati sim⁹ | q̃ deo peccare. Nec bellũ igr̃ mi-
nãti pareas | nec pacẽ offerẽti credas. Pax ei⁹ pax ismahelis ẽ | q Godoliã amice ini Hier. xli.

tatū nihilq3 mali suspicātē iter epulas iteremit. Bello aūt neminē supat/ nisi q idu ctioib⁹ ei⁹ assentit. Oniq3 qcqd agit/ qcqd molit/ eo tēdere noueris vt fallat/ cūq3 de ceperit/ vt interimat/ ꝛ qdem morte illa que semper cruciat/ ꝛ mori cupientes mori nunq3 finit. Idem signis etiam pstigijsq3 mentem hominis nititur obstupefaccre/ transmutatq3 se in Angelum lucis/ vt cu3 dei Angelum vel sanctorum aliquem eē crediderís/ facere non dubites quod imperauerit. Apparet aliquando sub specie cōpte formoseq3 mulieris/ vt ad libidinem incendat. aliquādo monstrosum ꝛ hor ribilem se ostendit/ vt exterreat. Tu ergo tante malignitatis atq3 fraudis non igna rus diligenter animu3 aduerte/ atq3 tecum tacitus examina/ quo tendant eius ver ba/ quid gestus exigant/ quo aliene imaginis figmenta prouocent. ꝛ caue neqd cō mutas/ aut a fide alienum/ aut ab honestate diuersu3/ aut voto castitatis cōtrariū/ neq3 vt susceptum pro amore dei vite perfectioris ppositum vanis inimici terrori bus agitatus derelinquas. Nihil tibi diabolus nocere poterit/ q3diu tu cum deo tuo constanter ambulaueris dicens/ Dñs mihi adiutor ꝛ ego despiciam inimicos

Josue v. meos. Fortior cunctis demonibus est/ qui innocentiam seruat ꝛ in deo cōfidit. Qd si etiam verus tibi de celo Angelus vel sanctus aliquis apparuerit/ nihil offendes inquirendo/ an vere is sit qui videtur. Jesu Naue vir multe pietatis atq3 fidei/ cu3 visibili specie Angelus ei occurrisset/ non dubitauit interrogare illum dicens/ No ster es an aduersariorum? nec ante iussis eius obediuit/ q3 q Angelus dei eēt/ com

Jud. vj pertum habuit. Gedeon quoq3 ad liberandū ab hostili vastatione populū electus Angelum vidit/ loquentemq3 audiuit/ ꝛ tñ da mihi signum ingt/ q tu sis qui loqꝛ ris ad me. accepto autem signo credidit. vterq3 tibi exemplo sit/ ne visis eiusmodi nimis cito fidem adhibeas/ donec argumento aliquo tibi veritas constet. Tum si qua adhuc residua erit suspicio/ illi qui etate ꝛ sapientia pstant erunt consulēdi/ ex eorūq3 sententia iudicium faciendum. Arrogantis est dubijs in rebus proprio sen su niti/ ꝛ aliorum nolle audire consilia. facileq3 erroribus patet/ qui sue semp plus tribuit/ q3 prudentie aliene. Ubi autem non auri neq3 argenti/ sed quod his pcio sius est/ anime periculum iminet/ etiam tuta metuere sapientis est.

Qd diabolo iminute sint vires. cap. xviij.

Verū tamē si qua solito grauior ingruerit tentatio/ non cadamus animis/ im minute sunt diabolo vires in Saluatoris nostri aduentu/ ipso dicēte/ Nūc

Jo. vj. iudicium est mundi/ nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Eiectus est eni3 de cordibus multorum qui idola colebant. desijt ille nequā ita late regnare vt sole bat/ nec iam tantū in se confidentie alit/ licet arrogantissimus sit/ ꝛ audito tantum

Math. viij. Christi nomine cōtremiscit. Postremo ita ille diuine erga nos miserationis con stringitur freno/ vt nocere nisi permissus nequeat. Nam si expulsus ab homine in trandi in porcos non habuit potestatem/ donec concessit ipse cuius iussu pelleba tur/ quanto minus offendere poterit hominem nisi deus voluerit. Bono igit ani mo simus/ ꝛ certissima vincendi spe ad pugnam accingamur. Dñs noster non si net nos tentari supra id qd ferre possumus/ sed faciet (vt Apl's ait) cum tentatio ne puētū/ vt possim⁹ resister. Permisit sane et patiētissimū vir3 Job tēptari ꝛ calami

Job tatib⁹ affici/ nō vt diabolo faueret/ s3 vt hoīs vtutē māifestā faceret. Nō potuit int

16

mic⁹ neqꝫ opuꝫ rapina | neqꝫ filioꝝ orbitate | neqꝫ corpis ī tabē, ꝑuersi morbo | illi⁹ vicere ꝯstantiā | ꝛ quē deijcere sperabat | ei maioris glorię adipiscendę ꝓbuit occasionem. vt inter erūnas beatioꝛ fieret | q̃ꝫ cum ꝓsperitatibus abundaret. Quis enī ante hac patientiam eius laudauit: quam postea omnes admirati sunt. Hęc ē igitur causa quare nobis dñs dederit aduersarium | quare ab eo nos tentari voluerit. vt videlicet cum vicerimus | milites suos Imperatoꝛ benignissimus tanto magis remuneret quanto magis prompte ac strenue certauerimus. ad pugnā quippe nō ad quietem in hoc terrę theatro missi sumus | vt neqꝫ fortes nisi pcedentibus meritis mercedem accipiant | neqꝫ ignaui mulctam | nisi cum ab hoste victi apparuerint. Non est ociosa dei militia. placuit ei fideles suos laboribus | fatigationibus | erūnis | persecutionibus | maloꝝ odijs iniurijsqꝫ experiri. Unde angelus ad Tobiam | Quia acceptus eras deo inquit | necesse fuit | vt tentatio probaret te. Iccirco nec in oratione dñica petimus ne tentemur | sed ne inducamur in tētationem | ꝛ seducti viam salutis relinquamus. Quaꝫ rem petendo aperte ostendimus | nos quidem ad repugnandū impares esse | nisi ipse adiuuet | qui solus potest omnia. Qui etiam infirmitatem nostram miseratus contra angeli mali viꝫ atqꝫ versutias vnicuiqꝫ nostrū angelum bonū dedit | qui regat | qui custodiat | qui a nequitia auocet | ꝛ occultis conscientię stimulis ad virtutes capessendas impellat. Et si tanta est deo cura salutis nostrę | vt suos angelos pedagogos nostros esse voluerit | haud multū timendus est mortis machinatoꝛ diabolus. qꝛ semper vincemus | si semper angeli de cęlo nobis missi monitis inspirationibusqꝫ parebimus | ꝛ a dñi nostri mandatis nūq̃ꝫ discedemus. Omneꝫ igitur vincendi spem in deo collocemus. ꝛ quoties vincimus | ei soli victorię gloriam dedicemus | ei gratias agamus | dicamusqꝫ cum psalmista | Tu humiliasti sicut vulneratum superbum | in brachio virtutis tuę dispersisti inimicos tuos.

Tob. xij.

ps. 88

Quomodo vincitur tentatio. cap. xix.

INuidia diaboli mors introierat in orbem terrarū | sed hac morte per Christū liberati sumus | ꝛ ad vitam | quā ꝓpter ꝑuaricationem primoꝛuꝫ parentum amiseramus reuocati. Gaudebat inuidus ille sanctissimos etiaꝫ viros in infernū descendere | ꝛ quasi victoꝛ | qꝛ primos vicerat | de omnibus triūphare. Sed gaudiū istud versum est ei in luctū. Ligauit fortem fortioꝛ dñs | ꝛ domū eius intrauit | ꝛ vasa eius diripuit | suo aduentu absoluens illos qui in carcere vincti tenebātur | de tenebris transferens in lucem. Quin etiaꝫ vulgata euangelij veritate regnum mundi eripuit diabolo | quo magis ille doleret | ne in gentibus qdem ius esse sibi relictum | omnibus iam a falsa ad veram religioneꝫ conuersis. Hac ergo potestate atqꝫ hoc regno priuatus | quid ageret | quo se verteret | nesciebat. Rursum tamē nouo fraudum genere visus | in illoꝝ qui conuersi erant cordib⁹ (vt supra est dictuꝫ) inserere hereses coepit. vt in quibus idolatria iam defecerat | non deesset mēdax de vera religione sentētia. atqꝫ ita non paucos | quib⁹ in credēdo mens levioꝛ erat | subuertit. Quos autem firmos ac stabiles in fide vidit | eos perniciosę voluptatis illecebris ad peccandum ꝓuocare coepit. vt quos fidei defendit sinceritas | mandatoꝝ saltem transgressio condēnet. Nos ergo qui in Christum credimus | qui dei filiū cō-

fitemur|tantę in nos inimici inuidię non ignari|quoties delinquendi cōcupiscētia mentem solicitare coeperit|meminerimus dolos esse carnificis nostri|nihilqꝫ agamus|in quo deuꝫ offendi nouimus|ꝛ ob quod si egerimus|de altitudine paradisi quaꝫ speramus|in abyssum inferni quaꝫ timemus|deturbādos nos eē certum sit. Cum itaqꝫ molestior difficiliorqꝫ se se ingesserit tentatio|ꝛ cordis intima lacessere coeperit|tunc ieiunium nobis pro scuto sit|pro gladio oratio. dicente dño|hoc demonium non eijcitur nisi in ieiunio ꝛ oratione. Nam ꝛ ipse dñs tunc ieiunabat|cum tentatorem vicit. ꝛ idem|Vigilate inquit ꝛ orate|ne intretis in tentationem. Apli quoqꝫ cum naufragium timerent|dormiētem illum clamoribus excitant|Adiuua nos inquit dñe|perimus. tunc ipso ventis fluctibusqꝫ imperāte facta est tranquillitas. Nulla est igitur tā grandis tentatio qꝫ deum depcando nō vinces. ꝛ rursum nulla taꝫ parua|a qua non superaberis proprijs viribus confidēdo.

ps. 142 Quare in deo sperans ora ꝛ dic|Velociter exaudi me dñe|defecit spiritus meus. Eripe me de inimicis meis ad te confugi. doce me facere voluntatem tuam|quia deus meus es tu. Qđ si sanctus ppheta sic orabat|qūo peccator poterit resistere|nisi ꝛ ipse instanter orauerit? Igitur quanto violētiorem motum intra te senseris|

Paralip. 18. tanto ardētius auxilium inuoca. Josaphat ab inimicis circūdatus clamauit ad dominū|ꝛ illis protinus auersis periculo liberatus est. Ita ꝛ tu si toto cordis affectu pcatus fueris|inimici aduersum te machinamenta statim dissoluentur|teqꝫ omni molestia liberum ac pristinę quieti restitutū continuo cognosces. Cūqꝫ hoc tibi cōtigerit|deo gratias age|qui taꝫ cito sathanā pedibus tuis subiecit. Nisi enim ille opē tibi laboranti miseratus attulisset|nūqꝫ vicisses. Tanta est autē dñi nostri erga nos benignitas|vt etiam pro eo qđ ipso adiuuante vincimus|remuneret victores|ꝛ suum beneficium in nostrū transire patitur meritū. modo post victoriam ne insolescamus|sed humiles ac submissi de omnibus ei laudem demus. Ita enim etiā pro his quę dño tribuerimus|ipsi pmium merebimur atqꝫ mercedem.

De tentationibus carnis. cap. xx.

Ad galat. v. Nunc quoniam paris periculi est|a proprijs cupiditatib᷑ per carnis blandimenta superari|qualiter cū his quoqꝫ nobis decertandū sit videamus. Caro enim concupiscit aduersus spiritū|spiritus autem aduersus carnē|hęc sibi inuicem aduersantur|vt non qcūqꝫ vultis illa faciatis. hęc aplꝰs. Deīde qs vtriusqꝫ finis sit ostēdens ait|Manifesta sunt opa carnis|quę sunt|fornicatio|imunditia|luxuria|Idolorū seruitus|veneficia|inimicitię|contentiones|emulationes|irę|rixę|dissensiones|sectę|inuidię|homicidia|ebrietates|comessationes|ꝛ his similia. quę pdico vobis sicut pdixi|qm̄ qui talia agūt|regnū dei non cōsequentur. Expositis autem quę carnis sunt|cōtinenter enumerat quę ad spiritū referūtur. Fructꝰ singe spiritus est|charitas|gaudiū|pax|patiētia|benignitas|māsuetudo|fides|modestia|continētia|castitas. Ex his perspicuū est|quāta sit diuersitas inter carneꝫ ꝛ spiritū|cum alteri vitia|alteri tribuantur virtutes. In medio istoꝝ anima libertate sui arbitrij vtens in quaꝫ partē voluerit|potest cōuerti. Sed si carni consenserit|regnū dei nō possidebit. sin vero spiritū suū. Linatū sibi rationis lumē secuta carnis appetitionib᷑ repugnauerit|victo aduersario mercedeꝫ capiet ęternę beatita-

77

tis. Quāobrē / spiritu inqt ambulate / ⁊ desideria carnis nō perficietis. hoc ē / bonū
quod ratio suadet / mali cupiditas ne destruat. Qui eniꝫ sunt Christi / carnē suā cru
cifixerūt cū vitijs ⁊ cōcupiscentijs. Quos ergo cōcupiscentię supant / ⁊ qbus caro
dn̄atur / hi nō sunt Christi. Neqꝫ eniꝫ fieri pōt / vt aliqs ⁊ seruus Christi sit / ⁊ vitioꝝ
mancipiū. Si spiritu inqt viuimus / spiritu ⁊ ambulemus. Qui sit aūt iste spiritus
quo viuimus declarat / Saluator in euāgelio dicens / Uerba q̄ ego locutus suꝫ vo- Jo. vj.
bis / spiritus ⁊ vita sunt / caro non pdest qcq̄. Dn̄i igitur nostri pcepta spiritus ⁊ vi
ta sunt. ea obseruando viuemus. carni aūt quę non prodest / consentiendo / mori ne
cesse est. Caro eniꝫ absqꝫ spiritu viuere non potest. Tūc aūt absqꝫ spiritu est / cum a
mandatis diuinis sequestrātes ppriā sequitur volūtatē / ⁊ pecudū more p̄sentia appe-
tit / futura non cōsyderat. visibiliū amore capit / inuisibilia contēnit / neqꝫ qđ ratio
discernit / sed qđ appetitio suggerit sequitur. De qua carnis violentia conqritur Da-
uid ⁊ ait / Miser factus sum ⁊ curuat⁹ sum vsqꝫ in finē / tota die cōtristatus igrediε- ps. 37.
bar / quoniā lūbi mei impleti sunt illusionib⁹ / ⁊ nō est sanitas in carne mea. ⁊ apl's /
Cōdelector inqt legi dei scd̄m interioreꝫ hoiem. video aūt aliam legē in mēbris me-
is repugnātem legi mētis meę ⁊ captiuātē me in lege peccati / q̄ est in mēbris me- Ad ro.
is. Infelix ego hō / quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia dei p Jesum vij.
Christū dn̄m nostrū. igit ego ipse mēte seruio legi dei / carne aūt legi peccati. Queris
quare cōtrarię iter se volūtatis sint / sp̄us ⁊ caro? qꝛ caro ex Adam q peccauit ppa- Qr ca
gata est. aīam vero ⁊ spiritū nō ab Adam / sed a deo accipimus. Idcirco sp̄us expe ro ad-
tit ea quę deo placēt / caro aūt magis illa cōcupiscit / q̄ ipsaꝫ delectāt / ⁊ ad peccāduꝫ uersat
est prona / qꝛ traducitur de peccato. tātaqꝫ eius vis est aduersus sp̄ūꝫ / vt luctanti re- spūi.
pugnare spiritus ipse per se nō sufficeret / nisi virtus diuina q̄ illū creat / ⁊ creādo in
fundit / ⁊ infusuꝫ cōseruat / etiā periclitātē adiuuaret. Quis me liberabit inqt apl's /
de corpore mortis huius? hoc est de corpore / in quo primi parētes nostri cū nō obe
diissent deo mortui sunt. respondet ⁊ ait / gratia dei per Jesum Christū. Nos igitur
in Christū credentes / a carnis violētia non nostrę vires / sed diuina liberat gratia.
Quāuis aūt ab Ade maledictione tunc absoluimur cū in Christo per baptismum
regeneramur. manet tamē in nobis fomes peccati / vtiqꝫ qui Christi sunt / in certami
ne suę carnis pbentur. ⁊ qui vicerint / eo ascendant / vbi ęterne pacis ineffabili bo-
no perfruantur. Hac tanta ergo proposita mercede constanter pugnemus / ⁊ om-
nes perniciosę cupidinis ictus perseueranti conseruandę innocentię studio irrite-
mus. Quod si ⁊ a bestijs ⁊ ab hominibus ⁊ ab omni prorsus periculo nos defen-
dimus ac tuemur / ne vitam istam breuissimam ac miseriarum plenā amittamus /
quanto acrius improbis pręsentium voluptatum appetitionibus renitendum ē /
pro vita illa felicissima ⁊ immortali / quam talium appetitionuꝫ victoribus in mer
cedem tribui certissimum est.

De remedijs contra carnis tentamenta. cap. xxi.

ET quoniam malū illud quod caro suggerit / cogitatio concipit / cogitatio ip-
sa sitqꝫ primum cohibenda est ne pariat quod conceperit. Uipereum in-
tra te foetum ne finas crescere. Solet adultus venena effundere / ⁊ animam ho-
minis enecare. Protinus abige pestiferam cogitationem dum paruula est.



Dum parum virium habet|non difficulter opprimitur|Sponso in canticis di-
Cāt.ij. cente|Capite nobis vulpes pusillas|exterminantes vineas|& vinee nostre flore-
bunt. Cum enim viciosa extinguitur cogitatio|animus ad prosequendum virtu-
tum propositum vegetatur|& saluberrimis vite fructibus exuberat. Ceterum si ma
larum cogitationum insultus non ita crebros|neq3 ita vehementes pati desyde-
ras|claude fenestras sensuum tuorum|per quas mors ad animam ingredi con-
sueuit. Auerte oculos ne videant vanitatem. Sepi aures tuas spinis|& linguam
nequā noli audire. Pone ori tuo frenos|ne in verbo labaris|neq3 gule aliquid vl
tra necessitatem indulgeas. Naribus odoramenta luxurie subtrahe. Manus cō-
tine|ne quem iniuste offendas|neue quid impudice tangas. deniq3 modis omni-
bus obserua & caue|ne extranei portas hierlm ingrediantur. i. anime tue domici-
lium. Et si ingressi fuerint|cura vt expellantur. neq3 malignos cogitatus ibi remo
rari sinas|vbi cum inualuerint|perniciem generant. Ueruntamen sepe fit|vt ipsi
cogitatus etiam inuitis nobis ingerant sese|& suapte vi ab ijs que iusta atq3 hone
Mar. ij. sta sunt|auertere animum nostrum tētent. ac quemadmodum paraliticus ille in
euangelio|qui portabatur|non poterat pre turba offerri Saluatori vt curaret|ita
nobis cogitationum quādoq3 officere solet congeries|vt non qd volumus|sʒ qd
nolumus|animo voluamus. tūc inter orandum quid lingua loquatur|mens nō
attendit|& cuʒ corpore in ecclesia simus|animo foris per diuersa vagamur. Huic
ingruenti turbe totis viribus reniti decet|& non cedere|neq3 si mali quicq3 suase
rint consentire. Quod vt succedat|eorum industriam|qui paraliticum gerebant|
imitari oportet. Illi tecto domus in qua Christus erat|patefacto|egrotum coram
Iesu submiserunt|& morbo receperunt liberatum. Nos quoq3 abiecta terrenaruʒ
rerum cura culmen celestis contemplationis niscendamus|& per ea q̄ creata sūt|
mente ingressi inueniemus creatorem. & cum inuenerimus|ei nos reuerenter sub
mittamus|vt quod altitudo meditandi contulerit|humilitas deijciendi se se con
seruet. & mens iam sanata gaudeat se iam obstantis turbe impedimenta non sen-
tire. Quanto minus mortalia curabimus|tanto etiam minus cogitationum secu
larium stimulis inquietabimur. Quisquis autem ab his crebro ac frequenter solli
citatur|reor q nondum vt debet|seculo renūciarit|sed aratrum tenēs adhuc post
tergum respiciat. si non respiceret|non iam preterita neq3 psentia|sed futura cogi-
taret. Abscidamus igitur & proijciamus procul a nobis mēbra scandalizantia|nul
liusq3 rei afficiamur studio|que propositum vite sanctioris turbet|& charitatis ar
Mat. dorem|queʒ deo debemus restringant. Si oculus dexter scandalizat te|erue eū.
th.v. & si manus dextera|abscinde illam. Membra ista carnales affectiones sunt. quib9
quidem si dextre fuerint|non illicite vtimur. verūtamē si a spirituali contemplatio
ne vel actione auocent atq3 interpellent|repelli debent. Que eni ppter se licita sūt|
si vna cum illis meliora periclitantur|illicita erunt. Quod si ea etiam que dextra
sunt|quoties impediunt|abscindi iubentur|quanto magis illa que sinistra sūt|
idest que mala sunt|declinare ac fugere debemus|& eisdem neq3 oculum inten de
re|neq3 manum porrigere|vt neq3 cogitemus aliquid prauum ac detestabile|ne-
q3 faciamus. Restat igitur vt & malis pferantur bona|& bonis meliora si ad sum-
mum bonum volumus peruenire. Cum preterea continētiam semper oppugnet
lasciuia|& liberalitatem auaritia|& humilitatem ambitio|& breuiter probitatē ne-

quitia/ assiduũ nobis cũ vitijs bellũ ẽ. Nũq̃ igit quiescamus/ semp repugnem⁹. Q̃diu repugnamus vicim⁹. quoties aũt quiescimus nõ quiescẽte aduersario supamur. & irruẽtib⁹ malis dissipant bona/ nihilq; homini illi relinquitur/ q carnis cupiditatib⁹ vltro se subijcit. euenitq; ei quod dictũ est per prophetam/ Residuum erucę comedit locusta/ residuum locustę comedit brucus/ residuũ bruci comedit rubigo. aut quid boni in illo remanere poterit/ cui vitia dominantur? Strenuis autem & accinctis/ assidueq; contra improbę voluptatis illecebras luctãtibus tuta sunt omnia. Neq; enim superseminatur zizania in medio tritici/ nisi cum ocio dediti dormimus/ & a custodia bonę frugis cessamus. Atq; ideo sane vigilare & orare nos iubet dñs/ ne tentationibus succumbamus. hoc est/ diligentes esse & intentos/ & sollicitos/ ne per desidiam spiritus caro/ quę ancilla esse debet/ dominari incipiat/ & pręualere permittatur Madian aduersus israel. is videlicet qui se cultui dedicauit diuino/ subuerti sinatur a nequitia.

Johel. j.

De reparatione lapsi. cap. xxij.

Cęterum si quando victi superatiq; fuerimus/ ad penitentię remedia cõuertamur. nec desperemus aduersus victores victoriam/ si ab ijs quibus manum dedimus/ deficere voluerimus/ atq; ad illa transfugere/ quę insipienter dereliquimus. Tunc enim speciosa deserti quę peccatorum ignis absumpserat/ rursum germinare & bonorum operũ fructu abundare cernemus. Ciuitas a rege magno obsessa (vt Ecclesiastes ait) a paupere viro sed sapiente liberatur. Quis autem pauperior illo qui vitijs seruit? quis sapientior q̃ qui ab ijs duz licet fugit/ & ad studium se confert virtutum? Sed ne rursum in eodem luto more porcorum relabamur/ non ociose neq; segniter est agendum. Nam sicut per negligentiam victi fuimus/ ita per sedulitatem curamq; certandi vincemus. Cuius rei nequaq̃ ignarus Apls admonet & ait/ State succincti lumbos in veritate/ & induite loricam iustitię/ & calciati pedes in pręparationem euangelij pacis/ in omnibus sumentes scutum fidei/ in quo possitis omnia tela maligni ignea extinguere/ & galeaz salutis assumite/ & gladium spiritus/ quod est verbum dei. per omnem orationez & obsecrationem/ orantes omni tempore in spiritu/ & in ipso vigilantes in omni instantia. Profecto qui armis istis contra carnis infestationes demonũq; dolos munitus fuerit/ sicut mons syon non mouebitur in ęternum. Erit veluti turris fortitudinis a facie inimici/ & tãq̃ nauis validis compacta trabibus/ pertransiens mare istud magnum & spaciosum/ nec fluctibus fracta/ nec procellarum turbine subuersa. Si quando tamẽ ingrauescere carnis pugna/ spiritũq; vehementius lacessere coeperit/ caro ipsa tenuanda erit ieiunio/ fatiganda laboribus/ domanda vigilijs/ orationũq; pernoctationibus quasi vinculis constringenda. Durũ erit illi contra huiuscemodi stimulos calcitrare. Lasciuienti iumento adde onus/ & gerius incedet. subtrahe aduersario vires/ & desinet esse molestus. Semper autem obstanduz est principijs. Inueterata enim difficilius corriguntur/ nouella euelluntur facilius/ euulsaq; arescunt. Pręterea & locum illum & hominem quantuz potes declina/ in quo vel delinquendi periculum/ vel exercendę virtutis impedimentum times. O o fugite inquit dñs de terra aquilonis. de terra vtiq; in qua charitas friget/ & abun-

viij.

Ad ephe. vi.

Zach. ij.

dat malicia. de terra in qua nihil agitur | nihil dicitur | nisi qd ad corporis pertinet voluptatē | & psentis luxurie irritamētum | & multoꝝ scelerum incentiuū. Raro tibi cum seculi amatorib9 miscendus est sermo | Quia colloquia mala corrūpūt bonos mores. rarius cū foeminis. Primā foeminā decepit diabolus | illa virū. Diaboli ergo laqueus est foemina. Quē diabolus per se nō potest capere | per illam capit. fugiēdo melius vitabis hoc periculum | q̄ resistendo.

Oratio contra tentationē carnis | & post victoriam actio gratiarum. cap. xxiij.

SEd quoniam quocūq; fugerimus | carnis nostre lucta carere nequimus | in omni carnaliū tentationum discrimine | ad orationum subsidia cōfugere tutissimū erit. Ad dn̄m igitur supplices cōfugiamus. quia dn̄s fortitudo plebis sue | ps.142 & protector saluationū Christi sui est. Vis patiens loquatur spūs & dicat | Eripe me de inimicis meis dn̄e | ad te cōfugi. doce me facere volūtatem tuā | q2 deus meus es tu. Ab homine iniquo & doloso erue me | ab homine isto exteriori | qui interiorē hoiem ad similitudinem tuam factum | inique & frauduléter querit subuertere | p voluptatis illecebras | per cōcupiscentie blandimenta tr. here me nititur | vt peccē tibi & peream. Ab his ergo mei tuiq; aduersarij insidijs libera me. Esto mihi i deū protectorem | & in locū munitū | vt saluum me facias. Uentum dn̄e validum | quo in diuersum impellor metuo | & iā inter frementes vndas mergi incipiēs ad te clamo. Tu igitur miseratus dexterā tuam extende | & sicut Petrū cum fluctibus operiretur saluasti | ita me de pernicie carnalis suggestionis ereptū tibi restitue. vt tuā potius voluntatē q̄ meā faciam. Nostra enī voluntas perdit nos | tua vero saluat semp. fiat voluntas tua sicut in celo inter sanctos | ita & iter nos in terra. vt tuis parēdo mādatis ad te in celū ascēdere | & nō eis cōtraria opando in pfundū demergi mereamur. Si sic oraueris | non frigide sed ardenter | non proterue sed humilr | tētationum constrictus angustijs | exaudiet te dn̄s | & non dabit in cōmotionem pedem tuum | neq; dormitabit qui custodit te. Petite inquit & accipietis | Quid tu poscere pigritabis | cum idem dn̄s & rogari velit | & quod pie rogatur | prompte se daturū promittat. Si sicut decet supplicaueris | circūdabit te scuto veritas eius. nō
ps.xc. timebis a timore nocturno | a sagitta volāte in die | a negocio perambulante in tenebris | ab incursu & demonio meridiano. Ipse enī dn̄s de illo qui fideliter orat | & cō
ps.xc. stanter sperat | respondens ait. Quoniam in me sperauit | liberabo eum. protegam eum | quoniā cognouit nomen meum. clamauit ad me | & ego exaudiam eum. in tribulatione eripiam eum | & glorificabo eum. Exauditus autem non solum carnis concupiscentias auertes atq; fugabis | verum etiam virtutibus magis proficies.
ps.137 Testatur hoc ppheta ad deum dicens | In quacūq; die inuocauero te | exaudi me | multiplicabis in anima mea virtutem. Omnēq; difficultatem ab eo adiutus ipse
ps.xvij idem superaturum se affirmat | cum ait | A te eripiar a tētatione | & in deo meo transgrediar murum. Ille ergo postulationibus tuis annuens dicet | & stabit spūs procelle | ipse imperabit ventis & mari & obedient ei | & turbulētos motus conuertet in tranquillitatem. Ille pcantibus & periculum formidantibus continuo aderit dicens | Ego sum nolite timere. Tunc tu naufragio iminenti liberatus | gratias age liberatori | cuius opera factus es te ipso fortior | atq; aduersus lasciuientes malarum

cupidinum titulationes inuictus. Ad ipsum igitur mente conuersus dicas. Benedictus dñs deus | qui non dedit nos in captionem dentibus eorum. hoc est | in predam voluptatum illecebris delinimentisqꝫ viciorū. Quibus tu impugnabare | vt dño tuo peccares | ⁊ celi terreqꝫ conditoris maiestatem offenderes. Ad hec quoniā diuinis quoqꝫ disciplinis instructus vincere didicisti | ne ingratitudinis arguaris | illud quandoqꝫ tecum repetas | Benedictus dñs deus meus | qui docet man⁹ meas ad prelium | ⁊ digitos meos ad bellum. misericordia mea ⁊ refugium meum | susceptor meus ⁊ liberator meus | in ipso speraui | qui subdit populū meū sub me. i. qui carnem meam meo seruire spiritui compellit. Nisi enim ipse certare doceret | ipse protegeret | ipse liberaret | ipse aduersarios nostros nobis subijceret | fragilitas nostra neqꝫ carnis passionibus preualere | neqꝫ demonum laqueos euadere vnqꝫ potuisset. Ingratus est igitur tentationum victor | qui deo acceptum non refert ꝙ vicerit. ⁊ si laudem victorie sibi arrogare non dubitet | vict⁹ est temeraria inanis glorie cupiditate | dūqꝫ se non lapsū fuisse gloriatur | labitur ⁊ delinqt. Unde abhorrens ab ista tentatione sanctus ꝓpheta Dauid clamat | Nō nobis dñe nō nobis | sꝫ nomini tuo da gloriam. Si vicisti | humilitatē conserua | ⁊ ad dei tui miserationem refer | ꝙ non succubueris. Quale autem victorie huius meritū sit audi. Saluator noster tentatus vicit | discessit ab eo diabolus accesserunt angeli ⁊ ministrabant ei. Quod precessit in capite | cur non speremus euenturum in membris? quādo qdē quecunqꝫ scripta sunt | ad nostram doctrinam scripta esse memorantur. Tentationum igitur victorem demones timebunt | Angeli comitabuntur ⁊ custodient. Uerūtamen non semel aut pluries vicisse proderit. vsqꝫ in finem vite producenda victoria est | vt tandem a domino mereamur audire | Uos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis | ⁊ ego dispono vobis | sicut disposuit mihi pater meus regnum | vt edatis ⁊ bibatis super mensam meam in regno meo. Non est autē esca neqꝫ potus regnum dei. edemus ergo ⁊ bibemus non corporalia sed spiritalia alimenta | diuini conspectus perēnem ⁊ nunqꝫ defuturam dulcedinem | ineffabilisqꝫ claritatis gloriam. ⁊ hec quidem erit militie nostre merces | si modo victores ⁊ nō victi de isto certaminis campo | in quo nunc positi sumus | decesserimus.

[margin: ps.143 — ps.cxv — Luc. xxij.]

Quod oportet nos conformari Christo. cap. xxiiij.

Atqꝫ is demum ⁊ vitia calcabit | ⁊ virtute proficiet | qui quotidie Christi domini gesta considerabit | ⁊ per eius vestigia ingrediens ipsi qꝫ proxime accedere contendet. Exemplum inquit dedi vobis | vt quemadmodum ego feci | ita ⁊ vos faciatis. Primum igitur in omnibus humilitatem seruemus. Hic enim q dei filius erat | dignatus est fieri hominis filius | qui deus erat factus est homo. In bethlem exiguo oppidulo nasci voluit | ⁊ quidem non in hominum habitaculo | sꝫ in pecudum stabulo | non in cunis colore diuerso picturatis auroqꝫ linitis | sed in presepio ad prebenda iumentis pabula lentis viminib⁹ cōtexto. Cūqꝫ eēt dñs oīuꝫ a seruo voluit baptizari | ac de se ipso dixit | Fili⁹ hoīs venit | nō vt ministraretur ei | sꝫ vt ministraret. Aplos nō de stirpe nobiliū | sꝫ de piscatoꝝ genē sibi adsciuit | ⁊ eisdē pedes lauit. Hierosolymā itur⁹ veterinū aīal asinā ascēdit | ⁊ cū p salute mūdi mori vellet despicatissimū mortis gen⁹ elegit crucē. Talia ḡ nobiscū sepenūero reuoluentes | nec

[margin: Humilitas]

[illegible] nec vulgaribus [illegible] cum omniū
[illegible] vna generis conditio vna huma-
[illegible] vna regeneratiōis gratia. cum [illegible] nullū sit hominū apud
deum [illegible] q̄ vt̄ ac [illegible]. Quanto autem se quisq̄ magis humi-
Obe- liauerit tanto magis merebit exaltari. Ab eodem obediētię quoq̄ petamus exē-
dientia plū a parentibus querentibus respondit. Quid est quod me querebatis? nesciebatis
Luc. ii q̄ in his que patris mei sunt oportet me esse? hoc ideo | vt prius obedientiam in pre-
ceptis deo seruando: tamen loco parentibus obtemperemus. quibus z ipse se sub
diderat, teste euangelista qui subiungens ait. Et descendit cum eis | z venit Naza
reth. z erat subditus illis. Verumtamen siquid iusserint parentes | quod legem of-
fendit diuinam deo potius pareas q̄ illis. vel si non officit legi | z tamē tibi ad ob
sequendum deo impedimento est dimitte parentum imperiū | z ad seruitiū deo
prestandum conuertere. Non est inquit me dignus | qui patrem aut matrē plus
Luc. iiii q̄ me diligit. Ad obedientiam deo inuitat cum ait. Meus cibus est vt faciam vo
luntatem eius qui misit me, vt perficiam opus eius. z iterum. Non q̄ro volunta-
tem meam, sed voluntatem eius qui misit me patris. z ad patrem | Non mea vo-
luntas inquit | sed tua fiat. Hinc discat monachus | se non esse suę voluntatis | sed
eorum qui presunt monasterio. vt non quod ipse deliberat faciat | sed quod illi cō-
Pati- cesserint. A dn̄o discamus z patientiam. Odia iudeorum ęquo animo tulit. quos
entia vno verbo omnes perdere poterat | ab his probra | maledicta | vincula | flagella | ver
bera | contumelias | alapas | atq̄ sputa sustinuit. Ab his coronari spinis | clauis i cru
ce configi | felle z aceto potari | lancea confodi z occidi passus est. Quin etiam iisdē
qui sibi talia tam immaniter inferebant | vt ignosceretur | patrem orauit. Si ipse iu-
stus ab iniustis tanto ludibrio habitus | tam impie dilaceratus vindictam non ap
petijt | sed dimitti eis postulauit | cur tu peccator inimicis tuis irasceris? z ad vlci-
scendam iniuriam exardescis | cui nulla iniuste queat irrogari | cum quotidie dn̄o
tuo pecces? nec tantū offensę passus es | quantū delicta tua atq̄ peccata merebā-
tur. Quoties ergo mali aliquid patimur | protinus ad conscientiam scelerum nr̄o-
rum recurramus. z cum non immerito id nobis accidere cognouerimus | patienter
toleremus | z dn̄i nostri exemplo pro inimicis etiam nostris oremus | pro malo red
dentes bonum | pro iniuria beneficium. Sic nostra nobis remittentur peccata |
z patientię virtus p̄mio maiore compensabitur | z mala quę passi sumus in nr̄m
Iacta- cōmodum conuertentur. Sed eorum quoq̄ quę bene facimus iactantiam vita-
tia vi- re a dn̄o discamus. De monte descendens mundato leproso iniunxit ne cui dice-
tāda. ret. Cecis etiam sanatis | videte inquit ne quis sciat. Et cum plurimos vario morbo
rum genere laborantes curasset | ne ipsum manifestum facerent p̄cepit. Cumq̄ puel
Luc. 8 lam mortuam ad vitam reuocasset | taceri iussit. Nonnulli ex discipulis adhuc ter
rena sapientes | manifesta te inquiūt mundo. Ille autem ostendens q̄ non quęre
ret mundi gloriam | sed mundi salutem | dixit. Ego gloriam meā non quero | est q
Jo. 8. quęrat z iudicet. Hic gloriam suam non quęsiuit | qui se vltro ignominię ab im-
pijs perferendę exposuit. Ille tamē gloriam eius quęsiuit | qui cum illo erat. Glo-
rificauit enim deus hominem quem assumpsit | a morte suscitando | in cęlum trās-
ferendo | quod semel assumpsit nūq̄ dimittendo | adorandum z angelis z homi-
nibus proponendo. Judicauit autem iudicio damnationis iudeos incredulos | z

gentiles in errore obstinatos | ꝛ fideles fidem opere destruentes. Quod ergo non quęsierit gloriam suam ad humanitatem pertinet | quod autem quęsierit ꝛ iudicarit | ad diuinitatem refertur. Quãuis enim humanitas ꝛ diuinitas vna ꝑsona Christi sit | sępe tamen ꝛ dicere aliquid ꝛ facere illi placuit | quod non erat vtriusq; naturę cõmune. vt per ea quę hominis sunt | hominem agnosceremus | ꝛ quę dei deum. Nam in Christo vel hominem sine deo | vel deum sine homine confiteri | hereticorum impietas est. Cum igitur dicit se gloriam suam non quęrere | nobis insinuauit | ne hominum plausus laudationesq; venemur | sed in omnibus vt deus laudetur curemus. Qui enim ab hominibus gloriam quęrunt | gloriam veram ac stabilem | quę a deo est | accipere non merentur. Ad hęc obseruandę paupertatis domini exempla nobis abunde suggeruntur. De virgine paupercula nasciturus | nõ habuit locum in diuersorio. ędit in stabulo | reclinatur in pręsepio. Iam in ętate adulta | nihil se habere confitetur ꝛ ait. Vulpes foueas habent | ꝛ volucres cęli nidos | filius autem hominis non habet vbi caput reclinet. ꝛ cum portorium exigeretur | non fuit soluendo | donec piscis captus in ore didragmam attulit | qua ipse satisfecit. Bestijs imperabat | ꝛ inter pauperes censeri volebat. Per domos alienas discurrens hospitabatur | quia suam non habuit. mulierum comitantium elemosynis alebatur. in cruce nudus pependit. mortuus etiam aliena inuolutus est syndone | alieno conditus sepulchro. Beatos vocat pauperes. ꝛ Apostolis nequid ferrent in via pręcipit | non virgam | non peram | non panez | Prohibuit eis calciamẽta | prohibuit duas tunicas. ꝛ Nolite inquit soliciti esse | quid manducetis | aut qd bibatis | aut quid induamini. quęrite primum regnum dei | ꝛ hęc omnia apponentur vobis. Qui ergo propter Christum in terra pauper est | cum Christo diues erit in cęlo. Gloria enim ꝛ diuitię in domo eius. Victu quoq; modico ac tenui | ꝛ qui corpus tñ sustentet contentus erit | qui Christum imitabitur. Per dies quadraginta ille neq; comedit neq; bibit | postea (vt euangelista ait) esuriit. ꝛ tunc quidẽ diaboli maligna tentamenta vicisse describitur | vt noscamus ieiunio ꝛ esuritione opꝰ esse | si carnis illecebras demonisq; captiones cupimus superare. Ante mẽsam gratias agit | post mensam hymnum dicit. vt semper deum laudemus | cuius donum est | ꝛ cibus quo vescimur | ꝛ vita qua viuimus. Panes ordeaceos habebat cũ pauit turbam. aquam ad bibendum a Samaritana muliere petijt | ne rudes fastidiamus cibos | neq; vina delicatiora exquiramus. Carnem nisi in pascate non comedit. minutis pisciculis visus est. Erubescant qui paupertatem professi diuitum dapibus delectantur. Ne autem vilia contemnamus alimenta | fel ꝛ acetum in cruce positus gustauit. deniq; beatos dicit esse esurientes | quoniam saturabuntur. ꝛ ecõtrario | Vech vobis inquit | qui saturati estis | qꝛ esurietis. Nunc tandem ad Charitatis conuertamur documenta. Pro hominum salute de cęlo in terram descẽdit. deus homo factus est. Labores vigilias | supplicia pro nobis tolerauit | pro nobis mortuus est | pro nobis ad inferos descendit | pro nobis resurexit | pro nobis in cęlũ ascẽdit. Postremo nihil vel dixit vel fecit | qd non eo spectaret | vt ęterna nobis donaretur beatitudo. Matheum de publicano aplm | Petrũ de negatore cęlestis regni clauicularitũ | Paulũ de persecutore fidei fecit propugnatorem. Mulieri peccatrici peccata dimisit. ꝛ non veni inqt vocare iustos | sed peccatores ad penitẽtiã. deniq; pastor bonus animaz suam posuit pro ouibꝰ suis. ꝛ quos dilexit | vsq; in fi-

Marginal notes: Paupertas. — Math. viij. — Math. xvij. — Luc. 9 — Math. vi. — Parsimonia — Math. iiij. — Math. 26. — Jo. vi. — Jo. 4. — Charitas. — Jo. x.

Jo.xv. nem dilexit eos. Quia nihil prodest diu diligere|nisi semper diligas. & sicut inquit di
lexit me pater|ita dilexi vos. Et qui diligit me|diligetur a patre meo. Tunc autē &
Christum diligimus|& a deo patre diligimur|cum ipm quem peccando offendi-
mus|poenitendo placamus. Porro cum & inimicis nos benefacere beneqz opta
re iuberet|hoc prior ipse prestitit|illis a quibus conuitia|vincula|flagella|colaphos|
verbera spinas|clauos|fel atqz acetum inique passus fuerat|ignosci postulans|&
seuitiam illorum sui ignoratione excusans|vt postea cognita veritate locum habe
rent penitētie|& non perirent. Non est itaqz Christi discipulus|qui bonum p ma
lo nescit reddere|& pro inimicis quoqz suis deum deprecari. Eiusdem dñi exemplo
Predicatio discamus|non nostre tm̄ saluti|sed etiam aliorū prospicere|vite disciplinis eos im
buendo|& exhortationibus pijs|vt ad virtutis viam dirigātur solicitādo. Circui-
bat ille totam Judeam|totam galileam|per castella & vicos|docens ignaros|& ver
bo curans egrotos|vt corpore simul & animo saluos redderet. Precepta dedit di
scipulis in monte|in planitie plebi|vt discas altiores mysteriorū sensus illis q ma-
gis capacis ingenij sunt pdicare. simplices vero simplicib⁹ vite preceptis instrue-
re. Ac ne forte pcij alicuius gratia id agas|sʒ affectu salutis eorū quos doces|Gra
Matth.x. tis accepistis inquit. gratis date. Accipere tamen ab offerentibus quantū victui ne
cessario satis sit|si indigueris|ne nefas putares ait|Dignus est operarius mercede
ibidem. sua. Mercede videlicet que inopie succurrat|non que luxuriā pariat. Porro sicut
Matth.28. ipse docuerat|ita discipulis suis predicationis officiū imposuit dicens|Euntes do
cete omnes gentes|seruare omnia q̄cūqz mādaui vobis. Optimi itaqz Christi imi
tatores illi sunt|qui faciendis ad pplm bene beateqz viuendi sermonib⁹ operā im
Castitas. pendūt|& qd alios docent|ipsi prestant|ne bonum qd verbo edificant|morū dis-
similitudine destruāt. Celebs preterea & castus sit oportet|Christi discipulus. Vir-
go est|& de virgine genitus|& a virgine baptizatus|quem sequeris. vtqz quāti sit
apud ipm virginitas|de Joāne Apostolo qui virgo erat|in euangelio dicit|Disci
pulus ille quem diligebat Jesus. Nam licet Jesus etiam reliquos omnes dilige-
ret|de nullo tamen sic est expressum|sicut de isto|quem mentis corporisqz puritas
cōmendabat. Hic solus in sinu Christi cunctis ad mensam sedentib⁹ recubuit qz so
Matth.xiij. lus fortasse intemerate virginitatis laude illi proximior erat. Precellit aūt virgini-
tas viduitati|& viduitas matrimonio. Quandoqdem euangelici seminis centesi-
mus fructus ascribitur virginitati|sexagesimus viduitati|trigesim⁹ matrimonio.
xiiij. In Apocalypsi etiam illi qui sequūtur agnū quocunqz ierit|& canticum nulli alij
cantabile concinunt|virgines esse memorantur. Porro ipse Saluator|vt monstra
Matth.xix. ret|precipue castis deberi regnum dei|Sūt eunuchi inquit qui se castrauerūt pro-
pter regnū celorum. hoc est|qui nubendi libertatem in propositū verterūt castita-
tis|quo purius expeditiusqz deo seruirent|& cum angelis in celo socij essent|q an-
Matth.xxij. gelicam vitam in terra vixissent. de quibus est dictū|Neqz nubent neqz nubētur|
sed erūt sicut angeli dei in celis. In eo quoqz dñs continētiam seruis suis videtur
Luc.12 imperasse|qd Aplis precepit|vt lumbos pcinctos haberent. In lūbis quippe ge-
nerandi semina sunt. qui aūt in carne seminat|de carne & metet corruptionem. sed
qui seminat in spiritu|de spiritu & metet benedictionem. Preces etiā qualiter deo
Oro. sint offerende nobis documēto est dñs noster. Orandi enim rationem|quam ver-
Matth.vi. bis monstrauit|opere perfecit. Orare iubet in abscondito|& ab illis que impedire

possent separato loco | vt mens tunc magis intenta esset celestium contemplationi | cum ipsum celi terreque regem lingua serui alloqueretur. Ideo Saluator quoque noster dimissa turba montem ascendens solus orauit. et iterum | Sedete hic inquit | donec vadam illuc et orem. In monte autem orauit | vt orando postulemus non terrena que in imo sunt | sed que in alto celestia. Quod vero etiam in villa gethsemani orasse dicitur | docemur inter orandum seruandam esse humilitatem. atque ideo et positis genibus orasse | et ad orandum in faciem procubuisse. Quod preterea patrem precatus ait | Non sicut ego volo fiat | sed sicut tu. significauit vt in omni postulatione nostre voluntati preferamus dei voluntatem. Tertio autem eundem sermonem orauit | ne tibi cessandum putes | si tam propere quam velles non fueris exauditus. Ad hec in Marco scriptum est | quod valde diluculo surgens abiit in desertum locum | et ibi orabat. et in Luca | quod noctibus exiens in monte oliueti morabatur | quoque pernoctabat in oratione | In quo quidem et tempora et loca orationi magis accommoda nobis requirenda esse innuit. vt autem perseuerantius oremus | factus in agonia prolixius orauit. Sublatis quoque in celum oculis orasse traditur | vt et tu dum oras | mentis oculos ad deum cui supplicas intendas | et non alio verba | alio cogitationes ire sinas | Parum efficax est lubrice vageque mentis oratio | et non illuc intente vbi vult exaudiri. Ac ne singula perquirere nimis prolixum sit | omnium virtutum | omnisque sanctitatis cum precepta | tum exemplum | a Saluatore nostro ac domino | et tutius petitur | et iocundius consyderatur. Christus enim quia veritas est non errat | quia bonitas est non fallit | quia sapientia est nouit omnia | quia virtus dei est potest omnia | quia denique saluatio populi sui est | quicquid egit | quicquid dixit | ad omnium spectat salutem. Seruiamus igitur illi in sanctitate et iustitia omnibus diebus nostris | memores beneficiorum suorum | atque assidue nobiscum recolentes ea que non solum verbis docuit | sed etiam re atque opere probauit. vt his instructi eidem | quantum fieri potest | similes effici curemus | et cuius virtutes imitati fuerimus | eius beatitatis atque glorie participes esse mereamur.

Math. 14. xxvi.

xxvi.

Mar. xiiij.

Mar. i

Luc. vi

Lu. 22.

Io. xi.

Dium virtutum exemplum vnus Christus

De consortio fugiendo. cap. xxv.

Conferet plurimum ad vite sanctioris | cultum nosse | quorum consuetudine vti debeas | quorum non debeas. cum quibus conuiuere | colloqui | conuersari | quos declinare ac fugere oporteat. Relinquendi sunt | quorum tibi nota fuerit peruerse mentis pertinacia id est | qui vel errorem suum depositurи non videntur | vel a scelere in quo perseuerant recessuri. Nocuit israhelitico populo habitasse cum egyptiis. Inde enim Moyse duce egressi ritu eorum viuere volebant | crapulari | ludere | diis gentium sacrificare. atque hec causa fuit | vt posteri quoque eorum toties inimicis subiecti seruirent. Recte itaque dicitur | Filii abominationum sunt filii peccatorum | et qui conuersantur secus domos impiorum. Contagione quippe trahitur vitium si conuersaris cum vitioso. ac veluti pestilentie morbus afflatu tactuque egrotantis inficere solet sanos | ita infidelium familiaritas plerumque fideli viro perniciem parit. Idcirco per os Hieremie clamat nobis dominus | Fugite de medio babylonis | vt saluet vnusquisque animam suam. et per os Osee | Nolite ingredi in galgala | et non ascenderitis in Bethauen. loca videlicet prophana idolorumque pollutis culturis atque immunda. Saluator etiam noster et dominus | In via gentium inquit ne abieritis | et cauete a fermento phariseorum. Hoc idem admonet et hortatur Paulus apostolus dicens | Nolite iugum ducere cum infi-

Eccl. xl. xli. iiij.

Math. x.

Math. xvi.

Ad corin. 2a cap. vi.

delib⁹. q̄ eni pticipatio iustitię cū iniqtate? aut q̄ societas luci ad tenebras? q̄ āt ɔuē
tio xp̄i ad Belial? aut q̄ ps fideli cū infideli? q̄s aūt ɔuēt⁹ tēplo dei cū Idolis? Uos
Ad Ti eni estis tēplū dei viui. Et ad Titū scribens ait | Hereticū hominem post vnam ꝛ
tū. iij. secūdam correptionem deuita | sciens q꞉ subuersus est qui eiusmodi est | ꝛ delingt |
cum sit proprio iudicio condemnatus. Eiusdem sententię est | quia ꝛ eiusdem spi
Jo. fa ritus Joannes Apl's cū dicat | Siquis venit ad vos | ꝛ hanc doctrinam non affert |
cap. j. nolite recipere eum in domum | nec aue ei dixeritis. qui eniꝫ dicit illi aue | commu-
nicat operibus eius malignis. Q̄ð si salutare quoqꝫ illos quibus nulla debetur so
lus | nefarium sit | quanto magis in consortium recipere? Cauenda est igitur infide-
lium hominum conuersatio | maxime eorum qui ita auersi sunt | vt nulla supersit
spes futurę illorū conuersionis. ꝛ hoc Apostoloꝝ ipsoꝝ exemplo | qui cuꝫ vidissent
incredulos iudeos Christū nolle recipere | ab eis discedentes alijs euāgelizare dei
verbū coepere. Itaqꝫ ne perfectis quidem conuenit ad obstinatos accessio | cū ne
in docendo operam perdant | tum ne molliter blandeqꝫ alloquendo fauere illoruꝫ
errori videantur. Non minus declinandi sunt | qui in flagitijs obduruerunt. Pec-
Mat- cantem inquit dn̄s corripe inter te ꝛ ipsum. si te non audierit adhibe alium. si ne-
th. 18. qꝫ illum audierit | dic ecclesię. si neqꝫ ecclesiam audierit | sit tibi sicut ethnicus ꝛ pu
blicanus. Pro infideli ergo habeatur | quem peccasse omnino non poeniteret | quiqꝫ
nulla correptione ad emendandum flectitur Quod si cum tali conuersari te dele-
ctauerit | mores quoqꝫ diligere incipias necesse est. Alioquin ipsa vitę diuersitas ci-
to vestram dirimet societatem | ꝛ vbi dissimilis intercesserit voluntas | conuict⁹ cō
xxij cors esse non poterit. In puerbijs dicitur | Noli esse amicus homini iracundo | ne-
qꝫ ambules cum viro furioso | ne forte discas semitas eius | ꝛ sumas scandaluꝫ ani
mę tuę. non hoc pręcipitur | ne bene illi optes | ꝛ si poteris facias | sed ne illo fami-
liariter vtaris. Iracundus enim is est | qui facile ac leuissima de causa irascitur. Est
autem difficile semper irascenti atqꝫ insultanti non aliquando irasci | ꝛ contra fu-
rentem non indignari | ꝛ ex indignatione non peccare. Ita superbo etiam si comes
xiij. fueris | arrogans elatusqꝫ euades. testatur hoc Ecclesiasticus dicens | Qui tetigerit
picem | inquinabitur ab ea | ꝛ qui communicauerit superbo | induet superbiam. Cū
enim hominis ingenium ad vitia magis q̄ꝫ ad virtutes procliue sit | magis veren-
dum est | ne vir bonus malo adhęrens corrumpatur | q̄ꝫ speranduꝫ vt malus emu
latione boni mores emendet. Quāobrem Apostolus diuersis vitijs inquinatos in
Ad co- vnum colligens ait | Siis qui frater nominat̄ inter vos | est fornicator | aut auarus |
ri. j. ca. aut idolis seruiens | aut maledicus | aut ebriosus | aut rapax | cum huiusmodi nec ci
v. bum quidem sumite. Sciebat enim quia iuxta fornicationem periclitetur casti-
tas | iuxta auarum liberalitas | iuxta idolatram religio | iuxta maledicum patiētia |
iuxta ebriosum temperantia | iuxta rapacem alieni abstinentia | ꝛ non esse tutū pro-
Esa. vj bo viro cum iniquis commorari. Ingemiscit Esaias ꝛ angitur animo vehemen-
ter | q̄ habitaret in medio populi labia polluta habentis | seqꝫ ex eo labia sua pol-
luisse confitetur atqꝫ foedasse. Et si sanctus propheta viuendo inter iniquos de
trimentum sentit | quis est tantę constantię | vt cum flagitiosis conuersando
lapsum non timeat? Uis nosse quia scelestis ꝛ prophanis hominibus iungi dis-
Para- pliceat ipsi deo. Iosaphati Regis Iudę naues tempestate confractę sunt | deo
lip. so indignante | q̄ in sortem earum admisisset Ochoziam impijssimum Samarię.
xx.

regem. Id quidem hac ipsa de causa Eliezer filius Dodau de Maresa predixerat Reg.
futurum. Iterum requisitus Iosaphat noluit iungi illi/ satis damno suo edoctus/ tert. vl
viride lignum arido applicatum simul comburi solere/ & temerarium esse rursum timo
committere/ quod iam aperte intellexerat deo non placere. Magi Christum natum Mat
pie querentes cum forte ad Herodem diuertissent/ syderei luminis ducatum ami ch.ij.
serunt/ & tenebras patiuntur quamdiu cum illo teterrime mentis homine manent. Fa-
cessat igitur pessimus quisque a consortio tuo/ ne cum illo manendo inquineris/ ne
illum frustra docendo operam perdas/ ne illi adherendo deum offendas. Mulie
rum & conuersatio castitatem professis est vitanda. dicente in prouerbijs Salomo Pver.
ne/ Longe fac ab ea viam tuam/ & ne appropinques foribus domus eius. Quod v.
si multi aspectu illius/ multi colloquio semel initio/ multi ipsa vise forme cogitatio
ne irretiti sunt/ nonne maius periculum iminet/ vbi propius assidetur/ frequentius
verba miscentur/ vbi ridenti arridetur/ vbi crebra congressio mutue quoque factio
nis fecit licentiam? de hoc plenius suo loco differemus. restat videndum cum ab his
discesserimus/ ad quos accedere/ cum quibus nos frequentes esse nobis proderit.

De consortio habendo. cap. xxvi.

SI forte ille/ quo diu familiariter vsus es/ a via virtutis declinauerit/ retrorsum
abijt/ & sepe admonitus redire noluerit/ dimitte eum/ & membrum quod te
scandalizat/ abscide atque a te proijce. Melius enim tibi est sine illo ingredi regnum
dei/ quam cum illo mitti in gehennam. Dimitte igitur mortuos sepelire mortuos suos/
tu Christum qui vita est/ sequere/ vt viuas & eterne mortis expers efficiare. Quod
si adhuc illi se vltro ingerunt tibi/ tu auersus cum psalmista exclama/ Discedite a
me omnes qui operamini iniquitatem. declinate a me maligni/ & scrutabor man- ps. vi.
data dei mei. Nisi enim a turba hominum semoti fuerimus/ libere deum contem-
plari nequimus. quanto magis impedimento erunt iniqui/ si ab ijs non fugeri- ps. 118.
mus. Quorum consuetudini idem propheta se penitus renunciasse gloriatur/ cum
ait. Non sedi cum concilio vanitatis/ & cum iniqua gerentibus non introibo. odi- ps. 25.
ui ecclesiam malignantium/ & cum impijs non sedebo. Ita ergo hominibus vten-
dum est/ vt pomis. donec recentia & integra permanent/ grata sunt/ & gustui seruan-
tur. cum autem corrupta & marcida fuerint/ proijciuntur/ quia neque gustum delecta
re queunt/ neque odoratum. Propheta igitur malorum consortio refutato/ quos adi
turus/ cum quibus consessurus sit/ continuo declarat dicens/ Lauabo inter inno
centes manus meas/ & circundabo altare tuum domine. Quid est istud? nisi quod idem
precipit & ait/ Cum sancto sanctus eris/ & cum innocente innocens eris/ & cum ele ps. 17.
cto electus eris/ & cum peruerso peruerteris. Inter innocentes autem manus la-
uare/ est eos imitando iustitie operationibus exerceri. Altare autem domini circundat/
qui sacramenta eius alta mente contemplatur/ & celestium meditationum fruitur
iocunditate. Sed nisi cum magis discedere curaueris ab Herode/ & illos comites
ri/ illis adherere studueris/ quorum vite splendor & sanctimonie claritudo tibi dux
esse poterit vsque ad Christum/ neque manus digne lauare/ neque altare domini commode
poteris amplecti. Audi ipsum ad discipulos dicentem/ In quacunque ciuitatem/ aut Mat.
castellum intraueritis interrogate quis in ea dignus sit/ & ibi manete donec exea- th.x.

tis. Denigratur enim boni viri fama hospitio infami. honesto autem ac pudico cō-
mendabilis redditur. ⁊ quali quisqꝫ consortio gaudet / talis eē ⁊ ipse iudicat. Opti
morum similitudo morum Jonathā iunxerat Dauidi / Heliseum Helię / Paulum
Petro / reliquos etiam Aplos innocentia inter se animiqꝫ simplicitas copulauerat. Solus cum illis nequiuit permanere sacrilegus iudas / qui eum / quem illi amabant / ipse vendidit. ⁊ hic quidem de grege vnī egressus fauctibus incidit lupi ac periit. Ipsos vero concordes inter se erga dnm affectus saluauit. Quibus ille in euāgelio ait / Si duo ex vobis consenserint super terram / de omni re quācūqꝫ petierint /
Matth. 18. fiet illis a patre meo / qui in cęlis est. Ubi autem sunt duo vel tres congregati in nomine meo / ibi sum in medio eoꝝ. Porro illi in nomine Christi congregati sunt / qui pari mente atqꝫ animo Christo seruiunt / ⁊ piis orationū actionūqꝫ obsequiis deo famulantur. Optimi cuiusqꝫ lateri crebro adherens / nunq̄ nō addisces aliquid / vel dictum sapienter / vel factum prudenter / vel obseruatū sancte. Adde q̄ neqꝫ precepta / neqꝫ exempla / quę literis mandata legimus / ita mouent / vt sanctoꝝ hoīum viua vox / ⁊ p̄sens oīs aspectus / ⁊ vitę totius tenor oculis expositus ac manifestus. Miranda siquidem plurimorum gesta audimus / nōnulla tamen q̄ difficilia factu arduaqꝫ videntur / suspenso animo accipimus / vix fidem adhibentes relationi aliene. de his autem quę oculis intuemur / quę p̄sentes inspicimus / dubitare non est nec ambigere. aut cuius testimonio credemus / si nostro contenti non fuerimus? Cū igitur nihil certius esse possit / q̄ quod ipsi coram audiuimus / coramqꝫ spectauimus / nihil etiam magis ad capessendas virtutes nobis proderit / q̄ semper si fieri potest / cū sanctissimis viris ⁊ colloqꝫ conuersari. In illis enim cernendo nō dissimilia iis quę de aliis legimus / cū firmius quę a scriptoribus tradita sunt credemus / cū ardentius quę a nobis visa cognitaqꝫ fuere / imitabimur. considerantes / q̄ magnificus / q̄ benignus dn̄s noster sit / q mira quęqꝫ operandi confert gratiam credentibus in se ac sperantib⁹. Nisi enim ille bona cūcta suppeditaret / ad tantam sanctitatis perfectionem hominis imbecillitas nūq̄ peruenisset.

De paupertate colenda. cap. xxvij.

SEd gratiam istam accipere non merentur mūdi diuitiarūqꝫ amatores. Ut igitur ⁊ sanctorū viroꝝ cōsortio digni simus / ⁊ ipsos imitandi donec nobis facultas / victu tm̄ necessario cōtenti Christo seruiamus. Magni animi est caduca cōtēnere / ⁊ ea q̄ stabilia ęternaqꝫ sunt sectari. Si Christi discipuli fieri cupimus / meminerimus q̄ nō de diuitū turba sibi discipulos elegit dn̄s / sed de pauperꝫ grege ⁊ egenoꝝ. Petrus / Andreas / Joānes / Jacob⁹ / piscatiōe victū sibi q̄rebāt. relictis retib⁹ ⁊ naui secuti sunt Christū. Ex his postea Petrus cū Joāne cuidā claudo ele-
Act. 3. mosynā petēti respōdit / Aurū ⁊ argentū nō est mihi / qd aūt habeo hoc tibi do / In noīe Jesu Christi surge ⁊ ambula. Quis diuitū talē elemosynā dare vnq̄ potuit / qualē tūc hi pauperculi dedere / vt claudus q baiulabatur / statim ambularet? Deniqꝫ de ipsa Aploꝝ inopia / qd euāgelia testātur / olim in p̄phetis fuit p̄dictū. vt illud plurimi faciēdū scias / de quo neqꝫ noui scriptores / neqꝫ veteres tacuerūt / In Esaia le-
xxix. gitur / Pauperes hoīes in sancto israel exultabūt / sanctificabūt sanctū Jacob / ⁊ deum
iij. israel p̄dicabūt. In Sophonia ad hierusalē loquitur dn̄s / Derelinquā in medio tui

populū pauperē & egenū | & sperabūt in nomine dn̄i. Indecens enim ac valde icō-
gruum foret | vt diuitias possiderent serui | & dn̄s e diuerso paupertatis angustijs gau
deret. Quippterea qdem in terra paupertatem coluit | vt suo exemplo doceret | ter
rena cōtemnenda esse | & cęlestiū tantūmodo curam habēdam | nec fragilibus dele
ctari oportere | sed ęternis. Nihil enim in terra habere voluit Saluator noster. quod Mat-
ipse fatetur dicēs. Non hʒ filius hois vbi caput suū reclinet. non habuit vnde vni⁹ th. 8.
stateris tributū pro se & Petro solueret. & vt penuriam istā non necessitatis esse sed Mat-
voluntatis agnosceres | in ore piscis primū capti quęrere staterē iussit | & inuentū th. 17.
exactoribus dari. Maluit pecuniam qua satisfaceret mirabiliter cōparere | q̄ȝ apud
se repertam offerri. Poterat lapides in gēmas | in aurū ligna conuertere | qui de ore
piscis fecit staterē repente adesse. & tamen semper alieno vsus est hospitio | semp ob-
lata ab alijs stipe sustentatus est. nudus iacuit in pręsepio | nudus pependit in cru
ce | atq; is qui cęli terręq; erat dn̄s | nec syndonem suam habuit | qua velaretur mor
tuus | nec suū quo conderetur sepulchrū. Qd̄ si omniū dn̄s in tāta rerū egestate in
hoc sęculo viuere voluit, pudeat sacerdotes | erubescant ep̄i | amplas sibi ędes con-
struere | cumulandis pecunijs operam impēdere | vestibus ꝑciosis renidere | om-
nibus deniq; mundi delicijs diffluere | & se Christi seruos profiteri. non tales elegit
Christus | non talia pręcepit | nec talem se metipsum exhibuit.

De diuitiarum confidentia. cap. xxviij.

Ecclesię cura nobis cōmissa ē inquiūt. vt ergo ipsa ecclesia ab aduersariorum
iniuria tuta sit | necessariū est nos opibus viribusq; pollere. Quasi vero infir-
mata sit dextera excelsi | & eam ecclesiam | quam labore pauperum fundauit & auxit |
pręsidio pauperū tueri nequeat: seruare nō possit? Dicant igitur | cū populus chri-
stianus multo grauiores ꝑsecutiones pateretur | q̄ȝ modo patitur | qs tūc Antistitum
eius diues erat? qs arma tractabat? qs vim virib⁹ repellebat? Cędebātur qdē chri-
stiani | sed Christi religio perire nō poterat. Quinimo quanto magis infideles ty-
rāni sęuiebāt | tāto mirabili⁹ credētiū nūerus augebatur. Creuit ergo Christi eccl̄ia
non diuitijs | nō potētia hominū defensa | sed sola vi diuina protecta | & nūc seruari
non poterit | nisi opulēti fuerint | nisi locupletes atq; potentes extiterint | q ei pśunt?
Quid est aūt qd̄ propheta clamat | Oīa ossa mea dicent | dn̄e qs similis tibi? eripiēs p̄s. 34
inopē de manu fortiorū | egenū & pauperē a diripientibus eū. Igitur non in pecu
nia | nō in virib⁹ potentię humanę | sed in dn̄o confidite. Qd̄ si ei seruiēdo perituras
opes | vt debetis | contēpseritis | oib⁹ inimicis vestris fortiores eritis | illo q oīa pōt |
protegente ac tuente. Si vobis curę erit | continentius viuere | mandata dei perfice
re, ecclesię opes non in vestrum vsum conuertere | sed indigentib⁹ distribuere | aut
defendet vos dn̄s ab infideliū violentia | aut nō defendet. si defendet | tuti eritis. si
non defendet, per patiētiam martyrij a dn̄o coronabimini. & ecclesia dei gloriosi⁹
ędificabitur in cęlo | q̄ȝ ꝑmanet in terris. Neq; enim lapidei parietes isti | vel ꝑdia |
vel vrbes | vel prouincię | vel regna | ecclesia dei sunt | sed ipsa Christum credentium
atq; confitentium congregatio. quę cū de terra tollitur | in cęlum transfertur. vt quę
īter mūdi turbines fideliter militauit | iā supra mūdū secura triumphet | & omni
terrena potestate sublimior dicat | Super inimicos meos despexit oculus meus. p̄s. 53

Sacerdotis arma sancte orationes sunt. Uos itaqꝫ cũ Moyse ꝛ Aarone orate in
monte | ꝛ victu necessario contenti | cetera cedite inopi | vidue | pupillo | miserorum
sepulture | captiuorum redemptioni | oppressorum tutele | pietatis operibus | propu
gnatoribus quoqꝫ ac ducibus militie christiane. vt comparatis plurium virib⁹ ho
sti impietati fortius resistant. ꝛ illi quidem non in se sed in deo confidẽdo vestris
expēsibus adiuti vincent. Quã diu his contraria agitis | ecclesiam quoqꝫ pati cõtra
ria necesse est. Que quoniam vobis cõmendata est | sanguis eius de manibus ve
stris requiretur. quia nõ quomodo Christus | neqꝫ quomodo Apostoli pro illa sta
tis | sed qualiter vestra vobis persuadet libido. non vt oportet viuendo | sed potius
vt delectat. Latos agros | regias domos | tyriãtinas vestes | auream argenteãqꝫ sup
pellectilem | phaleratos equos | venaticos canes | nobiles seruos vultis possidere |
non vt Christi discipulos decet | sed terre dños | ꝛ ea rerũ copia | que nec veteri | nec
noua lege conceditur vobis | abundare. Nam cum populus israel ad terram pro
Numeri missionis translatus esset per singulas Tribus diuidendam | Sacerdotali tribui ē
xviij. a dño dictum | In terra eorum nihil possidebitis | nec habebitis partem inter eos |
ego pars ꝛ hereditas vestra in medio filiorum israel. Possessionem itaqꝫ non sunt
Mat- sortiti Sacerdotes | ꝛ tñ decimas ac primitias quibus sustentarentur | ꝛ loca in q̄
th. x. bus habitarent habebant. Nouis vero | id est Christi discipulis dicitur | Nolite pos
Luc. sidere aurum neqꝫ argentum neqꝫ pecuniam in zonis vestris. ꝛ qui non renuncia
xiiij. uerit omnibus que habet | non potest esse meus discipulus. ꝛ qui vult venire post
Mat- me | abneget semetipsum ꝛ sequatur me | ꝛ si vis perfectus esse | vende omnia que
th. xvi. habes ꝛ da pauperibus | ꝛ habebis thesauruꝫ in celo | ꝛ veni sequere me. Nihil ter
Mat- renum promittitur Sacerdotibus | vt celestia tñ affectent | de celestibus predicẽt |
th. xix. ꝛ portionem in celo consequantur | qui in terra diuitias habere noluerunt. Quare
ergo ecclesie agri ville vici vrbes donate sunt | ꝛ Sacerdotib⁹ episcopisqꝫ distribu
te? Certe non vt in his ipsi luxurientur | sed egenos pascant. non vt sibi nũmos in
de congregent | sed vt inopum turbe dispensent | vt miserorum necessitati succur
rant | ꝛ stipendia quoqꝫ militibus ministrent | qui pro religione | pro fide | pro iusti
tia contra infideles decertant. Ecclesie igitur bona pauperum sunt | quorum Sa
cerdos non possessor | preter vite necessaria | sed dispensator est. Qui autem dispen
Ad Ti sat | fideliter dispenset | ꝛ audiat Aplm dicentem | Habentes alimenta ꝛ quibus te
mot. i. gimur | his contenti simus. nam qui volunt diuites fieri | incidunt in tentationem
ca. vi. ꝛ in laqueum diaboli ꝛ desyderia multa inutilia ꝛ nociua | que mergunt homines
in interitum ꝛ in perditionem. radix enĩ omnium malorum est cupiditas. quam
quidam appetentes errauerunt a fide ꝛ inseruerunt se doloribus multis. Tu autẽ
o homo dei | hec fuge. ad Timotheum enim scribebat. Qui ergo talia non fugiũt |
sed augendi peculij cupidine ducuntur | non homines dei sunt | sed mãmone ser
ui. Homo dei est qui cum Christo pauper est | vt in Christo diues sit.

De diuitiarum malo ꝛ paupertatis bono. cap. xxix.

prouer. Uidit ꝛ Salomon quantum periculi in diuitijs esset | ꝛ precatus est deuꝫ di
xxx. cens | Mendicitatem ꝛ diuitias ne dederis mihi | tribue tñ victui meo ne
cessaria | ne forte saciatus illiciar ad negandum ꝛ dicam | quis est dñs? aut egestate

compulsus furer ⁊ periurem nomen dñi mei. Sed quoniam supra modum locu-
pletatus fuit/in id quod timebat incidit. Diuitiarum copia delinitus voluptatib⁹
seruiuit. mulierum quas adamauerat/diis templa posuit. Et si vir alioquin sapiē
tissimus sic insaniuit/quis confidit continentem se fore/si diuitiis affluere sibi con
tigerit? Diuitię luxuriam pariunt/luxuria turpis libidinis est mater/turpem a utē
libidinem dementia comitatur. Diues pręterea ad inferendam iniuriam prom-
ptus est/ad tolerandam impatiens/inanis glorię cupidus/ęqualibus inuidēs/hu
miles despiciens/ac proinde aliorum famę non facile parcens/opulentię ostenta
tor/paupertatis irrisor/ad vitia audax/ad bonū animi tardus. Diuiti quoq; mul
ti inuident/plurimi insidiantur/⁊ spoliis eius ditari cupiunt. Sed q̄uis nemo in
sidietur/ille tamen metuit domi fures/foris latrones/⁊ cibus illi pariter suspectus
est ⁊ somnus. nec minus interdum animi sollicitudinibus q̄ fortunis abundat. Reg. 4.
Pauper vero vbiq; tutus est/vbiq; securus. Capta hierosolyma Nabuchodono- xxiiii.
sor Caldeorum rex omnia transtulisse babylonem dicitur/solos pauperes reliq̄sse. Hier.
ne ignores paupertatem etiam inter hostes quandoq; manere illęsam/nec frustra xxxix.
esse dictum/Pauperes fiducialiter requiescent. Iidem submissius supplicāt ⁊ ef- Esa.
ficacius exaudiuntur. iuxta illud/Deprecatio pauperis vsq; ad aures perueniet. et xiiii.
illud in psalmo/Exaudiuit pauperes dñs/⁊ vinctos suos non despexit. Quorum Eccl.
autē exauditur oratio/iis pro breui inopia/ęterna tribuitur beatitudo/dicēte dño xxi.
beati pauperes spiritu/quoniam ipsorum est regnum cęlorū. ⁊ beati qui nūc esu- ps. 68.
ritis/quoniam saturabimini. de diuitibus vero econtrario est dictū/q facilius trā
sibit camelus per foramen acus/q̄ diues ascendet ad regnum cęlorum. Cui sen-
tentię ⁊ illud euangelicum congruit/Esurientes impleuit bonis/⁊ diuites dimisit
inanes. Quid enim illo homine magis vanum/qui diuitiis/quas mox vita dece-
dens relinquere cogitur/diu se fruiturum sperauit? aut quid felicius illo/cui ꝓ ter
renorum contemptu bona compensantur cęlestia? Ideo piissimus Tobias filiū
consolabatur dicens/Noli timere fili mi/pauperem quidem vitam gerimus/sed Tob.
multa bona habebimus/si timuerimus deum/⁊ recesserimus ab omni peccato ⁊ iiii.
fecerimus bene. Melius est igitur (vt psalmista ait) modicum iusto super diuitias ps. 36.
peccatorum multas. ⁊ Salomon in prouerbiis. Melius est parum cū timore dñi/ puer.
q̄ thesauri magni ⁊ insatiabiles. Nam qui in humilitate sanctam colit pauperta- xv.
tem/postea in paradisum translatus exaltatur in gloria. Quoniam deus suscitat a ps. 112
terra inopem ⁊ de stercore erigit pauperem/vt collocet eum cum principibus/cū
principibus populi sui. hoc propheta in psalmo ait/quod in alio affirmat dicens/
Iudicabit dñs pauperes populi/⁊ saluos faciet filios pauperum/parcet inq̄t pau ps. 71.
peri ⁊ inopi/⁊ animas pauperum saluas faciet. ⁊ iterū alio loco/Pauper ⁊ inops ps. 73.
laudabunt nomen tuum. Ne cui tamen fraudi sit/de paupere humili/iusto deū-
q; timente ac spontaneo ista prędicantur/non de illo qui inuitus indiget ⁊ indi-
gnatur/⁊ intemperanter concupiscit/⁊ ne inopia quidem oppressus humiliatur.
Nec de illo qui pauper sub humilitatis pallio hypocrisim nutrit/vt quasi sanctus
laudetur ab hominibus. Hic enim quanto pluris vulgi opinione ęstimabitur/tā-
to vilior coram deo contemptibiliorq; apparebit. Simulata sanctitas aurū adul
terinum est/exterius quidem preciosum apparens/intus vilissimum existens/cuꝫ
frangitur tunc manifestum fit quale fuerit/⁊ inter rudia ęramenta despectū abii-

citur. Qui vero nihil dolose | nihil ficte agunt | sed libenti animo sua omnia relinquunt | vt pauperes pauperem sequatur Christũ | hi apostolice beatitudinis atq3 dignitatis consortes efficiuntur | z ab ipso dño simul audiunt | Amen dico vobis q vos | qui secuti estis me | in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue | sedebitis z vos sup sedes duodecim iudicantes duodecim tribus israel. z omnis qui reliquerit domum | vel fratres | aut sorores | aut patrem | aut matrem | aut vxorẽ | aut filios | aut agros pper nomen meũ | centuplũ accipiet | z vitã eternam possidebit. O omnibus diuitiis pferenda paupertas | omni auro | omnibus gemis preciosior | cui tanta ac talia promittuntur.

Matt. xix.

Ne quis timeat necessaria sibi defutura. cap. xxx.

Act. v. Matt. vi.

Veruntamen ne quis Ananie z Saphire vano abductus timore ne sibi necessaria desint | si relictis omnibus Christũ sequi voluerit | partemq3 reseruare in animo habuerit | audiat ipsum dicentem | Nolite solliciti esse dicentes | quid manducabimus | aut qd bibemus | aut quib⁹ operiemur: hec enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester | q2 his omnibus indigetis. Querite ergo primum regnũ dei | z iustitiam eius | z hec omnia adijcientur vobis. Hoc veterũ nouorumq3 nobis euenta confirmant. Israheliticus ppls cum esuriret | mãna de celo nutritus est | cũ sitiret | aquam de petra repente manantem bibit. Agar cũ puero eiecta in solitudine angeli indicio ne siti periret | aquam inuenit. Sansoni sitienti de maxille asinine molari aqua effluxit. Helias cũ hominũ subsidia non haberet | a coruis pascitur. z vidue que se filiosq3 suos defraudans panem pp he porrexerat | hydria farine non defecit nec lecytus olei fuit iminutus. Idem propheta | q fuit Helias thesbites | cũ Iezabele fugeret | z fame sitiq3 fatigatus mori optaret | somno expectus reperit ad caput subcinericiũ panem z vas aque | z refocillatus est. Idem viginti panibus ordeaceis centũ viros deo pstante satiauit | ita vt etiam superesset. Daniel morti addictus | z in lacu leonũ conclusus allato mirabiliter prandio reficitur | z inter ferocissimas bestias manet securus. Dñs noster Iesus Christus | sine quo factũ est nihil | quinq3 panibus z duob⁹ pisciculis in deserto quinq3 milia virorũ exceptis mulieribus ac paruulis reddidit saturata | z reliquie collecte duodecim cophinos impleuerũt. Iterum pari miraculo quattuor milia hominũ pter paruulos z mulieres panibus tñ septem memoratur satiasse | fecisseq3 vt satiatis septem fragmentorum sporte superessent. Discipulos ergo inter nauigãdũ anxios q panes ferre secum obliti essent | iusta correptione incessuit dicens | Quid cogitatis inter vos modice fidei | q2 panes non habetis? nõdũ intelligitis neq3 recordamini qnq3 panũ z qnq3 miliũ hoiũ | z quot cophinos sumpsistis? neq3 septẽ panũ z quatuor miliũ hominũ z quot sportas sumpsistis? Vtq3 nobis constaret | nihil oĩno qd necessariũ sit | seruis Christi defutuꝝ | alias ab eodem interrogati illi | cũ ad predicandũ missi essent sine sacculo | sine pera | sine calciamentis | an aliquid ipsis defuerit: responderunt | defuisse sibi nihil. Proinde experimento iam edocti | nec sitim nec famẽ nec nuditatẽ timebant | q2 nihil habẽtes | quasi omnia possidebant | dũ nullius rei egerent | z modico contẽti essent | vt magna mererentur. Qd aũt sequitur | Sed nũc q habet sacculũ | tollat similiter z perã. z qui non hz | vendat tunicam suam z emat gla-

ppls isrl. Agar Sãson helias vidua. Helias daniel Matt. 14 Matt. xv. Matt. xvj Luc. xxij.

dium. non reor esse simpliciter preceptum | sed iminentis persecutionis causa denunciatu per sacculu quippe ac peram | famis et sitis future malum innui | per gladiu patientia martyrij designari mihi videtur. sacculus enim et pera victui seruit | gladio autem fidei ab impietate psequentium defendimur. Porro per ea que superius dicta sunt | rerum qrendarum solicitudo tollitur | non ocium imperat. Querite inquit primum regnu dei. Sed qui regnum dei querit | non solum celestiu contemplationi | aut impertiende alijs doctrine vacat | sed etiam manib' operat | partim vt alimenta sibi paret | partim ne desidie se dedat | et quiescente corpore | feruor quoque animi erga diuina succensi tepescat. Sic fecit Paulus | trimodo sabbatis cum Judeis disputans | ceteris diebus arte schenofactoria se exercens. Quod si ad victum labor non suffecerit | aliunde id quo indiges tibi adijcietur. Licet enim et ab ijs accipere quos doces. quia dignus est operarius cibo suo | et qui altari seruit | fas est ei viuere de altari. i. de his que templo offeruntur. Omnis enim rerum vtendarum oblatio pauperum census est | non eorum quibus sua satis sunt. Cum autem omnia defuerint | tunc demum manum suam porriget deus | et qui mundo quoque seruientes alit | sibi seruientibus deesse non poterit. Ideo respicite inquit volatilia celi | que non serunt neque metunt neque congregant in horrea | et pater vester celestis pascit illa | nonne vos pluris estis illis? Deinde consyderare nos iubet lilia agri quomodo crescant | quali colore tegantur. et si inquit foenum agri | quod hodie est | et cras in clibanum mittitur | deus sic vestit | quanto magis vos modice fidei? Unde ipse deus | veluti non habens quorum iustius curam gerat | quam eorum qui sibi in paupertate famulantur | in Esaia ait | Ad quem respiciam nisi ad pauperculum et contritum spiritu | et trementem sermones meos? Hinc illa psalmiste adhortatio est | Timete dominum omnes sancti eius | quoniam nihil deest timentibus eum | diuites eguerunt et esurierunt | inquirentes autem dominum non minuentur omni bono. Queris quomodo diuites eguerunt? Ille qui purpura induebatur | qui laute opipareque coenitabat | in inferno sepultus gutta vna aque indiguit. Rursum queris quo pacto pauperculi deo seruientes bonorum compotes fiant. Lazarus mendicus erat | vlcerosus esuriensque micas illas que de diuitis mensa cadebant. translatus autem in sinum Abrahe in locum beatorum omni bono coepit abundare. Quis vtriusque fine perspecto non dixerit | et illius infelicissimas diuitias | et huius felicissimam mendicitatem? Breuis est presentis paupertatis toleratio | future vero remunerationis vbertas perpetua est et perennis. quod testatur Jacobus apostolus dicens | Nonne deus elegit pauperes in hoc mundo | diuites in fide | et heredes regni? Nequem igitur dum domino seruit | paupertatis grauent angustie | cogitet quam grande beneficium sit | ab ipso eligi | fide ditari | et celestis regni fieri heredem.



Act. xviij

Math. vi.

lxvi.

ps. 38.

ij.

Explicit Liber Tertius.

Incipit Liber Quartus Charitatis.
De Charitate erga deum. cap j.



Uae ad fidei speiq; virtutes magis ptinere arbitror | hactenus dicta sūt. Restat vt charitatis quoq; officia deo adiuuante exponamus. easq; simul ptes tractemus | que illi ɔgruere videbuntur | bonis mala more nostro conferendo. vt legentes | & qd sequendū sit | & quid vitandum discant. Diliges inqt Saluator | dn̄m deum tuū ex toto corde tuo | & ex tota anima tua | & ex tota mēte tua. hoc ē maximum & primum mandatum. Secundum autem simile est huic. Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet & prophete. Prima igitur charitas est | quaz deo debemus. huic ppinqua | q̄ homines prosequendi sunt. Deum ex toto corde tunc diligimus | cum nihil eius dilectioni equamus | sed quecūq; nobis chara sunt | secūdo loco habemus quod nisi prestabimus | deo frui non poterimus. Ait enim | Qui amat patrē aut matrē plus q̄ me | non est me dignus. & qui amat filium aut filiam plus q̄ me | non est me dignus. Ex tota autem anima deum diligimus | cum ne vite quidem nostre parcimus | dum ei obsequimur | nihil timendo eos | qui corpus occidunt | sed illum potius | qui & corpus & animam potest mittere in gehēnam. cum ipse dicat | Qui perdiderit animam suam ppter me | inueniet eam. Hoc quidez sancti pstiterunt martyres | qui temporalem vitam pro Christo offerentes | accipere meruerunt eternaz. Ex tota vero mente deuz diligimus | quando fide certissima | quicquid de deo sancta sentit ecclesia complectimur | & cuncta que vel animo voluimus | vel opere implemus | ad ipsius cultum atq; honorem dirigimus. nec quicq̄ omittimus | quantum in nobis est | quod ad eius dilectionē referri possit. Diligamus ergo dn̄m deū nostrum toto corde | nequid illo charius habeamus. tota anima | ne per illius nomine corporis tormenta morteq; ipsam | si casus inciderit | quicq̄ formidemus. tota mente | vt omnis nostra cogitatio omnisq; actio ad vnum finem tendat | placendi videlicet deo | eiusq; conspectu perpetuo perenniterq; fruendi. Super hoc triplici proposito fundata charitas non inepte fortasse sub illo contineri videtur fermēto | quod acceptum mulier | id est anima deo dedita abscondit in farine satis trib⁹. hoc est | in corde | in anima | in mente. donec fermentetur totum. donec ipsa tota in charitatez conuersa | & quod fide tenebat | & quod spe pstolabatur | hoc in deo | quē super omnia dilexit atq; coluit | iam possideat | & bono incōmutabili quod possederit | feliciter perfruatur. Isto charitatis genere dilexit Christum suum Petrus | quādo concupiuit cum illo habitare in monte | quando viso Jesu super aquas ambulante de naui desiliens ad illum ire contendit solus reliquis in naui residentibus | admirantibusq; hominis audaciam nihil metuentis | nisi cum mergi coepisset | qn etiam ei de sua cruce pdicenti respondit | Et si me oportuerit mori tecum | nō te ne

Mat. th. xxij
Mat. th. x.
Mat. th. x.
Luc. xiij
Petr⁹

gabo. Tā z si pstare nequiuerit quod promiserat | promisit tamen tāq̄ pstaturus. z certe prestasset | si non sue imbecillitati | sed dei virtuti confidens promisisset. Quū preterea Christo dn̄o seruis suis pedes lauanti | indignū ratus vt dei filius ad tantam descenderet humilitatem | respondit | Non lauabis mihi pedes in eternum. Postq̄ tamen audiuit | se non habiturū partem cū illo | nisi ab eodem se lauari permitteret | continuo mutata sententia | dn̄e inqt non tm̄ pedes | sed z manus z caput. vsq̄ adeo expauit | ne ab eo separaretur | quem totis animi affectib⁹ diligebat. Quādo etiam stans pro dn̄o solus aduersus armatam cohortē strinxit gladiū | percussitq̄ principis seruū | plures forsitā percussurus donec inter multorū arma z ipse cōcideret | nisi furentis animū euisdem dn̄i iussa repressissent. Post resurrectionem quoq̄ eius gloriosam | cū de naui illum in littore stantem agnouisset | non expectauit donec remigando ad terram perueniret | sed omnis more impatiens misit se in mare vadoq̄ precurrens primus omniū illi se coniūxit. Ceteri enim post eū nauigio applicuisse dicūtur. Et quoniam semper pcipui erga dominū suū amoris ardore flagrauit | dignus iudicatus est | cui cura dominici gregis committeretur. Atq̄ vt charitatis merito id sibi tribui intelligeret | interrogatur a dn̄o an ipsum amaret | z affirmanti statim dicitur | vt eius quem se amare confessus est | oues custodiret | ecclesiasticiq̄ pastoris officio fungeretur. Ter rogatus | ter se eum quem negauerat | diligere respondit. z trina charitatis confessio trine negationis crimen deleuit | atq̄ ipsum confitētem | vt ceteris pesset dignū reddidit. Sūt z alia in euangelio amoris eius argumenta | que consulto pretereo | ne prolixior sim. Illud tm̄ commemorabimus | qđ ei cū alijs fuit cōmune. Omnes qppe Apostoli omnibus que habebant relictis secuti sunt dn̄m | magis eligentes in paupertate cū Christo viuere | q̄ in diuitijs cū hoc mūdo | z persecutiones z verbera z necem cū illo sustinere | q̄ cū terre regib⁹ honorari | cū semel gustassent | q̄ suauis | q̄ dulcis est dn̄s anime querenti eū. Sed nec mulierū illarū modica charitas fuit | que cū animo tum corpore eū secute de proprijs facultatib⁹ (vt euangelista ait) ministrabant ei. z sicut egentem sua ope sustentabant | ita in patibulo pendenti lachrymas lamentaq̄ obtulerūt | sepulcrū quoq̄ cū aromatib⁹ quesierūt | nihil omittentes qđ singularis erga amatū dilectio videbatur exigere. Nec solū officiosas verum etiam audaces amor fecerat. Profecte eni vt corpus vngerent in sepultura | neq̄ noctis tenebras | neq̄ sepulchri custodes timuerūt. Qđ si he vt in sepulchro tūc iacentem honorarent | omne contempserūt periculū. Quantū culpandi sunt illi | qui dn̄i aliquid tale metuūt | iam in celo regnantem offendere non formidant? Eandem animi magnitudinem pro eius amore pstitit Ioseph | qui de sepeliendo corpore anxius | nō est veritus illud a Pilato poscere | z concessum tollere | z syndone inuolutū in nouo condere monumento. Hūc in amore audacia | Nicodemū commendat liberalitas. Mixturam ad corpus vngendū myrrhe z aloes attulisse fertur | quasi libras centū. Non pepercit impense | dū suo erga dominū satisfacere nititur affectui. Hi ergo cū in finem vsq̄ Christū suū dilexissent | ostenderunt perseuerantia opus eē in amando. Perseuerauit Maria ad monumentū plorans | z prima resurgentis domini gloriam videre meruit | z q2 proposuerat | nisi inuento dilecti corpore inde nō recedere | digna fuit cū reuiuiscente priusq̄ ceteri colloqui | z tam admirāde eius resurrectionis nūcia fieri. Hanc charitatis continuationem ipse etiam dn̄s preci-

Jo. xxj.
Sācte mulie. Mar. xv. Mat. th. 28.
ioseph. Mat. th. 27. Nicodem⁹.
Jo. xx.

Jo.xv. pit discipulis dicens / Manete in dilectione mea. ⁊ qua ratione in illa permanere
queant docet subiungens / Si pręcepta mea seruaueritis / manebitis in dilectione
mea. Quisquis ergo se dei sui amatorem profitetur / ⁊ mandatis eius non obtempe
rat / mendax est. cum libera mandatorum obedientia veri in deuꝫ amoris indiciū
sit. Quanto autem vsui nobis existat ista charitas / testis est peccatrix illa / de qua di
Luc. 7 ctum est / Remittuntur ei peccata multa qꝛ dilexit multuꝫ. testes sunt discipuli / q̄
Jo.xvj bus dn̄s dixit / Ipse pater amat vos / qꝛ vos me amastis. Amando igitur ⁊ a pecca
tis absoluimur / ⁊ deo chari efficimur. non ea charitate qua etiam improbos dilige
re dicitur vt creator / sed qua electos dūtaxat amplectitur vt Saluator. Hęc de cha
ritate / quā deo debemus / dicta sint satis / si quicq̄ꝫ de illa satis dici queat / sine qua
nihil est salutare / nihil sanctum / nūc in proximos amoris officia pensemus.

De charitate erga proximum. cap. ij.

Mat. S Ecundum charitatis mandatum superiori simile esse dixit dn̄s / Dilige pro
th. xxij ximum tuum sicut teipsum. Homo ad imaginem ⁊ similitudinē dei factus
est / non ad ęqualitatem. Ideo simili charitate ⁊ non pari est prosequendus. Fieri enī
non potest / vt creatori ęquiparetur creatura / ⁊ finitum idem sit cum infinito. Deū
ergo dilige plusq̄ꝫ teipm̄ / hominem sicut teipsum. Tunc autem teipm̄ diligis / cuꝫ
illa agis / quę tibi ratio suggerit / non quę voluptas blanditur. hoc est / cum viā illā
arctam quę ducit ad salutem ingrederis / non illam latam / quę ad p̄cipitium ten
dit perditionis. Qd̄ si sic alijs quoqꝫ agere / sicqꝫ incedere optas / ⁊ quantum in te ē
compellis / verę dilectionis p̄ceptum obseruasti / ęque ac teipsum proximos tuos
amando. Qui vero luxurię deditus perniciosas mortiferasqꝫ sequitur voluptates /
atqꝫ ad eas vsurpandas cęteros hortatur / certum est ab illo neqꝫ se quidem ipꝫ di
ligi / neqꝫ proximum suum. Hic nempe seipsum non modo nō diligit / sed etiā odit
maxime / cum nemo ei capitalior hostis sit / q̄ꝫ ipse sibi / q̄ꝫdiu vitijs malęqꝫ animi li
bidini seruit. Quid enim magis noxiū esse potest homini q̄ꝫ peccatū: per quod ⁊ bo
num summum amittitur / ⁊ ad sūmum malum peruenitur. vera est igitur illa cha
ritas / qua tum nos ipsos / tum proximos nostros ita amamus / vt ⁊ peccata caue
antur ⁊ colatur virtus / ac simul iuuetur proximus / ⁊ honoretur deus. Oportet itaqꝫ
finem esse bonum / quo dirigatur charitas. qui si malus fuerit / quicq̄d vel sibi vel
amico blanditus egeris / non charitas est / sed sub charitatis persona latens exitia
Jo.xiij le odium. A quo q̄dem discipulos suos cauere volens dn̄s ait / Mandatum nouū
do vobis / vt diligatis inuicem / sicut dilexi vos. Igitur sicut Christus dn̄s nos dili
git / ita ⁊ nos diligamus nos ipsos proximosqꝫ nostros / non ad pompam / nō ad ho
nores / non ad delicias / neqꝫ ad opes cumulandas / sed ad earum rerū exercitatio
nem atqꝫ cultum / q̄bus ęternum cęlesteqꝫ bonum comparatur. In hoc inq̄t cogno
scent omnes / qꝛ discipuli mei estis / si dilectionem habueritis ad inuicem. Non er
go loqui linguis neqꝫ prophetare / neqꝫ nosse mysteria / neqꝫ habere fidem / neqꝫ bo
na pauperibus erogare / neqꝫ postremo corpus tradere vt ardeat / discipulum Chri
sti probant / sed sola ista talis / qualem debere esse diximus / dilectio. Quam vt aui
dius capiamus / iterū idem dn̄s superiorem sententiam repetit dicens / Hoc est p̄
Jo.xv. ceptū meū / vt diligatis inuicē sicut dilexi vos. ⁊ seq̄tur / Maiorē hac dilectionē ne

mo hz | q̄ꝫ vt aiam suaꝫ qs ponat pro amicis suis. deinde paulopost | Hec mãdo in quit vobis | vt diligatis inuicē. p hoc q̄ð pcipiendo replicat sepius de dilectiōe | maiore studio ꝛ diligētiore cura sequēdã eē demōstrat. Quicqd enim magis psuadere cupimus | hoc crebrius auditoꝝ aurib⁹ inculcamus. Maximã aūt charitatē illã eē dixit | que ne vite qdem nostre parcere nos hortatur | dū consultū volumus proximoruꝫ saluti. Et certe pferendū est cuiusqꝫ hois anime perēne bonū caduco ac trãsitorio vite nostre bono. exempli gratia | seuiēte in christianos psecutione aliqs tormentoꝝ necisqꝫ metu videtur Christū negaturus | tūc tu debes aiuꝫ eius in speꝫ vite melioris erigere | nec pati | vt te tacēte ꝛ mortis vitãte periculū ille separet a Christo | iūgaturqꝫ diabolo | ꝛ in eternū pereat. Mori tibi multo magis expedit | ne frater tuus in tartaꝝ corruat | q̄ꝫ viuere | ꝛ ei in tãto anime piculo fluctuãti nō succurrisse. Qð nisi ita affect⁹ erga primū tuū fueris | pceptū (vt ego reor) nō implesti charitatis. Quo eni alteꝝ diligis sicut teipm | si tibi parcis | ꝛ illū perire pmittis: cū presertiꝫ patiēdo pro dño ꝛ te ꝛ illū saluare possis | ꝛ vna cū illo ad martyrij coronã puenire? Dñs p seruis passus ē | ꝛ tu p fratre tuo pati recusas? Aplīqꝫ sniē resistis dicētis | Christus p vobis passus est | nobis relinquēs exēplū | vt seq̄mur vestigia eius. Petri epla. j. ca. ij. Sꝫ memēto q: sicut dictū est | nullã eē maiorē charitatē erga primū | q̄ꝫ pro illo animã | id est | vitã istã ponere | ita maioris charitatis maius eē meritū | ꝛ apud dilectionis remuneratorē deū excellētius pmiū. Vñ Saluator noster notū eē volēs | q̄re mulieri peccatrici multa dimisisset peccata | cām intulit ꝛ ait | q: dilexit multū. simulqꝫ subiūxit | Cui aūt minus dimittit | minus diligit. Ceteꝝ in omni vite necessitate ordo tenēdus ē in digētib⁹ subueniēdi. In reꝝ pari inopia | ppinqorib⁹ prius opeꝫ feras | q̄ꝫ minus ppinqs | ꝛ domesticis q̄ꝫ extraneis | ꝛ fidelib⁹ q̄ꝫ infidelib⁹ | ꝛ bonis deniqꝫ q̄ꝫ malis. Jesus eni dñs noster aū se a pastorib⁹ q in iudea erãt | q̄ꝫ ab alienigenis adorari voluit. ꝛ ante in Nazareth vbi nutrit⁹ ꝛ educatus fuerat | Esaie pphetiã recitãdo se manifestū fecit q̄ꝫ hierosolymis | ꝛ aū iudeos ea q fidei sunt | docere studuit | q̄ꝫ alienigenas natiōes. Quã qdeꝫ rem postea apostoli quoqꝫ ipsi confessi sunt | ad illos dicētes | Vobis oportuit pmū pdicari regnū dei | sed q: indignos eos vos fecistis | ecce conuertimur ad gentes. Itaqꝫ in distribuendis ex charitate reb⁹ | in eos qui pariter indigent | ratio aliqua ducenda erit | cognationis | conditionis | religionis | ac bonitatis. ꝛ hoc quoties opus erit vel docere ignaros | vel corripere delinquentes | vel exhortari pigros | vel consolari afflictos | vel tolerare iniuriosos | vel etiam pro persecutoribus orare. Item cum oportebit pascere esurientes | potare sitientes | inuisere infirmos | suscipere peregrinos | tegere nudos | redimere captiuos | ꝛ funerare defunctos. Atqꝫ hec fere sunt charitatis pietatisqꝫ officia lucis eterne mercede rpēsanda | nisi forte aliquo inanis iactãtie fumo īfecta fuerint atqꝫ obscurata. de qb⁹ singulis erit suo loco disserēdū. Interiꝫ aūt ēt inimicos amare a dño discamus.



Elemosyne distribuē dē rō.

Act. 13

De charitate erga inimicos. cap. iiij.

Diligite inquit inimicos vestros | benefacite his qui oderunt vos | ꝛ orate pro persequentibus ꝛ calūniantibus vos. Quoniam tribus quidem modis ab aduersarijs nostris offendimur | his ijsdem vt illis propiciemus iubemur. hoc est | corde | opere | ꝛ ore. Illi in corde odium seruant | tu retine dilectionem. Illi opere Matth. v.

lędunt|tu beneficijs contende. Illi ore detrahūt|consultantur|maledicūt|tu pro eis vt se se corrigant|& correcti saluentur depcare|Sequtur enim|vt sitis filij patris vestri qui in cęlis est|qui solem suū oriri facit super bonos & malos. & pluit sup iustos & iniustos. Uide quanta est huiusce dilectionis merces. bonum pro malo reddendo filij dei efficimur|deoq3 similes reddimur. Ille solis pluuięq3 beneficium|hoc est temporaliū bonoꝝ vsum|tam malis q3 bonis communem esse voluit. vt & tu charitatem tuam sicut cum amicis ita & cū inimicis communices|omnibus prodesse|nulli nocere cupiens. Quid aūt inter amicorum inimicorūq3 dilectionez intersit declarat dicens|Si enim diligitis eos qui vos diligunt|quam mercedez habebitis? non ne & publicani hoc faciunt? & si salutaueritis fratres vestros tm̄|quid amplius facitis? nōne & ethnici hoc faciunt? Amare quippe amantez naturę lex ē. amare vero inimicū filiorum dei proprium est & sectatorum Christi. Quāobrez cōcludens ait|Estote ergo vos perfecti|sicut & pater vester cęlestis perfectus est. Sicut ille perfectus est secūdum immensitatem diuinę naturę|ita & vos estote perfecti iuxta mensuram atq3 paruitatem naturę vestrę humanę. Sed nemo in se confidat|vnusquisq3 imbecillitatis suę memor ad illum qui solus potest omnia confugiat. & ab ipso gratiam postulet|sine qua perfecti esse non possumus. Porro quēadmodum superius diximus|proximum esse diligendum|eodem fini & inimicus erit diligendus. Id enim ei potissime optandum censeo|id pręstandum|ex quo ab iniuria cessando melior fore speratur|& correctis tandem moribus creditur salutem consecuturus. Cęterum si illum qui tibi infensus est|tam peruersi inhumaniq3 ingenij esse non ignoras|vt cum ei benefeceris|magis aduersuz te insolescat|cum submisse comiterq3 responderis|magis irritetur|huic tali pręstabis beneficium|si a beneficijs cessaueris|si a mitibus responsis destiteris|si tacueris|si deniq3 furentem tacitus pręterieris atq3 recesseris. ea dūtaxat de causa|vt ille minus culpabilis sit|cum sęuierit minus. Qd̄ si forte ideo inflatur superbia|q2 diuitijs abūdat|q2 viribus pręstat|q2 rerum prosperitatibus fruitur|ac propterea melioribꝰ inuidet|multos contemnit|nec paucos afficit iniuria|haud equidem illicitum reor|optare ei aliquam opum iacturam|corporis debilitatem|fortunę minus ex sententia fluentis iniuriam|vt elati animi vulnus|quod lenibus medicamentis suppuratur|asperioribus curetur. Uidendum tamen ne dum talia impręcaris illi|a quo mali aliquid sustines|odium vel inuidia te moueat|sed sola prouocet charitas|qua inimicum tuū meliorem effici cupias|non miseriorem|& emendatū non afflictum|neq3 hoc propter te ne ille tibi noceat|sed propter deum ne deus offendat|& propter proximum ne dn̄o suo peccando pereat. Dicet aliquis arduum nimis & difficile esse in eos beniuolentiam seruare|a quibus grauiter offensus fueris. Difficile quidem esse fatemur|impossibile negamus. Hoc fecit Dauid erga Saulem regem|& Absalonem filium. vtriusq3 necem fleuit|cum vterq3 vitę eius fuisset insidiatos|& alter eidem gloriam militarem inuideret|alter regnuz. Stephanus quoq3 protomartyr pro illis a quibus lapidabatur orauit. & Paulus de ijs qui ipsi infesti erant|Cupio inquit anathema fieri a dn̄o pro fratribꝰ meis. Ante istos dn̄s noster Jesus Christus eis a quibus vt interimeretur comprehensus fuerat|vsq3 adeo beneficium se pręstitit|vt vni eorum abscissam auriculam statim restituerit sanāq3 reddiderit|& discipulum suum|qui eam absciderat increparit. deniq3 pro illis a q-

dauid
Stephanꝰ
Paulus.
Jc.xc.

bus vincula, colaphos, flagella, vulnera, fel atq; acetum passus fuerat, in cruce pendens ignosci petijt, & errorem excusauit, Pater inquit ignosce eis, quia nesciũt qd faciunt. Talem itaq; se inimicis suis exhibuit charitatis magister, quales nos, si perfecti fieri volumus, esse debere praecepit. Non meretur dici eius discipulus, quisqs aliter aduersus inimicum suũ animatus fuerit. Ac nequid excuses, nequid causeris, non iuberis in homine amare odij crimen, sed dei opus hominem ipm. Quo modo autem deum diligis, si opus eius perire concupiscis? q̃ ergo graue peccatũ sit hominem odisse, hinc iam speculari incipiamus, vt cum cognouerimus, quantum hoc cauendum sit, magis ad queq; amandum animo alliciamur.

De malo odij. cap. iiij.

Opus dei odit, qui hominem odit. quomodo autem potest deum diligere, qui id quod ab illo factum est valde bonum non diligit? Porro deũ nolle diligere, qui prior dilexit nos, quid est aliud, nisi reprobos imitari spiritus, & ab eo a quo conditus es, desciscere atq; alienari? Cum ergo is qui homini male optat, conditori eius aduersetur & diabolũ sequatur, restat vt cuius mores sequitur, cũ eodem supplicia in inferno patiatur. Falluntur illi qui odium suum excusant, dicentes, malos homines deo quoq; inuisos esse, iuxta illud, Odiui ecclesiam malignantium, & cum impijs non sedebo. & illud, Ite maledicti in ignem eternum. & quos deus odit inquiũt, cur eosdem & nobis odisse nõ licet? Non omnia seruo cõ ueniunt, que conueniũt dño. Domini interest imperare, seruo obedire. ad dominum pertinet pro scelere punire, ad seruũ pati verbera non inferre. Odiui ecclesiam malignantium inquit dñs. Malignitatem hominum odio se habere his verbis testatur, non homines ipsos. Iniquos quoq; eterno igni deputandos ait, vt illi pro reatu puniantur, non vt ipse opus suum damnet, quasi poeniteat eum fecisse qđ fecerit. Odio ergo habet deus hominis peccatũ non naturam. Ita & tu in vno homine habes alterum qđ odisse debeas, alterũ quod diligere. Plectere autẽ delinquentes praepositi officium est. Inter equales alteri in alterum nullum ius est, nisi commiserendi, si deliquerit, commonendi ne delinquat, optandi atq; orandi, vt post delictum penitẽtiam agat, & veniam consequatur, & sperande salutis gratiã quã peccando amiserat, emendando recuperet. Ceterum qui odit hominem, tam inique de illo deliberat, vt etiam illud quod recte probeq; agentem viderit, obloquẽdo infamet. iniurie patientem timidum vocat, ecclesie limen terentem hypocritam appellat, subditos corripientem iracundum esse criminatur, & qđ virtuti ascribere deberet, hoc ad proxima ei vitia trahere nititur. Tales erant illi qui de Ioãne neq; edente neq; bibente, demonium ei inesse dixerunt. & de domino edente cum alijs ac bibente, Ecce vorator & potator vini & publicanorũ amicus. Qui ergo sic odit proximum suum, non Christianus fidelis, sed infidelis phariseus est. Ipsi quippe pharisei cum vidissent Christum egrotos in die sabbati curantem, Non est inquiunt hic homo a deo, qui sabbatum non custodit. Cũ a demonio vexatos eius ope liberari conspexissent dixerunt, In belzebub principe demoniorum ejicit demonia. noluerunt dicere in virtute dei, nequis illum et hoc deo charum acceptumq; esse existimaret, sed reprobum potius & impium, vt qui non dei auxiliũ implo

Ps. xxv (beside "Odiui ecclesiam malignantium")
Mat. th. xi (beside "Tales erant illi qui de Ioãne")

ret / sed prophanis demonum inuocationibus vtatur. Quid multa? Sicut inimi-
cus fueris / torquebit te inuidia / quoties alios aliter de illo sentire cognoueris / ⁊ nō mē-
dacio / non probro / non maledicto abstinebis / atqꝫ vnum odium in plurima te pci-
pitabit vitia / dum morum tuorum iacturaꝫ nihil ipendis vitę cupiens obesse alie-
ne. Et cum tam imoderate ferri coeperis / ad iurgia vsqꝫ contumeliasqꝫ peruenies /
post rixas ne manibus quidem temperabis / In nullo prorsus phariseis cedens /
qui tentarunt prius illum quem oderant / capere in sermone / vt captum accusarēt /
⁊ eadem malicia os eorum qui ipsum in hierusalem euntem laudibus prosequeban-
tur obstruere volebant / iubentes vt tacerent. Deinde etiam edicto statuerant / vt si-
quis eum confiteretur Christum / extra synagogam fieret. Postremo cum nullū fi-
nem inueniret inuidia / quādiu viueret ille cui inuidebatur / falsis testimonis circum-
uentum accusant / ⁊ totis animis ad necem innocentis maliuoli homines conci-
tantur. Neqꝫ ideo te excusatum putes / q2 pharisei iustum persecuti sint / tu pecca-
torem / Neminem sic odisse debes / vt nocere velis. Proinde ęquales patienter fe-
ras / in minores ita animaduertas / vt crimen detestari / illos autem diligere videa-
re. Ob hoc scelestus plectitur ab illo qui pręsit / vt a scelere desistat / ⁊ alij poena eius
territi tale aliquid committere vereantur. Quod si dn̄s seruum etiam puniendo dili-
gere debet / quō tibi fas erit / in conseruum tuū debacchari vel sęuire velle? Quē cer-
te nisi corde odisse desinis / quāuis re atqꝫ opere non offenderis / tanti criminis reus
comprobaberis / quantū mali ei optabis. Cuiuscūqꝫ enim ex odio perniciem concu-
pma.3 pieris / eius interemptor es / dicente Ioāne apostolo / Omnis qui odit fratreꝫ suū
homicida ē. Nemo itaqꝫ odio erit hūd᷑ / q ad imaginē ⁊ silitudinē dī creat᷑ ē / q Chri
sanguie redēpt᷑ ē. Si malus ip̄rob᷑ scelest᷑ fuerit / cura si potes / si nō potes opta / ⁊
deū p illo dep̄care / vt dimissa neqtia abiectisqꝫ vitijs ad v̄tutis viā ꝯuertat / ⁊ viuat.

De pace publica ⁊ priuata. cap. V.

Porro ipsius charitatis vinculum pax est. Concorditer viuant oportet / q diu
inter se amare cupiunt. non incongrue igitur de pace colenda nunc disseren-
dum occurrit. Pax quędam publica est / quędam priuata. Publicam pacem dici-
mus / cum ab armis foedere intercedente quies est / ⁊ nec offensam metuit ciuitas /
nec offendere exteros parat / sed multa status sui tranquillitate gaudet / ac reb᷑ quas
possidet fruitur perquā iocunde. Cęterum huic tantę ciuium quieti subrepere ociū
solet atqꝫ ignauia. Exinde luxurię vitia scaturiunt / quibus corrupti multorum ani-
mi / dum externam pacem fouent / domesticam perturbant / ⁊ inter se diffidere inci-
piunt / postquā foris hostem diu non senserunt. Quod ne tibi contingat / sūmopere erit
prouidendum. id est / pax quę prodesse debet / ne tibi noceat. Cum ergo ⁊ prędiorū
tuorum prouentus nullo diripiente integer intactusqꝫ seruabitur / ⁊ ex cōmertio li-
berę negociationis plurimum lucri accedet / deo gratias age / ⁊ ea quę benigne sup-
peditantur / non ad luxū tibi dari existima / sed ad exercendę virtutis occasionem.
Quantū personę ac dignitati conuenit reb᷑ tuis vtere. quicqd aūt superefluere vi-
deris / totū ad munificentiam liberalitatēqꝫ cōuerte / ⁊ hoc quod luxuria exigit / quod
ambitio exposcit / quod turpis consumēre appetit voluptas / incipe pauperib᷑ dilar-
giri. peregrinos hospitio suscipe / esurientem pasce / nudum operi / ęre alieno opp̄s-

sos redime, subsidia egrotantib⁹ mitte, mortuis iusta exolue. Ita tibi pax ista publica bene ac prospere succedet, dū copiam prestat inopie subueniēdi aliene, deuśq; demerendi. Pax autē priuata illa dicitur, que singulis iūgit singulos, redditq; concordes, veluti fuit Dauid ⁊ Jonathas, Helias ⁊ Heliseus, Paulus ⁊ Barnabas. Hac tu iocūde frui poteris, si omnibus facilem mitēq; te prestabis, si neminem ledes, ⁊ omnibus quantū in te est, prodesse studebis. si iniuriam magis pati q̄ inferre disces, vt dicere possis, Cū his qui oderunt pacem, eraʒ pacificus. si deniq; tecū ipsemet pacem habebis, etiam cum alijs habere poteris. Qui enim secum ipse discordat, quomodo cū alijs firmam concordiam tenebit? Tecum autem pacem habebis, cum repugnantem carnem spiritus imperio subdideris, ⁊ concupiscentie motū compuleris obedire rationi. Qđ cum feceris, tunc demum, ⁊ intra te animi tranquillitate perfrueris, ⁊ exterius nemo tibi erit molestus, q̄ tu nemini eris iratus ad ledendū aut mali aliqđ optandū. Charitas tamen aliquādo postulat vt irascamur, ⁊ irascendo pacem illi q̄ramus, q̄ peccando offendit. Siqdem irasci delinquentib⁹ vt corrigantur, nihil est aliud, nisi eos reuocare velle, vt ⁊ deo cui peccauerūt reconcilientur, ⁊ bonis omnibus morū sinceritate concordēt. Tūc aūt pace cū alijs composita recte vtimur, cū eius finis potissimus est, vt deo placeamus. Nam pax que deo displicet, non pax dicenda est, sed malorū cōspiratio, ⁊ odiū potius erit eligendū, q̄ ad malū consensus. Quoniam ⁊ Saluator noster cū idola vana colentiū concordiam discindere pararet, Non veni inq̄t pacē mittere in terram, sed gladiū. veni eniʒ separare hominem aduersus patrem suū, ⁊ filiā aduersus matrem suam, ⁊ nurū aduersus socrū suam, ⁊ inimici hominis domestici eius. Itaq; multo magis proderit gladius, qui putrida membra a sano corpore separet, q̄ pax que morbidas partes fouens totū corpus corrūpi patiatur. Deniq; bonū est bellū illud quo dirimitur mala pax. Bonū est inquā cuʒ vno oculo intrare in regnum celoꝝ q̄ duos oculos habenteʒ mitti in gehēnam. Oculus qui scandaliçat, quem proijci ⁊ abijcere iuberis, est amicus vel consanguineus, q̄ tibi blādit, vt sibi in vota rei iniq̄ assensuʒ p̄beas, operamue p̄stes. Expedit aūt eiusmodi hoīs inuidiā poti⁹ pati iniusta nō cōcedēdo, q̄ cōcedēdo beniuolētiā āplecti. Diuʒ q̄ppe hᵉ iuʒ paci soli⁹ dei pax semꝑ ē p̄ferēda, ⁊ p̄ hac vna oīuʒ inimicitię subeūdę.

Pax priuata.



Matth. x.

De pace seruorum Dei. cap. vi.

PAx illa dei ē, q̄ bonoꝝ aīos mutuo amore deuincit, q̄ Christo seruiētes vnuʒ corp⁹ efficit. Et hi q̄dē idē volūt, idē nolūt. q̄ oēs pariter ad vnū finē deo placēdi tēdūt. Nō est inter illos ē ⁊ nō, sʒ iuxta dn̄i p̄ceptū, ē est, nō nō. Cōcordi mēte ⁊ corpe deo fuliūt, ⁊ ad oē op⁹ bonū vnanimes ꝯcurrūt. Quid hac pace dulci⁹? q̄d vtili⁹? q̄d laudabili⁹ dici q̄at? Hic admirās psalmista exclamat, Ecce q̄ bonū ⁊ q̄ iocūdū habitare frēs i vnū. Talis pax atq; ꝯsensio vel i coenobio, vel i solitudine p̄cul a turbis cōmorātiū si fuerit, gaudeāt, q̄ ⁊ p̄ces eoꝝ exaudiūt, ⁊ ꝯtubernalē suū hūt Christū. ipso dicēte, Si duo ex vobis ꝯsenserint sup̄ terrā, de oī re q̄cūq; petierint, fiet illis a p̄re meo. Ubi eni sunt duo vel tres ꝯgregati in noīe meo, ibi sum in medio eoꝝ. Quod astruit ap̄ls ad Corinthios dicēs, Pacem habete, ⁊ deus pacis ⁊ dilectionis erit vobiscum. Consensus in eandem fidem, in eundem inuicem dili-

ps. 132.

Matth. 18.

ba. xiij

Jo. 14 gendi / inuicem iuuandi affectum / facit pacem istam. De hac dicebat Saluator / Pacem relinquo vobis / pacem meam do vobis / non quomodo mundus dat ego do vobis. Mundana enim pax non de deo idem sentire / nec iisdem moribus viuere / sed tantum ab iniuria offensisque iubet inter se abstinere. Christi vero pax in quibus fuerit concordes reddet in fide / conformes in proposito / similes in dilectione / compares in humilitate. Quod breuiter explicat propheta / cum ad dominum conuersus ait /
Ps. 118 Pax multa diligentibus legem tuam / et non est illis scandalum. et alius propheta / Si in via dei ambulasses inquit / habitasses vtique in pace super terram. Uera igitur
Baruch. 3 certaque et stabilis pax est / in dei seruitio adunatorum / diuinaque sequentium precepta legemque colentium. Eorum rete plenum magnis piscibus / id est eorum concordia virtutibus perfectionis referta non scinditur. eorum pacis tunica inconsutilis / quam a Christo receperunt / non diuiditur / neque scissuras patitur rixarum / nec tineas inuidie sustinet / sed domini presidio munita inuiolata illesaque perdurat. tunc felicius et sine fine duratura / cum de terris transferetur in celum. vt qui pacifici fuerant / filii dei fiant et vocentur. Ad pacem istam capessendam corinthios hortatur
Ad cori. pria i Apostolus dicens / Obsecro vos fratres per nomen domini nostri Jesu Christi / vt id ipsum dicatis omnes / et non sint in vobis scismata. Sitis autem perfecti in eodem sensu / et in eadem scientia. Plurimi sane hoc faciendum esse ostendit / dum cum tanta exigit obsecratione / et dum adiurat per nomen / quod est super omne nomen / testatur fidelibus maxime necessariam esse pacem atque concordiam. Quod aperte declarat / vbi
xii ad hebreos scribens ait / Pacem sequimini cum omnibus et sanctimoniam / sine qua nemo videbit deum. Nequis preterea generis conditione alteri se preferens dissi
xii dium conciet / In vno spiritu omnes nos inquit / in vnum corpus baptizati sumus / siue iudei siue gentiles / siue serui siue liberi / et omnes in vno spiritu potati sumus. In tantum autem dominus fidelium suorum pace delectatur / vt in salutationibus quoque
Math. x. pacem offerri iubeat dicens / Intrantes domum salutate eam dicentes / Pax huic domui. Et ipsemet post resurrectionem suam apparens discipulis / Pax vobis inquit.
Jo. 14 Et in celum ascensurus / Pacem relinquo vobis / pacem meam do vobis. Quin etiam tunc in carne nasci voluit / cum terrarum orbis cessantibus bellis pacem agitaret / quan
Esa. ii. do gladii iuxta Esaie vaticinium / mutati sunt in vomeres / et lancee in falces / quando
Luc. ii. angelorum vox audita est / de celo canentium / Gloria in altissimis deo / et in terra pax hominibus bone voluntatis. Ob hoc eundem reor ipsum Christum ab Apostolo significatum / cum in fine epistole ad Ro. dixit / Deus autem pacis sit cum omnibus vobis amen. Deus enim pacis est / qui inter deum et hominem pacem ponere venit / qui iudeos et gentiles inter se dissidentes in vna fide copulauit / qui noua veteribus coniunxit et vtraque fecit vnum. Christus itaque et deus pacis / et dei pax / et pax nostra est. Ex quo satis constat / illos ab eo esse alienatos / vt non gratie sed ire filii sint / qui odio habent pacem / et fraterne discordie sunt autores. Ipsum autem salutandi morem a domino traditum Apostolos postea vsurpasse scripta eorum testantur. Siquidem epistole Pauli fere omnes sic incipere et sic desinere manifestum est. In principiis enim habent / Gratia vobis et pax a deo patre et a domino nostro Jesu Christo. et similiter in fine. A pace ergo exordia sumebant / pace postrema concludebant. Nec aliter Joannes Apocalypsim ordit / nec Petrus epistolas. vsque adeo iam trita ac peruulgata erat inter Christi discipulos pacis offerende salutatio. Quoniam nostris quoque tem-

poribus obseruari cernimus/ ab ijs qui Christum apostolosq; eius imitant. Prę-
terea in lege veteri nomen pacis celeberrimu3 fuisse apparet/ ⁊ res ipsa ante omnia Leui.7
optabilis ac iocunda. Fuit olim hostia que dicebatur pacificoru3. Fuit Gedeonis Jud.6.
altare vocatum dñi pax. Legimus ⁊ Salomone3 in diebus pacis imperasse/ ⁊ ips3 Reg.t.
pacificum appellatum/ atq; ideo electum qui deo templu3 poneret/ ⁊ in hoc opus vij.
Dauidi patri prelatum/ non quia melior/ sed quia pacis fuit obseruator. Ezechias reg. fo
quoniam iactabundus gazam omnem legatis babyloniorum ostentando pecca- vij.
uerat/ per prophetam audiuit/ illam eidem genti prędam futuram. ⁊ humiliatus/ Reg. q
Bonus inquit sermo domini/ fit tm̃ pax ⁊ veritas in diebus meis. Cum itaq; non xx.
tam pro thesauro q̃3 pro pace esset solicitus/ calamitas dilata fuit ad posteros/ ipse Esa. 39
in pace/ quam diuitijs prętulerat quieuit. Judas quoq; Machabeus dux bello
strenuus/ illis quos vicerat pacem petentibus non negauit/ q̃re videtur nihil ali-
ud armis quęsisse q̃3 pacem. Justaq; esse bella illa quę bonę pacis fine geruntur.
sicut iniusta ⁊ iniqua quę aliena occupandi cupidine denunciari atq; inferri solet.
Cum igitur tanti habenda sit pax/ non imerito vt eam acquiramus possideamusq;
q; precibus a dño solicitandum esse admonemur. dicitur enim/ Rogate quę ad pa ps. cxxj
cem sunt hierusalem. Fiat pax in virtute tua/ ⁊ abũdantia in turribus tuis. In pa-
ce quippe affluere solet rerum copia/ quam bello sęuiente minui ac deficere neces-
se est. Quã obrem ad populum quoq; de hierusalem in Caldeam translatum ait Hie.29
diis/ Quęrite pacem ciuitati/ ad quam transmigrare vos feci/ ⁊ orate pro ea/ quia
in pace illius erit pax vobis. Alibi etiam est dictum/ Orate pro vita Nabuchodo- baruch
nosor regis babylonis/ ⁊ pro vita Balthasar filij eius. vt videlicet diu viuant illi/ j.
sub quibus ⁊ ipsi quiete se victuros ac secure sperabant. Hoc idem apostolus pre-
pit dicens/ Obsecro primum omnium fieri obsecrationes/ orationes/ postulatio- Ad Ti
nes/ gratiaru3 actiones/ pro omnibus hominibus/ pro regibus/ ⁊ omnibus qui in mo. pri
sublimitate constituti sunt/ vt quietam ⁊ tranqillam vitam agamus in omni pieta ma. ij.
te ⁊ castitate. Amplexanda est igitur pax cum adẽt/ precationibus querenda cum
desit/ ⁊ pro illis orandum sub quorum imperio atq; tutela vitę tranquillitate frui
contingit. vt sopito bellorum tumultu/ nullaq; interpellante molestia/ animus no-
ster ad deum contemplandum expeditior atq; liberior assurgat.

De pace animę ⁊ corporis. cap. vij.

Nisi enim ideo pacem amplectendã duxerimus/ vt virtutibus/ ob quas deo chariores sumus/ nemine impediente liberius incumbamus/ bono pacis abutimur. ⁊ quod prodesse debuerat/ nocet. Alienis a virtute tunc plane latior peccandi campus panditur/ cum illi aduersariorum non carpuntur molestijs. cum videlicet non metuunt/ ne segetem iam maturam hostis incendat/ aut frugiferas deuastet arbores/ aut pecudum greges in prędam abducat/ aut obsessos intra moenia fame sitiq; perire cogat/ aut captos bonisq; exutos vel ferro interficiat/ vel in perpetuam redigat seruitutem. Fit autem sępe dum talia formidantur/ vt luxurię libidiniq; locus pene nullus sit. Et quoniam ab his continere se summę laudis ẽ/ haud dubium/ quin voluptarijs hominibus plus mali pax afferre soleat q̃3 bellũ. quia incontinentiores reddit/ ⁊ in omne vitium oblata securitate proniores. His

ergo bellum potius optetur| vt male viuendi licentia coerceatur solicitudine peri-culorum. Modestis vero & temperantibus viris| vt animo excolendo officiosius operam impendant| belli impedimenta submoueri desyderemus. Ita enim exteriore aduersario pacato ac cessante| facilior cum isto quem assidue intra nos patimur| erit pugna. Quem certe nisi domuerimus| nisi animi in quo ratio est| ditioni subiecerimus| nihil proderit ab illis inimicis qui foris sunt| donata pax| dum ab hoc qui intus est ingetamur. Inimicus autem domesticus noster atque intestinus ipsa carnis concupiscentia est. Pacem agimus quamdiu illi non ceditur| quamdiu repugnatur| neque quod caro affectauerit| hoc fieri spiritus permittit. Caro post voluptates abire nititur| & in vitia semper est prona. Spiritus vero qui est ratio ipsa ab his abhorret| ne deo peccet| consyderans quam sit grande scelus prauae cupidini morem gerere| qua deus offenditur| & a continentiae virtute recedere qua placatur. Ob hoc quidem exclamat
ps. 33. propheta & ait| Diuerte a malo & fac bonum| inquire pacem & sequere eam. Diuertimus a malo| cum carnalibus blanditijs non acquiescimus. facimus bonum cum iussis praeceptisque paremus diuinis. Pacem ingrimus cum carnis petulantiam ieiunijs| vigilijs| laboribus domando compescimus. Et quoties in hac contentione obnixe ac perseueranter stamus| pacem illam quae cum deo est sequimur| & eam quae cum concupiscentijs est refutamus. Pellantur igitur ab animo vitia| vt locus virtutibus detur. dominetur spiritus| vt spiritui subiecta obediat caro| vt pacem quae omnem sensum superat| quae omnibus praeferenda est diuitijs| assequi mereamur. Pacem| quae nos deo conciliat| Angelis aequat| Sanctis copulat| & post victoriam in caelo coronat. Victoria enim opus est non compositione| vt pacem cum corporis quoque sensibus animus habeat. Qui quidem sensus non nisi superati quiescunt. certare autem nolenti dominantur. Repugnandum est igitur illis| & si fluxa fragiliaque proposuerint| ad ea quae aeterna sunt dirigantur. Si visus prouocat vt comptam videas mu-
Visus lierem| & in choreis lasciuientes cernas iuuenes| auerte oculos tuos. ne quod diutius consyderauerint| facilius concupiscant. Tuas etiam aures sepi spinis| & linguam
auditus nequam noli audire. neque amatorijs obscenisque cantibus vel impudicis poetarum lectionibus eas accommodes| ne forte turpe aliquid ab ijs receptum ad cor penetret| & per blanditias infusum animam feriat. Odoramenta quoque muliebrem mol-
Odoratus litiem prae se ferentia fuge| quos ea delectant illis ipsa sordet virtus. effoeminatique
Gustus & enerues duriora penitentiae officia obire nequeunt. Gulae etiam impera. & si cibos ganeatos vinaque preciosa tibi concupiscenda proposuerit| tu illi econtrario recole| Ioannis locustas & mel siluestre & syceram vinique abstinentiam| & panes ordeaceos Apostolorum| quibus dominus turbam satiauit in deserto. Obijce & multorum qui in solitudine Christo seruierunt| crudas herbas atque radices| vel siluestrium arborum fru-
Tactus. ctus & frigidae aquae pocula. Si demum ad turpe tactum libidinosa cogitatio te sollicitat| comprime manum| auerte te ab aspectu foeminae| refer ab ea pedem| tolle te de medio vim ingere cupidini. & quod bonum sit mulierem non tangere| non mihi sed Apostolo crede. Postremo singula quaeque vitia oppositae virtutis rememoratione
Ad cori. prima vij. exclude| & in carnis rebellantis periculo ad illas cogitationes quae spiritus sunt confuge. Quoties te inanis gloriae lacessierit appetitio| responde illi| Dominus resistit superbis| humilibus autem dat gratiam. Quoties cor iracundia incalescere coeperit| dic ei| Qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. & ira viri iustitiam dei non ope-

ratur. Quoties diuitiarum cupido animum titillauerit | oppone illi paupertatem Christi Apostolorumqꝫ inopiam. memorare diuitis purpurati in inferno miserias | Lazariqꝫ mendici in Abrahę sinu beatitudinem. Atqꝫ ita carni imperando et nūquā cędendo vincere assuesces | ꝛ vt semper vincas | semper time ne vincaris | vtqꝫ semper tutus sis | nunq̄ esto securus. Nam in carnis certamine cum sępe superior euaseris | nisi quotidie victam vinculis constringas | rumpet pacem | non stabit conuentis | ꝛ cum frenum momorderit | trahet te quo volet | veluti sessorem effrenis ꝛ indomitus equus. Tam diu igitur pacem cum illa habere poteris | donec vinctam compeditamqꝫ tenebis | ac tanq̄ fugitiuum seruum. nunc verberibus | nunc laboribus premes | nunc tenuabis inedia atqꝫ vigilijs. Desinit calcitrare iumentum pabulo subducto | in saturitate lasciuit. Ex his quę diximus satis cōstat | animę atqꝫ corporis pacem laboriosam admodum esse ꝛ inquietam | ꝛ sollicitam | ꝛ quę fatigationibus non solum comparetur | sed etiam retineatur. Is tamen eius fructus est | q̄ possessorem suum ad ęternę pacis bonum feliciter trāsmittat | si ipse vsqꝫ in finem ita vt dictum est egerit. Quo cum peruentum fuerit | tunc demum (vt in Esaia legimus) erit opus iustitię pax | ꝛ cultus iustitię silentium ꝛ securitas xxxij.
vsqꝫ in sempiternum | ꝛ sedebit populus meus in pulchritudine pacis | ꝛ in tabernaculis fiducię ꝛ in requie opulenta inquit dominus. Per quotidiana igitur certamina | ꝛ ipsam certaminum victoriam | qua malarum cupidinum vires conterimus | ad sempiternę tandem quietis triumphum peruenitur. Restat nunc | vt etiā pacis malignam simulationem omnibus fugiendam consyderemus.

De pace simulata. cap. viij.

Multiplex animus ꝛ fraudulenta simulatione imbutus pacem prę se ferre videtur | ꝛ ex insidijs incautos aggredi parat. Blando vultu delinificisqꝫ verbis beniuolentiam ostendit | ꝛ in corde meditatur carnificinā. Talis pax Sau- Saul
lis fuit erga Dauidem. cui se pacatum ideo respondebat | vt occasionem nācisceretur ipsum perimendi. quod certe perfecisset | nisi lanceę ictus ab eo qui petebatur fuisset euitatus. Talis pax ꝛ Joabi in Amasam collegam suum fuit. erant enī Joab
ambo Dauidici exercitus duces. amice ac familiariter ipsum alloquendo pugione transfixit. Talis pax ꝛ Jsmahelis extitit | qui amicissimum se ostendens ad Godo- Jsmahel.
liam cum decem virorum comitatu venit | ꝛ cum ijsdem conuiuio gratanter fuit
exceptus | nulla tamen benignitate amici motus est ne perficeret | quod animo ver- Hiere.
sabat | inter epulas ipsum primo Godoliam | deinde illos qui in pręsidio erant cō- xli.
cidit | oppidumqꝫ occupauit. Eo loci postea .lxxx. viros hierosolymam ad sacrificandum pergentes | vt ad se in Maspha diuerterēt rogauit | veluti pro magno habiturus | si tales hospites habere sibi contigisset. cum autem venissent | rebus vitaqꝫ simul spoliauit. pręter decem | quibus non pietate sed auaritia ductus pepercit. q̄ thesaurum in agro defossum se illi indicaturos dixerant. Talis pacis non pauca exempla in annalibus quoqꝫ habentur Machabeorum. Nam ꝛ Antio- p̄mo. 6.
chus Eupator cum pacem iurasset pręsidio syon | intra arcem receptus viola- Antiochus.
uit iuramenti fidē | ꝛ muros quos obsidione capere non poterat | fraude interceę-

prio. 7 pit dirruiq; iussit. Sic & Alchimas pacem Assideis iureiurando firmatam cũ de-
Alchi dissent, sexaginta ex eis die vno interimi fecit. Et Triphon antiochi regis adolescen
mas. tis exercitus prefectus, primo Ionathã regis amicum simulate beniuolentie blã-
triphõ ditijs illectum interfecit, deinde regem ipsum. atq; hac tanta vsus perfidia Asię re
gnum possedit. Et Ptolomeus Abibi filius Simonem liberosq; eius Mathatiã
p.xij. & Iudam ad Hiericuntem in arce Doech inuitatos, & iam vino epulisq; graues in-
xvi. uadens repenti cęde sustulit. Andronicus quoq; Antiochi regis pręfectus Oniaz
ptolo. Sacerdotem, cum iurasset nihil se ei nociturum, de asylo euocatũ trucidauit. nec
ho. iiij. tamen impune huic fuit. Ipsum enim rex capite plecti iussit, cõperto q ab Onię
Andro emulis pecunia corruptus id egisset. Non ne pax istorũ omni fuit detestabilior bel-
nicus lo? omni aperta simultate deterior? Superata est tamẽ (vt ad nostra veniamus) Iu
Iudas dę Scarioti scelere. Dominũ suum, qui est omniũ dñs, omnium credentium re-
demptor, omnium Saluator, a quo in apostolatum ascitus fuerat, quem sibi pe-
des lauisse sciebat, cum quo pasca comederat, cuius corpori & sanguini cõmunica
uerat, quem tot miracula fecisse iam viderat, quem iustum, quem pium, quẽ sem-
per innocentem & in omnes beneficum nouerat, eum (proh nefas) ad necem p-
didit, & in manibus quęrentium sanguinem eius dedit triginta non amplius ar-
genteorum pcio allectus, quos a iudeis accepit. Non fuit ergo veritus tam pphã-
no animo, tam mente impia ad talem dñm accedere, & ei osculũ pacis offerre, quẽ
tam paruo iam vendiderat. Sed vide huiusce nefandi flagitij terribilem exitum.
conscientia pulsatus veniam desperauit. quam certe si petisset impetrasset, & qui p
suis crucifixoribus orauit, proditori quoq; pepercisset. Ille tamen dolore supera-
tus ipse sibi mortem consciuit, laqueo se suspendens, & infelicem animam ęternę
mortis tenebris tradens. Ne igitur vel iudę vel alijs infidis & execratis, quoz mo
do fecimus mentionem, similis habearis, maxime in pace concilianda conseruã-
daq; cauendum tibi erit, nequid similes vel dissimiles, & erga eum cui blandiris,
aliam faciem oris, aliam cordis pstes. Alioquin dicetur tibi, quod in Ecclesiastico
est scriptum, Uęh duplici corde & labijs scelestis, & manibus malefacientib', & pec
ij catori terram ingredienti duabus vijs, vel illud Abachuc prophetę, Uęh qui po-
ij tum dat amico suo, mittens fel suum & inebrians, vt aspiciat nuditatem eius. Si
te ista parum terrent, vt paulo perplexius dicta, audi etiam illud in Hieremia scri
Hier. 9 ptum, quo nihil planius apertiusq; dici queat, Sagitta vulnerans lingua eorum
dolum locuta est. in ore suo pacem cum amico suo loquitur, & occulte ponit ei insi
dias. nũquid super his non visitabo dicit dominus? aut in gente huiuscemodi nõ
vlciscetur anima mea? Sunt pręterea qui amice admodum ac beniuole loquũtur
cum altero, & statim eidem absenti detrahunt. Ubi audit cõmendant & extollunt.
vbi autem non audit carpunt ac sugillant, & quem modo laudauerant, rursum di
ctis petulantibus incessere non verentur. Istos quoq; dei sapientia reprobat in p-
uerbijs dicens, Arrogantiam & superbiam & viam prauam & os bilingue detestor.
puer. 8 Displicet igitur illi, cui nullum placere potest malum, simulata pax, non solum il
lorum qui factis offendunt, sed etiam istorum qui de absente verbis obloquunt.
xxxvi. de quibus in Iob est scriptum, Simulatores & callidi prouocant iram dei. Ne er-
go in iram istam, qua nihil est horribilius, incidere tibi cõtingat, noli fratri tuo in-

tendere dolos. noli verbis lenibus eum palpare, vt nihil metuentem vel facilius euertas, vel securius infames. Quod si tibi tue fraudes, vt ex diuine scripture sententijs didicisti, magis nocebunt quam villi alij, que dementia est, simulata pace alios ledere velle, et teipsum in eternum damnare? alios leuiter ferire, et teipsum lethali plaga afficere? alijs fortunas, vitam, famam auferre, et tuam propriam animam, que his omnibus longe est preciosior, igni inextinguibili sine fine cruciandam tradere? Quicquid dolose maligneque agis, latere potest homines, deum nihil latet. cogitationes tuas inspicit, cor tuum intuetur. Quod si forte a pace, quam proximo tuo debes, alienatum viderit, ipse suam pacem que omnem sensum exuperat, iratus tibi denegabit. Non est pax impijs ait dominus, si non est, haud dubium quin neque erit. Ideo enim non est, quia neque dum cogitant malum, neque dum operantur conquiescunt, et post commissum ipso conscientie morsu torquentur. Ideo autem non erit, quia vita quoque defuncti eo descendunt, vbi nulla est quies, nullum ocium, sed assiduus labor, sempiternus horror, supplicia nunquam finienda. Talia quippe manent simulatores ipsos pacis, et sub amicitie persona latentes insidiatores. Non enim deo obediunt, sed praue mentis libidinem secuti, quod ipse prohibet hoc agunt. Dei omnipotentis lex est, Non mentiemini, nec decipiet vnusquisque proximum suum. Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum. Non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue eum, ne habeas super illo peccatum. Hi vero contra vetita ire audent, mentiendo, decipiendo, calumniando, opprimendo, odiendo, et odium sub pacis nomine tegendo ac dissimulando, vesteque maligne duplicitatis induendo. cum lex et hoc prohibeat dicens, Vestem que ex duobus texta est non indueris. Quanto autem magis deo inobedientes fuisse conuincentur, tanto acerbiora inferni supplicia subire cogentur. hi sunt enim quibus Propheta in psalmo per spiritum sanctum stimulatus imprecatur dicens. Labia dolosa in corde et corde locuti sunt, disperdat dominus vniuersa labia dolosa. et iterum in alio psalmo, Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum da illis secundum opera eorum, et secundum nequitiam adinuentionum ipsorum. et paulopost infert, destrue illos, et non edificabis eos. Quod si destruendi et non edificandi sunt, quis illis spei locus erit relictus, tormenta illa que in inferno sunt euadendi? Sed forsasse cum processerint doli, cum malum quod cogitauerant peregerint, se quieturos confidunt? Audiant ergo apostolum dicentem, Cum dixerint pax et securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero habentis, et non effugient. Quod si cuicumque consumato scelere letari contigerit, momentanea profecto ac breuissima est cuiusque flagitij delectatio, sed nisi poenitudo intercesserit, dolor subsequetur perennis, et nullo prorsus fine claudenda poenarum inquietudo. Quoniam pro peccato quo deus infinitus offenditur, infinita debet esse punitio. Ista nobiscum reuoluentes demus operam, nequid maligna mente fingamus coram alijs, nequid simulemus, quod vel illis vel nobis noxium fore nouimus aut iniquum, aut turpe et inhonestum. Simpliciter sine fraude, sine inductione, sine malicia, sine fuco omnes diligamus tam verbo quam opere. vt pacem sinceram puram ac veram et cum alijs et nobiscum habeamus, ipsique deo pacis placere possimus, qui de celo veniens pacem attulit terre, pacem ijs qui longe, et pacem ijs qui prope, neminem credentem respuens, omnes autem ad pacem inuitans mutue inter nos di-

Esa. xlviij.

Leuit. xix.

ps. xi.

ps. 27.

Ad thessal. i. v

lectionis. vt huius pacis merito | que in presenti est | illam perpetuam atqz perhenne | que est in futuro | consequamur. Si enim in simplicitate fraterne pacis ambulabimus | si passiones nobiscu pugnantes rationi subiugando domabimus | in Christo requiescemus | in Christo exultabimus. Ipse est pax nostra. Ipse posuit fines tuos pacem | et adipe frumenti saciat te. Ipse diligentib' pacem propitiabitur ac fauebit | et eosdem cu ad iudicandu venerit | in suum suscipiet consortium cu charita-
ps. 84 te perpetua atqz perfecta | vt impleatur quod dictum est | Misericordia et veritas obuiauerunt sibi | iustitia et pax osculate sunt.

De bonitate. cap. ix.

Et quoniam ex his que diximus colligitur | pacem prodesse omnino no posse | nisi bonis | nisi honestis | nisi iustis et virtuti sanctitatiqz deditis | opportunum videtur de bonitate ipsa nunc disserrere. Bonum igitur id esse dicimus | qd iustum ac honestum censetur | quodqz vt fiat lege diuina iussum est. sic econtrario id esse malum quod turpe | quod iniustum | et a ratione alienum | quodqz fieri celesti interdicto prohibitum apparet. Cetera vero que neqz iussa neqz vetita neqz consulta esse constat | in medio posita sunt | et nec bona nec mala iudicantur. sed si bene vtaris bona erunt | sin male mala | vt diuitie et dignitates | et huiusmodi cetera. Si ad multorum vtilitatem te conuerteris proderunt | Sin autem luxurie te libidiniqz tradideris | nocebunt. atqz his contraria paupertas iuuabit | si patienter feres | et contemptis opibus nihil amplius | qz quod sustentande vite satis est appetes | vt Christo seruias. Offendet autem si per impatientiam deum probro aliquo lacessieris | vel ad furtum rapinamqz auaras porrexeris manus. Cuncta igitur id genus bona erunt | si admixta illis virtus fuerit | mala vero si adheserit nequitia. Ad bona autem malaqz diiudicanda sapientum acquiescendum esse consilio ratio admonet. Sed sapientia in quam nullus cadere potest error | deus est. Diuinis ergo preceptis institutisqz niti | et eorum autoritate de omnibus decernere tutissimu
Mi- erit. Indicabo tibi o homo | inqt Micheas propheta | quid sit bonum | et quid dns
ch. vj. requirat a te. vtiqz facere iudicium et diligere misericordiam | et solicitum ambulare cum deo tuo. Bonam esse ait iustitiam | bonam misericordiam | sed bonoru omnium que agimus | finem in deo constituendum esse docet. Nam cum omne bonum expetibile sit | et quo melius eo magis expetendum. Nihil autem deo esse potest melius | qui solus cuiusqz boni fons et origo est. nihil ergo desyderari | nihil concupisci supra deum debet. Ille itaqz nature rationiqz repugnat | et diuine refraga-
Jac. j. tur voluntati | qui ea que bene agit | alio qz in deum dirigit. Qd si omne datu optimum et omne donum perfectum est descendens a patre luminum | vt Jacob' apostolus ait | in quem iustius decentiusqz omnes bone animi atqz corporis actiones referri poterunt | qz in eum a quo sunt: et pro quibus ipse se tibi donat dices | Ego
gen. 15 sum merces tua magna nimis. i. summa et vltra quam nihil habetur expetendu. quaqz adepta beati sumus | et propter quam solam studio incubitur virtutum | vitiaqz vitantur. Falluntur igitur illi | qui in virtute hominis beatitudinem collocant | cum beatitudo premium sit virtutis non virtus | et qui bona corporis vel fortune ei adiungunt | cum omnia caduca fragiliaqz sint | nec per se bona esse queant. Sta-

bile autem bonum beatitudo est / & perenne & perpetuum. cuius adipiscendi gratia etiam aduersa pati bonum esse dicimus / & prosperis insolescere malum. Contra vitia pugnare bonum / illis vero subijci malum. Uirtutum autem armis opus est vt vincamus / & cum his nos munierimus / omnis vincendi spes in deo collocanda erit. Sine me inquit nihil potestis facere. ipse quoque virtutes donum dei sunt / dicente Apostolo / Quid habes quod non accepisti? Si non accepisti / ora vt accipias. Petenti datur / pulsanti aperitur. Incipe velle / & mereberis accipere. Si acceperis / constanter retine / fideliter operare / vt bono fine / quod in ijs que precepta sunt perseuerantibus datur / dignus inueniaris. Firmus esto in fide / longanimis in spe / ardens in charitate. Sume scutum fidei / in quo possis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Sine fide placere deo impossibile est. Fides autem sine operibus mortua est. Utrumque seruemus / vt vite eterne spem habere possimus. Quoniam vt Joannes ait / Si cor nostrum non reprehenderit nos / fiduciam habemus ad deum. Ut autem cuncta pie recteque facta atque cogitata prosint / charitate fundata sint. ea absente nulla prodesse potent virtus / nulla iuuare operatio. & beneficia / que proximis prestamus / ab illa quam deo debemus dilectione proficisci debent. Ista quidem virum bonum efficiunt. quem eundem propter future beatitudinis expectionem non incertam beatum appellamus. & hoc edocti a domino qui ait / Beati pauperes spiritu / quoniam ipsorum est regnum celorum. beati mites / quoniam ipsi possidebunt terram. beati qui lugent / quoniam ipsi consolabuntur. beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam / quoniam ipsi saturabuntur. beati misericordes / quoniam ipsi misericordiam consequentur. beati mundo corde / quoniam ipsi deum videbunt. beati pacifici / quoniam filij dei vocabuntur. beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam / quoniam ipsorum est regnum celorum. beati estis cum maledixerint vobis homines / & persecuti vos fuerint / & dixerint omne malum aduersum vos mentientes propter me. gaudete & exultate / quoniam merces vestra copiosa est in celis. Sint ergo in te iste virtutes in terra / vt & nunc spe beatus sis / & postea beatior mercede in celo. Audi preterea & apostolum precipientem / Spiritu ambulate / & desyderia carnis non perficietis. Manifesta sunt inquit opera carnis. que sunt / fornicatio / immunditia / impudicitia / luxuria / Idolorum seruitus / veneficia / inimicitie / contentiones / emulationes / ire / rixe / dissensiones / secte / inuidie / homicidia / ebrietates / comessationes / & his similia. que predico vobis sicut predixi / quoniam qui talia agunt / regnum dei non consequentur. Ista detestare / & his que sequuntur / nauiter te accinge / Fructus autem spiritus ait / est charitas / gaudium / pax / patientia / benignitas / bonitas / longanimitas / mansuetudo / fides / modestia / continentia / castitas. Habes hic quidem / & que tibi vitanda sunt ne malus ac miser sis / & que expetenda vt bonus beatusque euadas. Ut autem virtutibus affluas / bene agendi cupiditas efficiet amorque virtutum. Illas amplecti nihil te impediat. illas deserere nihil te cogat. Mortem minatur tyrannus / sed virtus pollicetur immortalitatem. opes hostis diripit / sed virtus thesaurum suum habet in celo. quem neque fur surripere / nec tinea potest corrumpere. Quid quereris de amissione fluxe atque fragilis rei / & de eterni boni possessione mox capienda non letaris? Ad illam diu optatam beatitudinem hinc decedens peruenies / tantum vt virtutes tibi sint comites cura / quibus hec promissa est merces. Beatus es si cum propheta dicere poteris domino / In via testimoniorum tuorum delectatus sum / sicut in omnibus diuitijs. Non te pigeat diuitias

Jo. xv
ad cori. prima iiij.
prima. 3.
Matth. v.
Ad gala. v.
ps. 118

legere scripturas | audire | discere | et cum didiceris | alios docere | et quod doces ipse facere.
Qui enim docuerit et fecerit sic | magnus vocabitur in regno celorum. Diuinorum scientia omnium quidem
Eccl. 3. scientiarum prestantissima est. percepisse tamen illam nihil proderit | nisi etiam secundum
illam uiuatur. Sapientissimi Salomonis sententia est | Nihil esse melius quam letari
in opere suo | et hec est inquit pars hominis. Est enim scriptum | Opera illorum se
quuntur illos. et in euangelio non ociosis sed operarijs datur denarius. Unde Apo
Ad Gala. vi. stolus | Dum tempus habemus | operemur bonum ad omnes | maxime autem ad
domesticos fidei. Non ergo qui scit sed qui facit bonum | beatus est. Porro cum be
nefeceris | deo gratias age. Ipsius donum est quicquid boni agimus. Bonarum ve
ro actionem | bonorum contemplatio parere solet. Maximi ad virtutem stimuli
sunt | quanti ea facienda sint cogitare | per que ad summum bonorum peruenitur.
Quod nec oculus vidit | nec auris audiuit | nec in cor hominis descendit. Et cum tam
imensa tamque inestimabilis merces iustis ac virtute preditis viris proposita sit | plu
Eccl. xiiij. rimi semper haberi debet virtus. Beatus est igitur vir (sicut scriptum est) qui in sa
pientia morabitur | et in iustitia meditabitur | et in sensu cogitabit circunspectionem
Ad phi lip. 4. dei. Ad hanc considerationem et Apostolus nos vocat dicens | Quecunque sunt ve
ra | quecunque iusta | quecunque sancta | quecunque amabilia | quecunque bone fame | siqua
virtus | siqua laus discipline | hec cogitate. Talia enim cogitando proficimus | et im
pletur in nobis quod in psalmo dicitur | Ibunt de virtute in virtutem | et videbitur
ps. 83. deus deorum in syon. He sunt enim mansiones populi dei | per quas ad terram pro
missionis itur | et gradus per quos psallendo dei templum ingredimur | et scala Ja
cob | per quam de terra sublati ascendimus in celum | vt iam manifesto inuisibilis
Ad phi lip. 3. dei fruamur conspectu | et plene vereque beati simus. Ideo et Apostolus que retro
sunt obliuiscens | ad ea vero que sunt priora extendens seipsum | ad destinatum per
ps. xci. sequitur brauium superne vocationis dei in Christo Jesu | Talis est omnis iustus.
puer. xij. de quo Psalmista ait | Justus vt palma florebit | sicut cedrus lybani multiplicabi
tur. quod et Salomon testatur dicens | Radix iustorum proficiet.

Quod bonitas et perfectio donum dei sit. cap. x.

Etenim proficiendo ad bonitatis iustitieque culmen peruenient iusti | vt de mun
do exeuntes Christum sequantur | et perfectionis iter ingredi incipiant. Si
Matth. xix. vis inquit esse perfectus | vende omnia que habes | et da pauperibus | et sequere me.
Perfectionis est igitur contemptis diuitijs Christi imitari paupertatem | spretaque
inanis glorie ambitione humilitate se deijcere. quia et ipse cum eum regem vellent fa
Jo. vi. cere | recusauit dicens | non esse regnum suum de hoc mundo. et non veni inquit mi
Mar. x. nistrari sed ministrare. et cum dominus esset | seruum se fecit. Preterea semetipsum ab
negare | et aliorum subdi imperio | consumate virtutis est. quia et ipse obediens fuit pa
tri vsque ad mortem crucis. Ad hec non solum amicos sed etiam inimicos diligere |
quia et ipse pro illis a quibus tormenta patiebatur orauit. Repudiatis etiam nu
ptiarum copulationibus perpetuam seruare castitatem | quoniam et ipse castus fuit |
de casta matre genitus | de casto seruo baptizatus. Postremo pro amore dei nullum
laborem recusare | nulla refugere pericula | nullo supplicij necisque genere terreri |
omnia prius aduersa perpeti malle quam dei mandatum preuaricari. hoc erit calicem

bibere pro Christo | quem prior pro nobis bibit Christus. Qui tamē hoc fecerit | nequaq̄ꝫ in eo qd̄ pro Christo sustinet | se gratiam retulisse putet | sed beneficij plus accepisse. Idem enim ille qui pro nobis pati voluit | vt nos pro sui nominis gloria sustinere possimus prestat. Faciamus qdem satis cū obedimus. nulla tamē apud illum imperandi est causa | nisi vt remuneret obedientes. Neqꝫ enim nostro obsequio indiget deus | sed nos ipsius indigemus iussione. vt cum hoc qd̄ iussum est impleuerimus | accipere illud qd̄ promissum est mereamur. tam z si hoc quoqꝫ vt iussa pficere valeamus | eius muneris sit | cuius benignitatis est perficientibus promissa tribuere. Quicquid igitur a nobis exigit dn̄s | nihil ex eo ipsi accedit cum prestat | sed nobis dūtaxat prodest | qui pro modico bono qd̄ prestamus | bonum illud qd̄ omnem superat taxationem | ab ipso recipimus. Quanto igitur benignior atqꝫ indulgentior dn̄s | tanto nos ei promptius perfectiusqꝫ seruiamus. Quāq̄ꝫ penitus perfecti esse non possumus | donec corporis huius onere pmimur. Unde dictū est | Corpus quod corrumpitur | aggrauat animam | z terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantē. Et caro pugnat aduersus spiritum | z spiritus aduersus carnem. hec sibi inuicem aduersantur | vt nō ea que volumus faciamus. Itaqꝫ in hac vita sicut proficere | ita z deficere contingit. z quēadmodum peccatores per penitētiam sanctificantur | ita sancti per fragilitatem peccant atqꝫ delinquunt. Sanctorꝫ tamen siue iustorum nomen non amittunt illi | qui dum se peccasse dolent cito corriguntur. Peccauit Moyses | peccauit Aaron | peccauit Dauid | peccauit Petrus | peccauerunt omnes reliqui discipuli | cū tempore dn̄ice mortis a fide defecissent. Solus tamen de sanctorū numero excidit infelix Iudas. qr licet de scelere doleret | de venia tamen desperauit. Cum igitur nemo tam perfectus sit | quem non aliquando labi contingat | nemo in p̄senti potest esse perfectus | nisi pro conditiōe fragilitatis humane | scd̄m quam dictum est | Estote perfecti sicut z pater vester celestis perfectus est. non dixit | quantum ille perfectus est | quod impossibile quidem erat | sed sicut ille | vt pro viribus enitamur ei similes esse in omni bonitate z iusticia z virtute | qui ad similitudinem z imaginem suam nos creauit. Tunc autē plene perfecti z consumati erimus | cum ablata omni mortalitatis molestia in ipso viuere incipiemus. Nunc enim videmus in enygmate per speculum | tunc autē facie ad faciem z sicuti est eū videbimus. que sola visio efficit nos beatos | atqꝫ omni virtute repletos | z iam neqꝫ culpe neqꝫ tentationi obnoxios. quibus miserijs interim carere omnino non possumus. Danda tamen est opera. imo omni labore conandum | nequando in illa peccata que ad mortem ducunt incidamus. qꝛ si etiā minima queqꝫ (quantum in nobis est) vitare studuerimus | vel nullus vel rarus admodum ad grauia z que ad mortem afferant | lapsus nobis eueniet.

Sap. ix.



iudas.

Mat. v.

De moderatione virtutum. cap. xi.

Porro in exercendis colendisqꝫ virtutibus ita nos gerere oportet | vt neqꝫ ad dextram neqꝫ ad sinistram declinemus | quoniam extrema vitiosa sunt | in medio autem est virtus. Ponam inquit dn̄s in pondere iudicium z iusticiā in mēsura. Tu qui te ita institutum compositumqꝫ senseris | caue nequa inanis glorie appetitio animum tuū attollat | z qd̄ humilitate congestum est | arrogantia dissipet.

Esa. xxviij.

Ad exemplum aliorum virtus tua sit exposita semper | non ad iactantiā neqꝫ ostē-tationem. vt tua iustitia (sicut pręcipit dn̄s) in occulto sit conscientię tuę | ꝛ tamē ad laudem largitori virtutū deo pstandam | qui te viderint concitentur. Prouidemus enim bona (vt Apl's ait) non solū coram deo | sed etiaꝫ coram omnib' hominibus | vt videlicet ex cōuersatione nostra deū laudent | se corrigant | ꝛ vna nobiscū saluen-tur | Caue etiā nequādo inuideas meliorib'. q enim bonis inuidet | diuine benigni tati calūniam facit | cū omnis hoīum bonitas ex deo sit. Gaudeamus igitur bono alieno ęque ac nostro | ꝛ in alijs | sicut etiā in nobis dei beneficia laudemus. Illum vero q virtutib' nos antecellit | ꝛ diligamus corde | ꝛ opere imitemur | neqꝫ in quo ipse profecit | sed in quo nos defecimus doleamus. Si aūt contigerit | nosipsos ab alijs pati inuidiam | huiusce rei cām discussa animi nostri conscientia | inquiramus. ꝛ si hoc nostra culpa fieri cognouerimus | emēdemus | sin aliena | ęquo animo fe-ramus. Usu enim venire solet | vt malis odio boni sint | arrogantib' mites | casti in-continentibus | impijs religiosi. Uerūtamen si deo placuerimus | nihil nobis noce re poterūt hoīum iniustę persecutiones. Quinimo beati sunt qui persecutiones to lerant ppter iustitiam. Abel a fratre ob inuidiam occiditur. ꝛ idem liuor in Iose-phū inocentem fratres compulit sęuire. Armauit ꝛ Saulem inuidia aduersus Da uidem | Reges iniquos aduersus dei seruos pphetas | ꝛ cōmunem humani gene-ris inimicū aduersus Iob iustissimū incitauit. Horum autem si finem cōsyderes | fatearis necesse est | non ipsis nocuisse mala quę passi sunt | sed profuisse. Ideo qp-pe ꝛ Apostoli gaudebant in contumelijs pro nomine Iesu susceptis. Gaudebāt ꝛ sancti martyres pro veritate supplicijs affecti | quoniam per ea deū se magis deme reri sciebant. Intrepidi igitur iugula persecutorib' ferienda porrexerunt | vt fidem dn̄o integre seruatam sanguis effusus testaretur | ꝛ virtus nullo superata tormento pręmia caperet felicitatis ęternę. Nihil igitur nocere potest viro iusto | nec miser eē | quem iam beatificauit spes glorię cęlestis merito virtutum. Memento pterea vt in omnibus prudentiam obserues. pręterita recordare | pręsentia dispone | futura cogita. Tunc enim quos in aliquo crimine lapsos fuisse recolės | eorum casus te in via vitę cautiorem reddet. Quos aūt recte incedere conspicies | eoruꝫ consyderatio magis te ad amplectendam accendet virtutem. Futurorum vero memoria ꝛ ter-rebit te minis mortis ęternę ne pecces | ꝛ hortabitur vitę perēnis pollicitationib' | vt in bonis actibus perseueres | nullo labore defatigatus | nullo impeditus pręsen-tium incōmodorum periculo | omnia dura atqꝫ aspera vincens animi promptitu-dine | dum ad sūmum bonorum peruenire contendis. Et hoc quidem erit | nō mo do prudenter viuere | verū etiam iuste atqꝫ cōstanter. Quoniā iustitię partes sunt | inhonesta respuere | recta diligere | de omnibus diiudicare | vnicuiqꝫ rei congrua di stribuere. Constantię autem ab officio non discedere | nec aduersis deijci | nec pro-speris efferri | in omni rerum euentu ęquabilem se pręstare | pro religionis assertio-ne impiorum potentiam nihil vereri | ꝛ a vita prius qꝫ a fide recedere. In omni au-tem colenda conseruandaqꝫ virtute | non philosophoruꝫ opinionibus niti debeas | sed sanctarum auctoritati inherere scripturarum. Qua confirmatus intelliges cō-tra Stoicorum sententiam | posse alium alia virtute magis excellere | neqꝫ necesse esse | vt qui vnam habuerit | eum habere omnes. In Abel ante omnia quę in illo erant | laudatur simplicitas | in Enoch mundicia | in Noe longanimitas | in Abra-

[Marginal notes: ad ro. xij. — Abel, ioseph, dauid, pphę. Iob — Apli, Martyres — Abel, enoch. Noe, abrahā]

ham obedientia | in Isaac pudicitia | in Jacob laboris toleratio | in Joseph pro in- Isaac.
iuria beneficij repensio. | in Moyse mansuetudo | in Josue de dei promissione fi Jacob
ducia | in Job inuicta calamitatum patientia | in Dauide vindicte abstinentia | in ioseph
Salomone sapientia | in Prophetis ad arguendos reges animi magnitudo. In- moys.
ter Apostolos quoq; eminuit in Petro erga dominu3 pietas | in Joanne puritas | Josue.
in Paulo charitas | in omnibus veritatis prędicandę studium patientiaq; perse- Job.
cutionum. Et cum ita sit | tollitur omnino illa necessitas omnium pariter habitarum dauid.
virtutum vna habita | paritasq; cunctarum. Quę si esset | nemo magis ista q̄3 illa Salo.
virtute pręstare potuisset. neq; prorsus omnes nihil prodesse sine charitate Paulus pphe.
diceret | si nulla earū carere charitate potuisset. z si pares essent | quo staret illud | qd petr.
idem ait | Fides spes charitas | tria hęc | maior autē horum est charitas. In eadem ioannes
quoq; virtute alium magis alium minus proficere nouimus aliū alio meliorem | paulus
sanctiorem | iustiorem | perfectioremq; esse. z stellam a stella differre in claritate | at-
q; inter beatos etiam diuersitatem esse meritorum. Gradus igitur perfectiōis sunt |
vt q in infimo versantur non desperent de medio | z q medium attingunt nō diffi
dant de sūmo | quem si apphendere nequeuerint | locū tamen suum non deserant | et
eo innocentię statu quem acceperūt contenti deo gratias agant | multūq; se pfe-
cisse arbitrentur | si retrorsum non cesserint. Quādiu erūt arbor bona bonos faciēt
fructus | iustitiam conseruabūt | deum z proximos diligent | nemini nocebūt | pro-
desse omnibus cupient | vnaquaq; virtute proficere studebūt. Pręclare nobiscum
actum erit | si talia pstabimus. Verūtamen si cuncta quę memorata sunt | deo do-
nante pstauerimus | omnesq; bonitatis ac sanctimonię nūeros impleuerimus | fra
gilitatis humanę memores semper simus. dicente apostolo | Qui stat videat ne ca
dat. Non enim ppriis virib9 confidendū | sed omnis bene agēdi beneq; pseuerādi
fiducia in deo sita sit | sine quo ne cogitare qdem qd bonum est | nostra valet imbe-
cillitas. Alius aūt ita vt exposuimus institutū atq; cōpositū q̄ cōmoda sequātur q̄s
estimet? non est tamen silētio pretermittendum | qd scriptura docente didicimus.

De fructibus bonitatis. cap xij.

Primū qdē iustorum pces exaudiri | z eorum merito in ipsos quoq; vīdictā differ
ri sacrę historię vitas fidē facit. Orāti Abrahę ne periret iust9 cū ipio i euersiōe
futura Sodomorum | respōdit dñs | Parsurum se vrbi | si i ea decē tātūmō iusti fuissent gen. 18.
inuēti. Vbi itaq; cū illa ciuitate agit | in qua scorū cōuert9aliqs habet. Qñ qdē ita il
lis fauet deus | vt in ipsorum gratiā peccatorib9 quoq; z iniustis ignoscat. Ne aūt iu
stus cū scelestis vno rapiatur iteritu | Loth solus multę in deu3 pietatis vir ab an- gen. 19
gelo monitus inde egreditur | z Sodoma Gomorraq; igne de cęlo pluēte delent.
Segoro oppidulo | qd ille igressus ē vt ibi se cū suis saluaret | pepcit de9. i hoc quo-
q; ostēdēs | quāti sit apd se vel vni9 iusti meritū atq; gra. Quę res ēt i Noe cū vxore
z liberis nuribusq; suato clare apparuit. Justi qppe i arca saluati sunt | iniusti oēs di
luuio perierunt. Pręter hęc Abrahamo orante steriles foeminę pepererunt. gen. 20
Moyse orante plagę Egypti cessabant | inimici victi sunt | diuina in plebem ira Exo. x.
placata est. Illo iubente orauit Aaron | z incendium quo populus inuolueba- xvij.
tur cessauit. Eiusdem Moysi preces iis qui serpentum ictibus dispereibant | nu. 14
xvi.
xxi.

Reg.
t. xvij. remedio fuere. Helia deprecante ne plueret | suspensus fuit celi humor | per annos
Jac. v. tres cū dimidio. Quo rursum vt plueret orante | celum dedit pluuiam et terra fru-
Reg. ctum. Idem in Sarepta vidue paupercule nihil habenti | farine oleiqz copiaz non
t. xvij. largitione sed oratione contulit | filiūqz eius mortuū ad vitam reuocauit. quid ad-
Reg. huc? Fluminis cursum stare fecit | donec diuisis aquis ad vlteriorem ripam p sic-
q. ij. cum transiret. Helisei oratione aqua potu noxia salubritatem recepit | terra sterilis
Reg. q foecunditatez | vidua Samaritana cū inopia laboraret | oleo abūdauit. In Suna
iiij. ciuitate mulier | apud quaz ille hospitabatur | diu sterilis filium suscepit. et cum de-
ibidez. inde hunc ipsum filium morte sibi sublatum fleret | mox ab eo vite restitutum vi-
ibidē. dit. Idem Heliseus cum orasset | pulmentū amarum in dulcem conuertit. Centuz
ibidē. hominū turbam. xx. panib' satiauit. Leprosum Naamā sanum fecit. Ferream se
reg. q. s curim in fluuiū delapsam enatare in ligni modum compulit. Ab inimicorum obsi
vi. dione non viriū sed precū virtute se expediuit. ac ne in morte qdem miraculis ca-
ibidē ruit. mortuus mortuā hominem tactu solo suscitauit | et qui iam in corpore non vi-
Reg. q uebat | alteruz viuificare meruit. Quid multa? Diuini homines adhuc in terra de
xiij. gentes celo imperant. Sol et luna ad orationem Josue ducis cursum suū frenare
iosue. x coacti sunt | donec ille hostem persecutus vlcisceretur. Et si celestia sanctis tuis do
mine seruiūt | quanto magis terrena? Non immerito igitur tibi seruiendo regnant |
Apli. tibi famulando dn̄antur. Apostoli tui dn̄e desperatas hominū egritudines cura-
uerunt | mortuis vitam reddiderūt | demonia de obsessis corporib' eiecerūt. Ac ne
solis illis hoc datū crederemus | eadem post illos miracula per sanctos tuos facti-
tata vere fideliterqz referūtur. Ex quo satis patet | quantum diligentes te diligas |
Petr' cum per eos tuam potentiam tuāqz bonitatem mūdo manifestes. Petrus Dorcā |
ioānes Joānes Drusianam | Mattheus Egippi regis filium | Paulus Euticum a morte
math., ad vitam suscitarūt. Que terrena potestas | que nē vis efficere hoc potuisset | qd elc-
paulus cti tui dn̄e te prestante potuerūt? Per te igitur et regib' terre et populorū dominis
plus possunt. Ipsi itaqz et reges sunt | et plusqz reges | dij videlicet | quorū deorum tu
petri. p deus es. de his qppe Apls ait | Vos autem genus electum | regale sacerdotiū | gēs
ma. ij. sancta. Vere eniz rex est | qui imperat passionibus. et vere deus est | per quem sum-
Exo. 7 mus deus ea que supra naturam sunt operatur. Unde ad Moysen dixit dn̄s Ec-
ce constitui te deū pharaonis. vtpote superaturum magos pharaonis prodigiorū
operatiōe | et fideles de seruitutis iugo liberaturū in manu forti et robusta | de egy
ptoqz educturū. Et quoniam in ijsdem elucet gloria tua | quam et moribus osten-
dunt | et sermonib' declarāt | modo celi | modo nubes | modo stelle in scripturis no-
ps. xxi. minantur. De illis nāqz dictum intelligimus | Annūciauerunt celi iustitiam eius |
ps. 35. populo qui nascetur | quem fecit dn̄s. Ad illos pertinere sentimus qd legitur | Ve-
Ad co- ritas tua vsqz ad nubes. Illis conuenire non ambigimus quod Apls ait | Stella a
ri. j xv. stella differt in claritate. Iidem etiam arborum florūqz nomina sortiti sunt | mon-
tium quoqz et lapidum et liquentium aquarum. Arbor bona est | qui cum psalmi-
ps. li. sta dicere potest | Ego autem sicut oliua fructifera in domo dei. Flos est cui conue
ose. 14 nit quod in Osee pphета est dictū | Israel germinabit quasi liliū. Mons est q iu-
stitie meritis erigitur ac sublimatur | vt sustentaculū ecclesie esse videri possit | de q
ps. 86. dictum est | Fūdamenta eius in montibus sanctis. Qui enim confidit in dn̄o | sicut
ps. 124 mons syon non mouebitur in eternū. mōtes in circuitu eius | et dn̄s in circuitu po-

pulsi sunt. Lapides etiam sunt quibus dei ciuitas construitur. dicente apostolo Pe-
tro/ Si gustastis quoniam dulcis est dñs/ ad quē accedentes lapidem viuum ab pma.ij
hominibus quidem reprobatum/ a deo autem electū ꝛ honorificatum/ ꝛ ipsi tanq̄
lapides viui superedificamini domos spirituales in sacerdotium sanctū/ offerētes
spirituales hostias acceptabiles deo per Iesum Christū. Nos ꝛ apl's Paulus dicit Ad E-
superedificatos supra fundamentū apostoloꝝ ꝛ prophetarū/ ipso angulari lapide phe. ij.
Christo Iesu dño nostro. in quo omnis ędificatio cōstructa crescit in templum san
ctum dei. De quo sane templo psalmista ad dñm ait/ Tu exurgēs misereberis syō/ ps. cl.
qꝛ tempus miserendi eius/ qꝛ venit tempus. quoniam placuerūt seruis tuis lapi-
des eius. Placent dei famulis isti ecclesię lapides/ cū vitam ipsorum imitādo ad
eorum perfectionem nitūtur peruenire. Idem sicuti montes per virtutum altitu-
dinem nūcupantur/ ita ꝛ flumina propter doctrinę inundationez copiamq̄ afflu
entem. Plenissime enim viam veritatis docent. quez viaz ipsi terendo iudicis ad-
uentum prestolantur securi. vnde dicitur/ Flumina plaudent manu/ simul mōtes ps.97.
exultabūt in conspectu dñi/ quoniam venit iudicare terram. Neq̄ enim de insen- Io.7.
sibilibus intelligi potest manuū plausus aut letitię exultatio. Qui autem euange-
lio credit/ ei promittitur/ q̄ de ventre eius flumina fluent aquę viuę. Et in diuer-
sis diuersę effulgent virtutes/ vt decentius cultiusq̄ ecclesiam Christi sponsaz exor
nent. cui qdem ipse sponsus per Ezechielem vestiui te inqt discoloribus. ꝛ de qua xvi.
ad sponsum psalmista ait/ Astitit regina a dextris tuis/ in vestitu deaurato circun- ps.44
data varietate. Alij quippe datur sermo sapientię/ alij sermo scientię/ alij fides/ alij Ad co-
gratia sanitatum/ alij operatio virtutū/ alij prophetia/ alij discretio spirituum/ alij ri. j. xij
gratia linguarū/ alij interptatio sermonum. hec aūt omnia operat vnus atq̄ idez
spūs diuidens singulis prout vult. Ex his autem efficitur corpus Christi. hic nē-
pe manus/ ille pes/ alius oculus/ alius aliud membrū/ corpus vero vnum qb' di-
citur/ Uos estis corpus Christi ꝛ membra de mēbro. Atq̄ membra ista nota qdem
deo sunt/ qꝛ fortia ꝛ robusta/ quia sapientia/ quia plurimi ęstimanda. Ea ipse co-
gnoscere se dicit/ quę sua notione digna sunt/ queq̄ in suo manent corpore. ea ve-
ro ignorare/ quę extra ecclesiam sunt/ ꝛ per peccatū ab ipsa se se alienarunt. Hoc
Amos ppheta testatur cum ait/ Audite verbū quod locutus est dñs super vos filij Amos
israel/ ꝛ super omnez cognationem/ quaz eduxit de terra ęgypti dicens/ tantūmo- iij.
do vos cognoui ex omnibus cognationibus terrę. Notus enim deus tm̄ in iudea
erat/ cętera impietas negligentiaq̄ possederat. his in euangelio ait/ Recedite a me ope
rarij iniquitatis/ nescio vos. de iustis autem in psalmo est dictum/ Nouit dominus
vias imaculatorum. ꝛ hereditas eorum in ęternum erit. Porro imaculati sunt q ps. 36.
cupiditatibus repugnant/ ne dño peccent. de quibus in Delbore cantico dicitur/
Iusti cōfortati sunt in israel/ vt videlicet superent aduersarias potestates victoria- Iud.v
q̄ potiantur. Iidem dona quoq̄ sapientię ꝛ scientię accipere merētur/ Ecclesiaste Eccl.ij
dicente/ Homini bono in conspectu suo dedit deus sapientiam ꝛ scientiam ꝛ letiti-
tiam. quę nequaq̄ consequi potuissent/ nisi a dño diligerentur/ ꝛ apud eum in p-
cio forent. Unde dictum est/ Preciosa in conspectu dñi mors sanctorum eius. non
esset eorum mors p̄ciosa/ nisi precessisset vita sancta. Ob quam quidem etiam filij ps. cxv
dei effici merentur ꝛ domus in qua habitet deus. Quod filij dei fiant/ Ioānes in
epistola testatur dicens/ Si scitis quoniam iustus est deus/ scitote quoniam ꝛ oīs pma.ij

Jo.i. qui facit iustitiam ex ipso natus est. Idem in euangelio | Quotquot autem recepe-
runt eum | dedit eis potestatem filios dei fieri | qui non ex sanguinibus neqꝫ ex vo-
luntate carnis neqꝫ ex voluntate viri | sed ex deo nati sunt. Quod preterea domus
ꝑma. 3 dei sint | Apostolus Paulus Corinthios instruens declarat cū ait | Nescitis quia
ꝑma.6 templum dei estis | ⁊ spiritus dei habitat in vobis. ⁊ iterum | An nescitis quoniā
membra vestra templum sunt spiritus sancti | qui in vobis est. Et cum non modo
intra se deum habitantem habeant | verum etiam ipsi in deo habitent | hoc est in
templo non manufacto neqꝫ huius creationis. Inter vasa quoqꝫ templi cōputan-
tur. ex his Paulus vas electionis appellatus est | portans nomen dñi in gentib⁹ | ⁊
Ad tio. ipse in domino permanens. Ceteri etiam apostoli apostoliciqꝫ viri vasa electa fue-
sa.c.ij. re | vasa magne domus | alij q̄dē aurea alij vero argentea. Ad quos propheta | Mū-
Esa. 52 damini inquit qui fertis vasa domini. neqꝫ poterit esse vas domini qui ab omni-
bus nequitie sordibus non fuerit emūdat⁹. Etenim peccator quoqꝫ vas est | sed in
contumeliam factū non in honorem | vas impuꝝ | vas non dei sed diaboli. Quis-
quis igitur ⁊ spiritus sancti habitaculum | ⁊ vas dei sanctificatum atqꝫ velle esse de-
syderas | viam derelinque vitiorum | ac per virtutum semitam gressus tuos dirige |
ab ocio atqꝫ voluptatibus discede | ⁊ ad celum ascendendi labori ac solicitudini
te q̄ꝓrimum accinge. vt pro iustitie fideiqꝫ operibus mercedē cape mereare sem-
piternam | ⁊ tandem in illo pro cuius amore te exercueris | feliciter conquiescas.

De premio iustorum. cap. xiij.

Etenim si iustitia pietateqꝫ prediti homines ab omnipotenti deo tot tantisqꝫ
bonis afficiantur in terra quanto magis in celo? vbi eternum eis ipse consti-
tuit habitaculū? vbi sedem perfecte consumateqꝫ beatitudinis esse voluit. de qua
ꝓuer.3 in prouerbijs dicitur | Habitacula iustorum benedicentur. ⁊ in psalmo | Sanctifica
ps. xlv. uit tabernaculum suū altissimus. Cūqꝫ ita sit | illi proculdubio qui illuc transferē-
tur | perpetuo benedicti ac beati erunt | gaudentes in conspectu dei semper | iam si
utem consecuti nulli prorsus iniurie obnoxiam | nullius solicitudinis participē |
bonorum omnium plenam atqꝫ confertam. Idcirco Psalmista ait | Uox exulta-
ps. 117 tionis ⁊ salutis in tabernaculis iustorum. Idem alibi | Gaudebūt campi ⁊ omnia
ps. xcv. que in eis sunt. Tunc exultabunt omnia ligna siluarum a facie domini. quoniā ve-
nit iudicare terram. Tūc enim iusti rapientur ab angelis obuiā Christo | ⁊ ad par-
tem dexteram collocati cum ipso ad celeste regnum transmigrabunt. ipso Christo
domino dicente | Uenite benedicti patris mei percipite regnum a constitutiōe mū-
Mat- di vobis paratum. qui ⁊ in peregrinos hospitales | ⁊ in egenos liberales | ⁊ in affli-
th. xxv ctos fuistis misericordes. accipite tandem pro modicis magna | pro terrenis cele-
stia | pro breuib⁹ sempiterna. Hec igitur erit benedictio illa | de qua Salomon ait |
ꝓuer.x Benedictio domini super caput iusti. Quam rem latius quidem explicat psalmi-
ps. 23. sta dicens | Quis ascendet in montem domini? aut quis stabit in loco sancto eius?
⁊ respondet | innocens manibus ⁊ mundo corde. id est qui nec actionis improbe |
nec cogitationis maligne vitio fuerit pollutus. deinde sequitur | Qui nō accepit in
vano animam suam | nec iurauit in dolo proximo suo. hoc est | qui post vanitatē ⁊
insanias huius mundi non abijt | nec queqꝫ verbis ad fraudem compositis decipe-

re est conatus. Hic inquit accipiet benedictionem a dño / et misericordiam a deo sa-
lutari suo. Non enim ex operibus iustitie que fecimus nos (ait Apls) sed scdm suã ad tit.3
misericordiam saluos nos fecit. Iustitia quidem idoneos reddit ad promerendam
gratiam / sed profecto nisi Christi dñi merita accessissent / beatitudinis donũ accipe-
re / nemo dignus esset. Unde et in psalmo est dictum / Salus iustorum a dño. Ne- ps. 36.
mo igitur suis meritis arroget / qd diuine est liberalitatis / ne elatiõe amittat / quod
in humilitate sperauit. Iustus qz in omnibus se submittit / a dño sublimatur / iuxta
illud ecclesiastici / Qui operatur iustitiam / ipse exaltabitur. Non solum autem se submit- eccl. 20
tit qui iustus est / sed etiam omni proficit probitate vitiaqz deuitat. Sic eni in Esaia xxxiij
legitur / Qui ambulat in iustitijs et loquitur veritatem / qui proijcit auaritiam ex ca-
lumnia / et excutit manus suas ab omni munere / qui obturat aures suas ne audiat san-
guinem / et claudit oculos suos ne videat malum / iste in excelsis habitabit. Igitur
qui in his non ambulat / non est iustus / et qui non est iustus / habitare in excelsis nõ
poterit. Iustũ autem per eundem prophetam consolatur dñs / et promissis remune-
rationis allicit dicens / Dicite iusto quoniam bene / quoniam fructum adinuentionum Esa. iij
suarum comedet. Porro iustorum remuneratio qd est aliud / nisi eterna beatitudo?
Beati inquit propheta qui custodiunt iudicium et faciunt iustitiam in omni tempo-
re. et alibi / Beati imaculati i via q ãbulãt i lege dñi. et i euãgelio Beati q esuriũt et ps.cv
sitiũt iustitiã / qm ipsi saturabũt. Hi eni pop⁹ iustitie replebunt bonis felicitatis ps.118
eterne / et ipsa virtutũ esuries ac sitis refici merebit dapib⁹ glie celestis. dicẽte pphe-
ta / Iusti epulentur et exultent in conspectu dei / et delectentur in letitia. Illustrabun- ps. 67.
tur insuper ex diuina visiõe / et anime beatificate decor redũdabit in corpore imor-
tali atqz incorruptibili. dicente Saluatore / Tũc iusti fulgebunt sicut sol in regno pa-
tris eorum. Ceterũ ne pluribus imoremur in singulis / nemo est qui vel fando explica- [illegible] j.
re / vel cogitando queat comprehendere / quanta siue qualis iustorum in celesti regno
sit merces. Hoc tibi testatur Apls dicens / Nec oculus vidit / nec auris audiuit / nec
in cor hoĩs ascendit / qz grãde bonũ sit / qd deus ipse suis dilectorib⁹ possidendum ad co-
fruendũqz preparauit. Audiamus igit (si tale bonũ conseq cupimus) Petrũ apo- ri.pma
stolũ exhortantẽ Succincti inqt lũbos mẽtis vestre sobrij ac perfecti sperate in eã ij.
que offertur vobis gratiam in reuelatione Iesu Christi / quasi filij obedientie / non Epla
configurati prioribus ignorantie vestre desyderijs / sed scdm eum qui vocauit vos pma.j.
sanctum / vt et ipsi in omni conuersatiõe sancti sitis. Tanti est ergo facienda pie san-
cteqz viuendi virtus / quanti ipsa virtutis merces / que est summum hominis bo-
num / ad quod per hanc quidem virtutem peruenitur. Tales igitur simus / quali-
bus ista que dicta sunt / conferri credimus.

De peccatis principalibus per septem lepre genera significatis. cap. xiiij.

Porro bonitatẽ ipsaz magis ac magis expetem⁹ / cũ peccati quoqz mala cõsy-
derauerim⁹. Quicqd legi diuine aduersat / qcqd virtutib⁹ ẽriũ ẽ rõniqz repu-
gnãs / pctm ẽ. Inter pctm et dlictũ qdã discernũt / delictũqz leui⁹ eẽ aiũt. Id eni deli-
ctũ dici / cũ nõ facim⁹ qd dbem⁹ / pctm vo cũ cõmittim⁹ qd nõ dbemus. i illo boni
omissionẽ eẽ / i hoc ppetrationẽ mali. vtroqz tñ vocabulo scriptura plurib⁹ i locis in-
differẽter idẽtificeqz vtit. Ceterũ nõ parua inter se peccatoz discrimina sũt / cũ aliud alio
lõge grauius sit detestabileqz magis / vel diuersi generis atqz cõditiõis. Pctm i lege ve-

teri p lepraꝫ significari nouimus / et sicut varię ibi leprarum species notantur / ita varia eē peccata manifestū est. Colore habituq; diiudicantur lepre / sic pctā specie atq; pondere. Non incongrue igitur ipsa septem capitalia vitia septem generibus leprę nunc comparare conabimur. Prima quidem lepra describitur coloris albi in cute carnis viuę cum capillorum aspectu mutato. Albedo ista pallor inuidię est.

Leuit. xiij. inuidia.

Inuidus de alieno bono dolens liuidam pręfert faciem. dumq; male affecti animi stimulis agitur et inquietatur / in carne viua vitium esse dicitur. Tunc autem et capillus mutatur / cum relicto rationis consilio / cuius in capite sedes est / prauę cupidinis affectum sequimur. Nihil autem nequius / q̄ꝫ quos imitari debemus / eis inuidere velle. Alterum lepre genus florere dicitur / ac totum quidem corpus a capite vsq; ad pedes occupare / quę tamen mūda esse putatur / nisi caro viua apparuerit. Hanc equidem mentis torporem esse reor / et ad ea persoluenda quę tenemur ociositatem atq; ex tedio neglectum / quod vitium accidiam appellant. Ea sane totum hominem possidet / dum mollem penitus et effoeminatum reddit. Munda autem est nisi caro viua apparuerit / qr vitium istud nec stultis / in quibus ratio mortua est / imputatur / nec mala valitudine affectis / quorum bona voluntas morbo impedita est corporis. Tertia lepre species / vlcus est in carne natum et sanatum / et in loco vlceris cicatrix alba siue subruffa / et carne reliqua humilior pressiorq; / pili etiam in candorem versi. Ulcus in carne auaritiam esse existimo / cuius vuln⁹ tūc obductum videtur / cum auarus adeptus est quod concupierat. Ceterum qr nec adepto satiatur / nondum sanatum vulnus cicatrix inequalis ac discolor ostēdit. Et quoniam ille nulla copia contentus in superfluis parandis cumulandisq; laborat semper / pilos habere dicitur q sunt superflua corporis. cicatrix aūt alba delectationem in acquirendo indicat / ruffa ardorem in concupiscendo. Quartuꝫ leprę genus dicitur / Caro et cutis igne adusta et sanata / sed et ipsa cicatricem habens albam siue ruffam reliqua cute humiliorem / pilorum colore mutato / atq; in cicatricis cute lepra excrescente. Quid est lepra ista / nisi libidinis igne succensa appetitio? quę tunc quidem sanatur / quando vel explet legitimo matrimonio auiditatē / vel coercet excolendę castitatis gratia. Sed si pristinę voluptatis recordatio labefacere ac mutare coeperit propositum / nec iam meretricari erubuerimus / cicatrix suscepit inequalitatem cutis et coloris pilorumq; mutationē. Conuersa est. n. in candorem carnalis delectationis / et in rubedinem inflāmatę auiditatis / et in lepram excrescentem. eo q frequenti vsu non satiatur turpis libido sed magis accenditur. Quintū genus lepra capitis est et barbę in viro vel muliere. cū locus humilior fuerit reliqua carne / et capillus flauus solitoq; subtilior / lepra inquit capitis et barbę est. Caput et barba gulę contigua sunt. non inepte igitur lepraꝫ hanc ad crapulę vitium referemus. Quoties per ingluuiem impotes rationis facti fuerimus et iā nec lingua suum implere officium valuerit / capitis ac barbę lepra erit. Non capitis et barbę Aaron / in quibus est benedictionis diuinę vnguentum / sed capitis et barbę eorum qbus māna fastidio est / et egyptię carnes voluptati. Capillus aūt flauus / qui meretricibus conuenit / gulosorum impudentiam designat. quorum temeritati nihil obstat / quin semper obscenum ac turpe aliquid aut dicāt aut faciant. Tunc vero extenuatur capillus / cum bona animi per luxuriam consumūtur. Locus autē leprę vbiq; humilior pdicatur / qr in ea pte virtus aię deprimit / in q̄ peccat / nō i qua nō p eccat. pōt enī fieri / vt aliqs ptiꝫ v̄tutib⁹ pstet / partiꝫ alicui vitio dedit⁹ sit.

Auaritia

Fornicatio

Gula

Sexta lepra caluicij est. Si in caluicio inquit | vel recaluatione albus vel ruffus color fuerit exortus | et hoc sacerdos viderit | condemnabit eum haud dubie lepre | que orta est in caluicio. Quoniam caluitium sūma capitis occupat | per hoc superbie elationem signari reor. Semper se supra se erigit superbus | inani tumet gloria | pares contemnit. Cum de animi bonis inaniter se se iactat | albus color ē in vertice. cū de bonis corporis atqz fortune gloriatur | rubedo que corporeis conuenit | sedet in capite. Et qz caput caluitio deforme fit | vtpote capillorum ornamento vacuū | innuit nobis | nihil esse honesto viro indecentius | qz inanis ac superba suimet iactatio. Septima vero ac suprema istarum | que in Leuitico simul tractantur lepra | nō hominis esse dicitur sed vestimēti. Uestis linea inquit siue lanea | que lepram habuerit in stamine atqz subtegmine | aut certe pellis vel quicquid ex pelle confectū est. si alba vel ruffa macula fuerit | infecta lepra reputabitur. Demus hanc (si libet) qd reliquum est | iracūdie vitio. Cum enim nulla animi passio ita hominem infatuat atqz dementat vt iracūdia | merito lepra ista non hominis est | sed vestis. hoc ē eius qui nihil in se hominis habet preter figuram. quiqz vestimentum hominis dici potius debet. qz homo. Qui cito irascitur | leuis est vt linum | qui cito placatur | mollis vt lana. qui inaniter furit | vestis ex pelle ferina est. Homo enim cum in honore esset | non intellexit | comparatus est iumentis insipientibus et similis factus est illis. Lepra hec in stamine est et subtegmine. qz iracundus et intus furore estuat | et foris petulanti ore rixatur. Quoniam autem vbiqz color alb⁹ ac ruffus lepre tribuitur | queri potest | quō albedo peccato conueniat | cum p̄sertim ecclesia in canticis nigrā se prius fuisse fateatur cum erraret | deinde formosam | cum credens Christo sponso iuncta esset. qua ratione igitur lepra candida est vel ruffa? Sed qz vel tegimus peccata vel ostentamus | ideo arbitror lepram candidam hypocritarū esse sepulchris similium dealbatis. Ruffam vero lepram illos habere | qui manifesto et sub multorum conspectu erubescenda cōmittere non verentur. Deniqz Saluatori qui peccata nostra tulit dicitur. Quare rubrum est indumentum tuum. Preterea fit plerūqz vt cum in peccato deprehendimur | ora inficiat rubor | dū accusari magis qz peccare pudet. Quare etiam locus lepre humilior est qz cetera que sana sunt? qz peccatum ad terram animam premit | humiqz allidit | vnde et labi atqz cadere dicitur q peccat. stare vero et rectus esse qui non peccat. humilem itaqz lepre locum grauitas peccati facit atqz pondus. de quo Dauid lamentabatur dicens. Iniquitates mee supergresse sunt caput meum | et sicut onus graue grauate sunt super me. Non est huius loci de hostijs quoqz et expiationibus lepre disserere | satis sit generatim ista breuiterqz perstrinxisse. Nec tamen omittemus illud quoqz lepre genus obiter attingere | quod post aliqua seorsum describitur | vt maius aliquid innuat | qz qd cum illis que simul enumerata sunt | cōmune sit. Lepra hec domus est habentis in parietibus valliculas pallore siue rubore deformes humilioresqz superficie reliqua. Domus ista ecclesia Christi est. hec maculas patitur dum hereticorum fallacib⁹ argumentis impugnatur. pallor et rubor in maculis est. qz hi quidem fidelibus inuidendo liuent | atqz irascendo inflāmentur | sed veritate victi eisdem tādem cedūt. atqz ita reliquis orthodoxis inferiores inueniūtur. Recte itaqz sacerdos lapides in quibus orta est lepra | erui ac proijci iubet | et parietes radi | vt omni prorsus ablata errorum spurcitia nec maculam habeat Christi sponsa | nec rugam. Non ante pu-

[Marginal notes: Superbia (beside line 1); Ira (beside "Septima vero"); Color albus (beside "Quoniam autem"); Color ruffus (beside "similium dealbatis"); Cur locus lepre humilior et ps. 37. (beside "Quare etiam locus"); Heretici Leui. xiiij. (beside "Lepra hec domus")]

lulare coeperunt hereses, quam disseminatum est euangelium, nec ante lepra haec iussa est obseruari caueriqz quam filij israel terram ingressi fuerunt promissionis. Porro sicui nostra leprarum expositio duriuscula fortasse videbitur et extorta, sequatur alios, qui in ipsis enodandis magis sibi placuerint, dummodo sciat omnes in hoc conuenire, vt lepram peccatum esse asserant. Ergo huiusce morbi vi foeditateqz perspecta, cogitet, quanta peccati, quod ei comparatur, deformitas, qualis pernicies sit. Sicut enim lepra totius corporis pulchritudinem demolitur, ita omnem animae decorem corrumpit peccatum, atqz hoc solum malum est, quo illa ledi perireqz possit. Nunc tandem vnde digressi sumus, eo reuertamur, vt aliam quoqz peccatorum differentiam explicemus, ac postremo, quae ex illis incommoda nobis oriantur ingrauius.

De peccatorum differentia. cap. xv.

Quaedam peccata ita leuia sunt ac minuta, vt his carere omnino non possimus, et quia veniam facile impetrent, a nonnullis venialia nuncupantur. Haec quidem a regno dei non excludunt, aditum tamen ad illud nobis tamdiu impediunt, donec expientur. Nihil enim inquinatum illuc intrabit. Sed nunc de illis duntaxat nobis erit sermo, quae mortifera sunt, quaeqz vitari et debent quidem et possunt. aut si commissa fuerint, penitentiae doloribus extenuari purgarique, alioqui ad aeternum interitum compellent non penitentem, tanto acrius puniendum, quanto delinquendo ab equitate recessit longius. Etenim ex his quoqz quae perniciosa sunt, aliud alio execrabilius iudicatur, ac proinde maiore dignum supplicio poenaqz acerbiore mulctandum. Quodcunqz autem peccatum leuiorum modum excesserit, mortiferum erit. ideo in scripturis dicitur peccatum ad mortem. non ad mortem hanc omnibus communem, sed ad illam quae propria damnatorum est. quae vtiqz illos quos inuadit, non perimit, sed quo nihil est tetrius, nunquam morituros eternis cruciatibus torquet, doloreqz afficit omni morte magis expauescendo. Porro ex hac delictorum specie illud maximum esse creditur, quod blasphemia in spiritum sanctum in euangelio nominatur. Huius criminis a domino Saluatore coarguti sunt iudei, cum dixissent, eum in belzebub non in dei virtute eijcere demonia. Patet ergo peccatum in spiritum sanctum tunc perpetrari, cum quis dei opera alijs tribuit, non errore deceptus, sed studio simulatis actus, vt dei laudem sua peruersitate obscuret. Quicunqz inquit dixerit verbum contra filium hominis remittetur ei. qui autem dixerit contra spiritum sanctum, non remittetur ei neqz in hoc seculo neqz in futuro.
Mat- th. xiij. Pec. i spiritum s. In filium hominis peccat, qui opinione falsus Christum purum hominem putat. Quae quidem culpa, quae ex ignoratione est profecta, ad credulitatem conuersio atqz correctio protinus condonatur. Siquis vero aperte opera dei intelligens virtutem calumniatur, dum religioni nostrae inuidet, et quae per spiritum sanctum facta sunt, impie ad diaboli potestatem refert, huius culpa irremissibilis esse decernitur. Non quod penitentibus aliquid non remittatur, sed quod sic peccanti ad penitentiam conuertendi se facultas denegatur, velut indigno dei gratia qui sciens ac prudens deo ausus sit aduersari, et iam cognitam sibi veritatem linguae pestilentia polluere, tantoqz se sacrilegio sponte astringit. Illos quoqz in inferno magis plectendos credimus, qui eruditi dentes, euangelicisqz instructi doctrinis delinquunt, quam qui mandatorum dei ignari peccant. quod testatur Saluator dicens, Seruus qui scit voluntatem domini et

non fecit / vapulabit multis. qui autem ignorauit & non fecit / vapulabit paucis. Quis preterea negauerit maius esse peccatum eorum qui sub euangelio sunt / quam qui olim sub lege erant? Quis enim nescit / eum magis teneri / qui iam accepit beneficium / quam qui promissum adhuc expectat? Illud autem quod ab israhelitis multo tempore fuit speratum / nobis in aduentu Christi est persolutum. Tanto igitur plus ingratitudinis committimus / mandatis domini non obtemperando / quanto plus accepimus gratie. Ex his que dicta sunt / liquido apparet / inter peccata / que ad mortem commissa dicuntur / aliud alio maius esse / plurisque poene mereri / & sicut genere ita & grauitate differre. Quin etiam in eodem genere peccati esse quasdam accessiones / que peccatum grauent si contigerint / eleuent si non contigerint. Non est huius loci de iis referre. nimis enim prolixe tractationis erunt si referantur / & peccatorum distantiam ostendisse sat est. nequis forte cum Stoicis delyret / & paria esse putans / non magis timeat interimere hominem quam ledere. Nosse insuper debemus / vt supra est dictum / siue leue / siue graue peccatum fuerit / si minutorum mensuram preterierit / poene ignis eterni esse obnoxium / & inferni supplicia grauitate distare non tempore. quoniam exilij eorum omnium qui illuc relegantur / finis est nullus. Restat nunc vt de mortifero crimine in communi loquendo / que peccantem incommoda sequantur perscrutemur. vt magis pateat / eiusmodi peccatum quam fugiendum atque vitandum sit / cum perspexerimus / quot illud qualiaque mala sequantur.

Que mala peccato accedant. cap. xvi.

Bonus deus bonorum autor non malorum est. Cum ergo ille qui cuncta fecit valde bona / hominem quoque bonum fecerit / quis eum ex bono malum reddidit / nisi voluntas mala de libero procedens arbitrio? Itaque idem ipse qui ex deo bonus erat / ex se factus est malus. Integrum illi fuit / naturam bonam / sicut a deo acceperat / ita & conseruare / sed noluit / neque curauit. Voluntate igitur non natura mali efficimur / cum peccamus. Et quia peccando naturam ipsam ledimus / nature quoque conditorem deum simul offendimus. Ideoque peccantibus mala omnia non immerito accidere confitemur. quemadmodum econtrario iustis & innocentibus / et non suam sed dei sequentibus voluntatem bona omnia euenire. Cur autem iustis quandoque male / & iniustis bene: hoc certe minime videbitur mirum / si rerum exitum / qualis vtrorumque futurus sit spectabimus. Iustis quippe viris aduersa que contingunt / summe perennisque felicitatis meritum per patientiam comparant. Malorum vero prosperitas nequioris luxurie illis materia est / intemperantieque dissolutionis. Tanto itaque maius merebuntur supplicium / quanto in presentibus viuendo delicijs videntur sibi esse feliciores. Male quidem Lazaro pauperi erat / bene diuiti epuloni / sed cito & malum illius in bonum commutatum fuit eternum / & huius bonum in eternum malum. Debemus ergo etiam malum hoc quod bonis in vita accidere solet / non malum sed bonum iudicare. & bonum illud quod malis blanditur / non bonum sed malum potius arbitrari. quam vere recteque ista dicantur / satis perspicue diuersus eorum finis probat. Soluta tandem questione / que quidem seipsam aperit non temporalia considerantibus sed eterna. consequens est / vt peccatum ipsum eo magis vitandum sit / quo illa etiam que bona videntur / in summam conuertat perniciem / plurimumque malorum. Et si hoc de rebus que vulgo bone putantur contin-

gat/ quid de his quas malas esse iudicant dicemus/ cum premere coeperint vite de-
prauate virum/ nisi future damnationis illas initium esse/ si modo is a peccatis in
tempore non resipiscat/ flagitijsq̄ finem statuendo rursum virtuti exercende pro
viribus incumbat. Ceterum plurima quidem ante damnationem peccatum con
sequi solent mala/ que nunc operepretium erit referre/ quo demum constet/ presen-
tis quoq̄ mali vitandi causa non esse peccandum. Que dicam/ nolo vt mihi cre-
dantur/ nisi singula sanctarum autoritate scripturarum firmata erūt. Peccati igi-
tur ea prima malignitas est/ inutilem facere hominem/ ⁊ neq̄ sibi neq̄ alijs recte
xliiij. consulētem. dicitur enim in ecclesiastico. Qui sibi nequam est/ cui alij bonus erit
Peccator plerūq̄ instabilis est. nunc hoc nūc illud aggreditur. quod placebat di-
splicet/ quod displicebat placet. nihil in illo potest esse firmitatis/ quoniam nō su-
pra petram edificat/ sed super arenam/ ⁊ arundo est vento agitata. Hoc psalmiste
ps. xi. crede dicenti. In circuitu impij ambulant. Neq̄ enim recte possunt ambulare/ qui
soph. j cum deo non ambulant. Peccatum veri intelligendi acumen hebetat. Ambula-
bunt inquit vt ceci q2 dn̄o peccauerunt. ⁊ in euangelio de peccatoribus est dictū/
Luc. 6 Ceci sunt ⁊ duces cecorum. Cecus cecum ducit/ ⁊ ambo in foueam cadunt. Pec-
catum perdit humane conditionis dignitatem/ hominēq̄ brutis reddit compara-
ps. 48 tum. de quo psalmiste verba tibi fidem faciunt dicentis/ Homo cū in honore eēt/
non intellexit/ comparatus est iumentis insipientibus ⁊ similis factus est illis. Cu-
ius ignominie idē volens nos expertes esse/ hortatur ⁊ ait/ Nolite fieri sicut equus
ps. xxxi ⁊ mulus/ in quibus non est intellectus. Quid enim despicabilius/ quid foedius/ q̄
ex homine pecudem effici/ ⁊ eo qui proprius humane atq̄ angelice mentis est/ in-
geñ. 38 tellectu carere? Peccatum vite spacia minuere dicitur. Sic enim de Her Jude fi-
Her lio in Genesi legimus/ Fuit Her primogenitus Jude filius nequā in cōspectu do
ps. 54. mini/ ⁊ ideo ab eo occisus est. Sanctus quoq̄ in psalmis spiritus loqtur/ Viri san-
puer. x guinum ⁊ dolosi non dimidiabunt dies suos. ⁊ in puerbijs ait Salomon/ Timor
dn̄i apponet dies/ ⁊ anni impiorum breuiabuntur. Sed licet aliquis malus diu vi-
Ad Ti uat/ q̄zdiu in peccato est/ in morte est. testatur hoc Paulus Apls dicens/ Vidua q̄
mo. j. v in delicijs est/ viua mortua est. ⁊ in Apocalypsi angelo. i. presidi ecclesie Sardis di-
Apo. 2 citur/ Nomine habes qd viuas ⁊ mortuus es. Et dn̄s in euangelio/ Sinite mor-
tuos inquit sepelire mortuos suos. Ad hec ne principes quidem sperent/ diu posse
regno suo frui/ si ipsum regem regum ⁊ dn̄m dominantium offendere non verean-
Ba- tur. testis est bis euersa hierusalem/ primo a Caldeis propheta dicente/ Propter pecca-
ruc. 6. ta que peccauistis/ abducemini in babyloniam captiui a Nabuchodonosor Rege
babyloniorum. deinde a Romanis. quod futurum illis predixit Christus dn̄s/ quem
Eccl. x ob inuidiam persecuti sunt. Hoc autem peccatis exigentibus euenire etiam in ec-
clesiastico discimus/ vbi dicitur/ Regnum a gente in gentem transfertur/ propter
Dan. iiij. iniustitias ⁊ iniurias ⁊ cōtumelias ⁊ diuersos dolos. Ipse quoq̄ Nabuchodono-
sor rex cum esset omnium potentissimus/ deoq̄ se equaret/ regno exturbatus vixit
cum bestijs. donec ad mentem rediens efferre se se desijt/ seq̄ hominem agnouit/
⁊ confiteri coepit/ q solus deus mundi sit dn̄s/ ius habens in regna hominum/ ⁊
cuicūq̄ voluerit illa distribuens. Quin etiā imperio prestare/ diuitijs opibusq̄; pol-
lere quid iuuat/ si quicūq̄ mortalium peccat/ miser esse probatur? Maiore enim sui
parte/ hoc est animo miser est. tam ⁊ si vulgi opinione/ qui nihil nisi corporis foris

neq; bona mirari didicit, felicissimus feratur. In Apocalypsi angelus .i. Antistes
Laodicẽ ecclesiẽ gloriatur, ꝙ sit diues ⁊ locupletatus ⁊ nullius egens, ⁊ tamẽ di-
citur ei, Nescis qr tu es miser ⁊ miserabilis ⁊ pauper ⁊ cęcus ⁊ nudus. Nõ est enĩ
felicitas diuitijs abundare sed virtutibus. neq; infelicitas inopia grauari sed fla-
gitijs. Famẽ quoq; ⁊ mortes delinquentibus minatur dñs dicens, Terra cum pec Ezech.
cauerit mihi, vt preuaricetur preuaricans, extendam manum meam super eã ⁊ con- xiiij.
teram virgam panis eius, ⁊ immittam in eam famẽ, ⁊ interficiam de ea hominem
⁊ iumentum. ꝙ si multiplicentur scelera, grauabitur vindicta. Sępe autem cõtin-
git vt vnum peccatum plurium causa fit. Dauid adulterium cũ Bersabe cõmis-
sum celatum volens Uriam virum eius obtulit hostibus interimendũ. Herodes
Ioãnem a quo illiciti cõnubij arguebatur, in carcerem misit, ⁊ capite cędi iussit.
Nõne illa etiam quę filię suggessit vt hoc peteret, coniugij fefellerat fidem, ⁊ matri
monio ptulerat concubinatum: vtq; illo liberius vteretur, iustitię cultorem, cui ta
lia displicebant, necandum curauit. Non ab re igitur scriptura ait, Qui nocet, no
ceat adhuc, ⁊ qui in sordibus est, sordescat adhuc. Bonarum quoq; actionum me- Apoc.
ritum amittitur ꝑpter peccatum. hoc Salomon testatur dicens, Qui in vno pec vltimo
cauerit, multa bona perdet. diuina ⁊ in Ezechiele vox est, Iustitia iusti non liberã- Eccl. 9
bit eum, in quacunq; die peccauerit. Etiam si dixero iusto inquit, qr vita viuet, ⁊ cõ- Ezech.
fisus in iustitia sua fecerit iniquitatem, omnes iustitię eius obliuioni tradentur, ⁊ in xxxiij.
iniquitate sua quã operatus est, in ipsa morietur. Nec preterita igitur nec psentia be-
nefacta proderunt ei, qui vel semel aliquid morte dignũ cõmiserit. Quid ad hęc?
Peccatum sapientię donũ corrumpit, ⁊ eum qui ante sapiens erat desipere com-
pellit. Tales erant de qbus in Hieremia conqueritur dñs ⁊ ait, Stultus populus Hier. 6
meus me non cognouit, filij insipientes sunt ⁊ vecordes. Sapientes sunt vt faciãt
mala, benefacere autẽ nescierunt. Uersuti quippe ⁊ callidi homines, cũ aliqd dolose
fecerint, sapere sibi videntur. sed mũdi huius sapientia stultitia est apud deũ. Uere
autem sapiens est, q innocentiam seruat, vt ei placeat, a quo vt saperet accepit. Ex
omnibus tamẽ malis quę in se habet peccatum, hoc teterrimum est, ꝙ nos a deo
separet, ⁊ qui per gratiam adoptionis filij dei sumus per peccatũ efficimur serui
diaboli. Qd a deo separetur q peccat, audi Ioãnem aplm dicentem, Deus lux ẽ, pma e-
⁊ tenebrę in eo non sunt vllę. si dixerimus ꝙ societatem habemus cum eo, ⁊ in te pisto. j.
nebris ambulamus, mentimur ⁊ veritatem non facimus. Idem innuũt prophetę
verba in psalmo ad deũ dicentis, Tu es deus non volens iniquitatem, neq; habi
tabit iuxta te malignus, neq; permanebũt iniusti ante oculos tuos, odisti omnes ps. v.
qui operantur iniqtatem. Esaias etiam exprobrat his ⁊ ait, Iniquitates vestrę di-
uiserunt inter vos ⁊ deum vestrũ. ⁊ peccata vestra absconderunt faciem eius a vo Esa. 59
bis ne exaudiret. Quę enim cõmunicatio lucis ad tenebras (vt Apls inquit) q̃ so
cietas Christi cum Belial. Cũ autẽ a deo quis recedit, continuo fit diaboli seruus.
Nam si omnis (vt Saluator ait) qui facit peccatum seruus est peccati, nõne etiã Io. 8.
diabolo seruit, qui eum vt peccet stimulat? Iudei vitijs dediti cum se iactarẽt deũ
habere patrem audiũt, Uos ex patre diabolo estis ⁊ desyderia patris vestri vultis
facere. Quã sniam secutus Ioãnes apls ait, Qui facit peccatuz ex diabolo est, qm Io. 8.
ab initio diabolus peccat. Quanta igitur infelicitas est, vt homo a deo fact⁹, ad ima pma. 3
ginem dei creatus, eiq; in filiũ adoptatus nequissimi demonis mancipetur serui-

tuti | ipsumq̃ habeat patrem | tāta cura diligentiaq̃ adhiberi debet | vt crimē quod
huiusce mali causa existit | caueatur ac vitetur. Illis eniꝫ qui hoc contempserint | ꝛ
post peccatū ad penitentię remedia non recurrerint | nihil reliquum erit | nisi vt ad
supplicia nūq̃ finienda damnentur | audiantq̃ omnium terribilium maxime ex
pauescendam iudicis vocem dicentis | Ite maledicti in ignem eternum | qui pa
ratus est diabolo ꝛ angelis eius. hec ergo vltima peccati pernicies est | q̄ homineꝫ
ab hereditate cęlestium bonoꝝ exclusum ad ima poenaruꝫ loca eterno relegat exi
lio. Deniq̃ peccatores mori dicuntur morte eterna | sicut econtrario iusti viuere vi
Sap. xvi. ta eterna. Scriptum est enim homo per maliciam occidit animam suam. ꝛ anima
quę peccauerit ipsa morietur. ꝛ in euangelio peccatoribus dicitur | In peccato ve
Ezech. xviij. stro moriemini. non morte quę corpus dissoluit | sed quę animam sublata omni ge
scendi spe terribiliter torquet ꝛ cruciat.

Quę peccata sint precipue damnabilia. cap. xvij.

Quę sunt autem vel qualia crimina | quibus grauati homines in profundū in
ps. 118. ferni demergantur | psalmista explicat ad deum dicens | Maledicti qui de
clinant a mandatis tuis. ꝛ dominus in euangelio eos asserit extremę damnationis
reos fore | qui erga pauperes ꝛ egenos ꝛ afflictos claudunt viscera pietatis. Ac p
Ad gala. v. ter hos illi qui non spiritui sed carni seruiunt | dicente Aplo | Manifesta sunt ope
ra carnis | quę sunt fornicatio immundicia | impudicitia | idolorum seruitus | venefi
cia | inimicitię | contentiones | emulationes | irę | rixę | dissolutiones | hereses | inuidię |
ebrietates | comessationes | ꝛ his similia | q̄ predico vobis sicut predixi | q̄m qui hec
Ad cori. j. vi. agūt | regnū dei non possidebūt. Idem alibi repetens ait | An nescitis q̄ iniqui re
gnū dei non possidebūt? nolite errare | neq̃ fornicarij | neq̃ idolis seruientes | neq̃
adulteri | neq̃ molles | neq̃ masculoꝝ concubitores | neq̃ fures | neq̃ auari | neq̃
Apoc. xxij. ebriosi | neq̃ maledici | neq̃ rapaces | regnū dei possidebūt. Hinc sane in Apocaly
psi talib' flagitijs pollutos angelus dn̄i a sancta ciuitate propellendo clamat | Fo
ris canes ꝛ venefici ꝛ impudici ꝛ homicidę ꝛ idolis seruientes | ꝛ omnis q amat ꝛ
facit mendaciū. Hi ꝛ conscientię stimulis incessanter agitabuntur | ꝛ poenis exteri'
Esaię lxvi. illatis affligentur | dicente dn̄o | Eorū q preuaricati sunt in me | vermis non morie
tur ꝛ ignis non extinguet. Atq̃ ita damnatoꝝ propter peccatū tormēta nullo vn
q̃ fine concludentur. Nam sicut in cęlesti regno beatoꝝ glorię finis aliq̄n futurus
non timetur | ita in inferno poenarū terminus nullus vnq̃ sperabitur. Cum ergo
iuxta ea q̄ modo dicta sunt | peccati tanta malignitas existat | vt hominem inutilē |
instabilem | intellectu habentem | conditione vilem ꝛ abiectum reddat | vitam mi
nuat | regna auferat | diuitias faciat miseras | aduersitatib' subdat | aliorum insuper
delictoꝝ cā sit | virtutū merita tabescere cogat | sapiētes infatuet | a deo separet | dia
bolo copulet | bono sūmo priuet | ꝛ poenis afficiat eternis | quid vnq̃ taꝫ caueri de
bet q̄ peccatum? cū nihil oīno tam nobis esse queat noxium | nihil ita erūnosum.
Si te tyrānus torqueat vt pecces | omnia tormenta perferre satius est q̄ peccare.
si necem minetur | mori inocenteꝫ pstat | q̄ nocentem viuere. Scias tamen nefariū
esse mortem sibimetipsi aliqueꝫ inferre | vt iminens peccandi periculū deuitet | nisi
deus iusserit. sicut quibusdam virginib' iussisse creditur | quę sibi morteꝫ consciue

te, ne ab hostib⁹ superarentur. Quarū quidem memoriam nequaq̄ celebraret ecclesia, nisi miraculo reuelatum fuisset, illas non tam prospicere sibi se perimendo, q̄ dño obedire voluisse. Alioquin nulli licere credimus, quicquid futurū timetur, sibimetipsi vitam eripere, ne illum offendat, cuius lex est non occides. Neq̄ reus est seruus, qui dño depositum reddit, anteq̄ poscatur.

Unde tanta peccantium multitudo. cap. xviij.

Porro cum tot taliaq̄ sint, que nos ne peccemus deterreant, quid cause est, q̄ peccantium multo maior numerus q̄ non peccantium existat? multoq̄ copiosior turba sit, mundo seruientium, q̄ mundi domino, & celi terreq̄ conditori: ita vt cum propheta cogamur exclamare, Non est qui faciat bonum, non ē vsq̄ ad vnum. Psal. Jam enim quod futurū dñs predixerat, abundauit iniquitas & refrixit charitas, vt propinquum testetur vltimi iudicij diem. Multa quippe cernimus, plurima audimus, a quibus abhorret animus, & ne illa sentire possit, sepe nobis optanda sunt cum cecos oculos, tum aures surdas. Talia vero mirantibus nobis, causamq̄ inquirentibus respondet Ecclesiastes dicens, Quia non profertur cito contra malos sententia, absq̄ timore vllo filij hominū perpetrant mala. viij. Dilatio igit̄ poene peccandi prestat licentiam. Sed si cogitarent peccatores tanto acriorem fore vindictam, quanto magis venire cunctatur, peccandi libidinem coercerent, & nequitie finem citius imponerent. Delictorum enim vltor deus non semper statim punit. peccantis aūt penitentiam ideo diu expectat, vt si aberit correctio, minus excusabilis fiat pertinacia. Ceterū dum celestis arbiter a flagello quiescit, non remittit iram sz colligit, vt totam vno impetu effundat, & plectendi tarditatem grauitate compenset. Interim ad peccandum alios corporis prouocat voluptas, alios honorum stimulat ambitio, alios multa habendi auiditas vrget. Ab his tribus nisi fontibus cuncta que sub celo fiunt crimina oriri q̄deq̄ reor. Etenim voluptatis germina sunt ocium, ventris ingluuies, iocādi incontinētia, scortandi inexplebilis cupido, stupri, adulterij, alieq̄ libidinis, que ne dici quidem honeste potest, perpetratio, & illa que libidinem incitent, obsceni cātus, molles musicorum soni, virorum cum mulierculis lasciuientia tripudia, aliaq̄ huiusmodi plura. Ipsa deinde dignitatum honorūq̄ appetitio genetrix est inuidie, nutrix superbie, amatrix inanis glorie. Is enim qui videri publico aliquo officio dignus concupiscit, alijs detrahit, vt se efferat, aliorum facta deprimit vt sua extollat, adulatorib⁹ fauet, & vix vllo vitio abstinet, dum in his etiam q̄ perperam agit, se laudari cognoscit. Postremo cumulandarū opum auiditas quot scateat sceleribus quis enumeret? Inde sunt inter fratres odia, inter amicos offensiones, iurgia, lites, contentiones, alee lusus, piratia, fraudes, furta, rapine, cōtumelie, iniurie, vulnera, cedes, & citius adeūde hereditatis gratia cōcupite ante diem parentū mortes. Quid multa? nullū prorsus flagitiū, in quo aliquid speratur lucri, deuitat auaritia. dicente Apłō, Radix oīum malorū est cupiditas. Ad Timo. puma. vj. Quib⁹ aūt malis ista carebit, q̄ trib⁹ illis, a q̄b⁹ cūcta gigni credim⁹, carere studuerit. Obstructis quippe fontib⁹ riuos deficere ac siccari necesse ē. Definēt fluē virtus, cū vni fluāt nō hūerint. Recide truncū, & ramis morietur. A voluptate, diuitiis, auaritia p̄cul esto, & nullā causam habebis iniq̄ aliqd improbeq̄ patrādi. Ut voluptates fugias,

Eccli. xj. memor esto sapientissimi Salomonis sententię dicentis / Si annis multis vixerit homo / et in his omnibus letus fuerit / meminisse debet tenebrosi temporis et dierum multorum. qui cum venerint / vanitatis arguuntur preterita. Breuis nanq̃ momentanea voluptas facile contemnetur / si ęterna cogitabimus. Ut autem et terrenarũ dignitatum ambitio in te non habeat locum / recordare q̄ ob hoc ipsum phariseos
Luc. xi dãnauerit dñs noster dicẽs / Ueh vobis pharisei qui diligitis primas cathedras in synagogis et salutationes in foro. Recordare preterea q̄ graui onere premuntur q̄ in dignitate constituti sunt. primo q̄ multo magis illis imputatur peccatũ q̄ ceteris / deinde q̄ nõ pro se modo / verũ etiam pro omnibus quibus presunt / tenentur reddere rationem. Et si per eorum negligentiam plebs deliquerit / tam alienę q̄ suę culpę rei erunt. Ut postremo diuitias non concupiscas / Apostoli preceptum ad mentẽ
Ad Timo. pri ma. vi reuoca / Nihil inquit intulimus in hũc mũdum / haud dubium / q̄ nec auferre q̄d possumus. habentes aũt alimenta et quibus tegamur / his contenti simus. Nam q̄ volunt diuites fieri incidunt in tẽtationem et laqueum diaboli et desyderia multa inutilia et nociua / quę mergũt homines in interitũ et perditionem. Nec dictorum
Math. vi. Christi dñi obliuiscaris. Nolite inquit thesaurizare in terra sed in cęlo. Non potestis deo seruire et mãmonę. Quid prodest homini si vniuersũ mũdũ lucretur, aĩ
Math. xvi. mę vero suę detrimentũ patiatur? et facilius camellus transibit per foramen acus / q̄ diues ascẽdere valebit ad regnum cęlorũ. et veh vobis diuitib9 q̄ habetis conso
Luc. 6. lationem vestram. Illius etiam diuitis memento / q̄ vbertate frugũ lętatus / per an
Luc. 12 nos multos his fruituꝝ se putauit / et nocte insequenti vita decessit / q̄d cõgregaue
Luc. 16 rat alijs reliq̄t / ipse sua spe frustratus est. Ille quoq̃ diues mẽti tuę succurrat / quę vestiebat purpura / quem quotidie delicata sagittabant conuiuia: nudus in inferno sepelitur / et in igne ardens gutta aquę indiget / qua linguam refrigeret. Si talis est presentium diuitiarum fructus / nõne stultissimus est / qui eas concupiscit? et non potius ad diuitias nunq̃ perituras aspirat? Beati enim pauperes spiritu / quoniam ipsorum est regnum cęlorum. Qui ergo tria hęc quę proposuimus caruit / ille arbor bona bonos germinans fructus erit / mala autem malos proferens fructus esse de
Math. vij. Luc. 6 finet. Si enim in radice vitium non fuerit / nec in fructibus erit. Non de patribus et filijs (vt quidam putauerunt) ista in euangelio dicuntur / sed de operibus ex intentione animi profectis. Alioquin falsa esset arboris parabola / si hoc significaret / q̄ pater bonus bonos gignat filios et malus malos. Achab enim regum israel pessimus optimi filij ac piissimi Iorami pater fuit. et econtrario Ezechias rex Iuda iustus ac sanctus Menassen genuit iniquum atq̃ scelestum. Nemo itaq̃ suum peccatum patris prauitate excuset. Pater non portabit iniquitatem filij / nec filius nequitiam patris. anima quę peccauerit ipsa punietur. Qualis cuiusq̃ in anima affectus fuerit / talia ędet et opera. Inimo prius cordis morbo medicina est adhibẽda / vt in cute inde nascentia vlcera curentur. Interiora si sana fuerint / ea quę foris sunt / pulchre ac probe se habebunt.

De quinq̃ sensibus. cap. xix.

Et quoniam sensus nostri vię sunt / per quas illa / quę animę bonum corrũpunt / intus penetrare solent / quasi custodia muniendi sunt / ne id patiant /

nunc docere conabor. Sensuum nostrorum impar numerus est. Impar autem nu
merus in scripturis diuinis mūdus habetur / par vero imundorum dicitur. Ani-
malia que bina in arcam Noe ingrediūtur / ex imundis sunt / ex mundis que se-
ptena. Numeri ergo ratio nos instruit / ne qua culpa sensus nostros pollui sinam⁹.
quos impar supputatio puros esse debere ostendit. Quinario numero ideo censen
tur / vt per legis pcepta eos dirigas. quinqꝫ enim volumina sunt mosaice discipli-
ne diuinitus descripte. Et quia quinarius etiam quaternarium continet / per quē
euangelia signantur / quicquid legi deest / de euangelio adimpletur. vt sensus non
solū bonos / habeamus / verum etiam perfectos. Quos si dño dominante adepti fue
rimus / tunc sequetur / quod ipse pollicitus est dicens. Persequimini inimicos ve Leuit.
stros / ꝛ corruent coram vobis. persequentur quinqꝫ de vestris centū alienos / ꝛ cē- xxvi.
tum de vobis decem milia. Si enim sensus nostri pceptis diuinis muniti fuerint /
vitiorū multitudo aduersum illos pualere non poterit. Cadent a latere eorū mille
ꝛ decem milia ad eos aūt non appropinquabūt. Non n oculorum munditiem in-
quinabit visa mulier / non aures demulcebit amatorius cantus / non narib⁹ blan-
dietur ad mollitiem animi compositū vnguentum / nec gustus integritatem luxu
riosi corrūpent sapores / neqꝫ tactum subuertere iniuste actionis cupiditas valebit.
Ab omni malarū passionum iniuria tuti erimus / si quoties oppugnamur / ad ar-
ma institutionis diuine sanctorūqꝫ exemplorum protinus recurremus. Tūc nēpe
Jesu duce quinqꝫ illi reges. i. quinqꝫ corporis sensus / qui nobis imperando regna
bant / ad spelūcam conscientie nostre compulsos mori sibi cogemus / vt iam viue-
re deo discant obedireqꝫ spiritui / serui eius facti / cuius antea dñi fuerāt. Tūc i euā
gelio quinqꝫ talenta nobis a dño credita alia quinqꝫ superlucrabuntur / duplicato
questu spiritalium negociatione actionum. Tūc quinqꝫ virgines non iam fatue /
sed prudentes comparato misericordie oleo / accensisqꝫ lampadibus charitatis / oc
currentes celesti sponso intrabūt cū eo ad nuptias eterne celebritatis. Tunc deni- Luc. x.
qꝫ dicetur nobis Beati oculi qui vident que vos videtis. multi prophete ꝛ reges
voluerūt videre que vos videtis / ꝛ non viderūt / ꝛ audire que auditis ꝛ nō audie-
runt. Relinquamus igitur cū vitijs terrenas vanitates / ꝛ non lacte sicut paruuli /
sed sicut perfecti solido cibo vtamur / exercitatos (vt Apls ait) sensus habētes ad
discretionem boni ac mali. Hoc est in bonis operibus quotidie se exercendo / ma Ad he
la autem fugiendo / eorūqꝫ cupidini semper nobis aduersanti repugnando. Siqui- bre. v.
dem sensus nostri (vt diximus) semite sunt / a sede animi per corporis foramina pa
tentes. per has hostes intrare desyderant / vt virtutum ciuitatem expugnent / ꝛ his
expulsis ipsi ibi dominentur. Oculos quecūqꝫ visu pulchra iocundaqꝫ sunt infe Visus
stant. que si concupiscere coeperit animus / per ianuam oculorum irrumpit siue ve
neree voluptatis turpis appetitio / siue pompe luxurieqꝫ sectande cura / corporisqꝫ
ornandi stulta sedulitas. Auribus insidiantur lasciuientium poetarum carmina /
impudici cantus / tibicinum cytharedorūqꝫ soni. quibus delectatus animus ꝛ in audit⁹
mollitiem resolutus iam inimicis prodere ciuitatem meditatur / ꝛ illos adducere
per portam male custoditi auditus. Olfactum debellare properant vnguenta. qꝫ si odora-
odore per nares penetrante intus latens animus captus fuerit / omnibus mulie- tus
bribus delicijs ad se aditum aperiet / neqꝫ eum odoramentis ad luxuriam vti pu-
debit. Cum gustu certabūt esculentorum poculentorūqꝫ exquisiti sapores. quorum Gust⁹.

auiditate superatus animus per lubricum gulę callem crapulam illabi permittet: ventrisq̧ fauere incipiens | temperantię renunciabit. Omnibus autem aduersarijs Tactus istis eorumq̧ similibus viam tactus patefaciens | quod per alios sensus affectauit | id per se tandem opere complere maturabit. et tunc demum animus ipse perditę vitę conscientia pulsatus cum Hieremia queri poterit | flensq̧ ac lugens exclamare | Mors Hier.9 ascendit per fenestras nostras | ingressa est domos nostras | disperdere paruulos de foris | iuuenes de plateis. Vitijs enim dominantibus bona animi concidere ac perire necesse est | Porro vt bona vigeant et mala repellantur | singulis remedijs singuli reprobandi atq̧ tuendi sensus erunt.

De visu. cap. xx.

Ut ergo mundos habeas oculos mundi pulchritudinem imensitatemq̧ intuere | et eius opificem ac gubernatorem deum intellige | mirabiliumq̧ operum lauda magis mirandum autorem. Si venustę mulieris forma occurrerit tibi | tunc cum propheta deum deprecare | Auerte oculos meos | ne videant vanitatem. quod eccl.27 si illa suum in te figat obtutum | tu retrahe tuum | et memento esse scriptum | Annuens oculo fabricat iniqua. propterea q̧ preceptum in Ezechiele | Unusquisq̧ oculorum suorum Ezech. xx. offensiones abiiciat. audi confitentem Salomonem | Omnia inquit quę desiderauerunt oculi mei | non negaui eis. et cum nihil omnino in hac vita permansurum ani- Eccl.ij. maduerteret exclamauit | Vanitas vanitatum et omnia vanitas. Audi et Saluato- Mat. ris in euangelio dictum | Lucerna corporis tui est oculus tuus. si oculus tuus fuerit th.vi. simplex | totum corpus lucidum erit. si autem oculus tuus fuerit nequam | totum corpus tuum tenebrosum erit. Siquidem oculi vagi et imodesti reliquorum quoq̧ sensuum parere solent incontinentiam | et nec audire nec odorari nec gustare nec tractare pigebit aliquid | quod voluptati erit conspicere. Sicut autem simplex aspectus formam decoremq̧ omnium quę videt | ad conditoris laudem refert | ita reliqui sensus eum mutati nihil prorsus admittunt | quod deo minus gratum fore arbitrantur. atq̧ ita puri oculi totum corpus lucidum reddunt. Repulsis enim vitiorum tenebris adamata virtus spiritum simul et carnem suo irradiat fulgore. Si te inquit scandalizat oculus tuus | erue eum et proijce abs te. melius est tibi cum vno oculo ingre- Mat- di in vitam ęternam | quam duos oculos habentem mitti in gehennam. Non corporis th.vi. oculus eruendus est | sed mentis. Nam clausis quoq̧ oculis peccant cęci. Compesce igitur animi motum ad illicita lacessentem | et melius tibi erit | absq̧ presentium voluptatum visu ad ęternas transire delicias | quam tota vita per omnes voluptatum illecebras deducta supplicijs mancipari sempiternis. Ut ergo regni potius heres | quam pœnę reus inueniaris | imitare sanctissimi Jobi continentiam | qui ait | Pepigi foedus cum oculis meis vt ne cogitarem quidem de virgine. Conuenerat quippe cum Job.31 oculis ne aspicerent | secum ne cogitaret. Spectaculis quoq̧ illis adesse caue | in quibus lasciua inhonestaq̧ agitur. Libidinis enim incitamenta sunt. et in quibus cęde humana grassatur | ne sęuitię impietatisq̧ assuescas | cum proximi tui cruore oculos satiaueris. Ab his auersus prophetam audi dicentem | Qui obturat aures suas | ne audiat sanguinem | et claudit oculos suos ne videat malum | iste in excelsis habitabit. Esa.33

De auditu. cap. xxi.

AUrium autem conseruare integritatem ita oportet. Caue nequid obscenū|
nequid iniquum|nequid ab humanitate alienū libenti animo auscultes.
dicente scriptura|Sepi aures tuas spinis|⁊ linguā nequā noli audire| Delatori- eccl.28
bus|detractoribꝰ|impudicis|inaniter incōditeqꝫ garrientibꝰ|ipie de religiōe senti-
entibꝰ nō accōmodes auditū|nisi ꝯtradicēdi|redarguēdi|refellēdiqꝫ cā. Fabulas
amatorias|ꝙ ad turpē libidinē prouocāt|audire noli. Tēdiculas diaboli illa esse
crede|qbꝰ nos irretitos morti tradere molit̄ mergereqꝫ in ꝓfundū. Ab adulantiū
quoqꝫ ⁊ ad gratiā loquētiū verbis aures auerte|ne falsis laudatiōibꝰ elatꝰ maius
aliqd esse te repures qꝫ qđ es|⁊ tibi tribuas|quod deo erit tribuēdum|merearisqꝫ
ab Aplo corripi dicente|Quid habes qđ nō accepisti? ⁊ si accepisti|qd gloriaris q- Ad co-
si non accepis? Nihil deniqꝫ audire te delectet|qđ corpꝰ tm̄ voluptate afficiat|aīę ri. pri-
aūt saluti nihil conferat. Perniciosa eniꝫ res est|aures cantu dulci suauibusqꝫ so- iiij.
nis delinire|⁊ aīę pati detrimēta. cū potius aīę salus ꝑ corporis labores castigatio
nesqꝫ congrēda sit|ꝑ ieiunia|ꝑ vigilias|ꝑ scribēdi|legēdi|orādi|aliosqꝫ adhortādi
fatigationes. Operarijs qppe ipigris ac solicitis opus ē patrisfamilias i vinea sua
excolēda|nō ociosis ⁊ oscitātibꝰ|⁊ q fructū capere negligūt|dū floꝝ foliorūqꝫ lu-
xuria delectent̄. Quę ergo spiritui cōducūt|illa audias. ꝙ autē carni blandiūtur|
veluti mortifera nō admittas. Porro vt ex deo te eē testeris|vba dei audi. Illis q
hoc ꝯtēnūt dicitur|Propterea vos nō auditis|qꝛ ex deo nō estis. Aperi aures sa- Jo.8.
piētię ⁊ sciētię salutari|⁊ in ea delectare|vt pficias magis. Interesse pdicationibus
ac sacris ecclesię lectiōibꝰ stude|nec solū ausculres ꝙ dicūtur|sed ēt memoriter te-
neas. Non absqꝫ mysterio est dictū|Audi cęlū|auribꝰ percipe terra. Terra es|si au Esa.j.
retenus diuina ausculres|cęlū es si audis. Audit aūt q sermonibus sacris catholi-
cęqꝫ doctrinę cū auditionē|tū obedientiaꝫ pstat. Unde audire interdū pro parere
iussaqꝫ perficere vsurpatur. Ad hāc audiendi pfectionē Jacobꝰ apls nos hortatur
docēs|Estote factores verbi ⁊ nō auditores tm̄ fallentes vos metipsos. Quia siqs Jaco.i.
auditor est verbi ⁊ nō factor|hic cōparabitur viro ꝯsyderāti vultū natiuitatis suę
in speculo. Cōsyderauit eni se ⁊ abijt|⁊ statiꝫ oblitus est qualis fuerit|qui aūt pspe
xerit in lege pfectę libertatis|⁊ pmāserit in ea|nō auditor obliuiosus factus|sꝫ fa-
ctor opis|hic beatꝰ i facto suo erit. Bonū ḡ auditorē|nō audiēdi attētio|sꝫ agēdi ꝓ
bat solicitudo|postqꝫ ꝙ agēda sibi sint vt dō placeat|didicerit. Huic.n. dicē licebit|
Dn̄s mihi apuit aurē|ego aūt nō ꝯdico|retrorsuꝫ nō abij. Interioris hois ista au- Esa.50
ris ē|quā dn̄s apit|vt vba vitę i cor eiꝰ īfundat|quē diligit. Sūt tn̄ nōnulli vsqꝫ a
deo puersi|vt ne exteriorē qdē corpis aurē pceptis diuinis pbere volūt|sꝫ sęculi va
nitatibꝰ dediti|⁊ tēporalibꝰ imersi negocijs|ita viuūt|qsi q post pñtē vitā nihil futu
rū expectēt. Hi si q̄ tādē sequētis fortūę molestia ꝯpulsi deo supplicāt nō exaudiūn-
tur. Neqꝫ.n. liberari d pctō|sꝫ d calamitate dsyderāt. Ait ergo scriptura|Qui dcliat puer.
aures suas ne audiat legē|oro eiꝰ erit execrabilis. vt videlꝫ nō mō nō ipetret qđ pe xxi.
tit|veꝝ ēt ipe execret̄ vt ifidelis|⁊ nouissima eiꝰ priorībꝰ peiora fiāt. Aduersum tales
vociferat̄ Hieremias ⁊ ait|Ecce icircūcisę aures eoꝝ|⁊ audire nō possūt ecce vbū
dni factū ē eis i opprobriū|⁊ nō suscipiēt illđ. Sꝫ cū ob hoc eos caldeoꝝ ditiōi sub Hier.6
dēdos denūciet|innuit nobis|Contēnentem scripturę sanctę pcepta demonibꝰ eē
subijciēdū. vt q salutaria audire noluit|pditiōis ęternę afficiat̄ supplicijs.

De odoratu. cap. xxij.

Cauendum post hęc ne per nariu3 foramina illapsus odor sue suauitate animum virilem effoeminet | ꝛ homo vnguentis delibutus contemnatur | qui autoritate pstare debet. Odores quippe ipsos | quemadmodū ꝛ cantus oris ꝛ neruorum tibiarūq3 sonos ad sacroꝝ cultum datos esse meminerimus deoq3 laudes celebrandas | non ad corporis humani voluptatē. Odorib' tamen morbos quosdam curari | quosdam ne veniant prohiberi constat | ꝛ cytharę sono Saulem regē conualuisse legimus. Rosis itaq3 ꝛ croco ꝛ florib' ꝛ nardo ꝛ balsamo ꝛ omnibus aromatum generib' iuxta medicorum placita vti licet curationis gratia non voluptatis. Eū vero qui sanus est | ꝛ in quo non est ęgrotationis vlla suspitio | vnguētis deliniri | flosculos naribus admouere | in cubiculo ex aromaticis suffimētis fragrante desidere | impudicitię argumenta sunt | ꝛ eneruatę emollitęq3 vitę certissima indicia. Taliū nāq3 vsu lenones | meretriculę | hominesq3 ad luxuriam se natos credentes delectantur, non illi qui virtutem pferūt volaptati | neq3 qui spiritui q̄3 carni studere malunt. neq3 qui soli deo placere desyderant | ꝛ Christo dn̄o dicere possunt | In odorem vnguentoꝝ tuoꝝ curremus. atq3 ijdem confiteri audent | Christi bonus odor sumus. Uerissima aūt Christi vnguenta sunt | fides | spes | charitas | castitas | pudicitia | mansuetudo | liberalitas | pax | patientia | modestia | constantia | cęteręq3 virtutes. quaꝝ suauitatem qsquis concępit | aliarum reꝝ omnium fragrantiam facile contemnet. imo nefas putabit | opobalsamū vel myrrham vel stactē vel cassiam vel nardū | vel quęuis alia odoramenta olere | cum magis eu3 | qui cęlo dignus esse cupit | spernere terrena | ꝛ virtutū ac sanctimonię odore fragrare oporteat. Quem si assecutus fuerit | qcquid naribus gratissimū suauissimūq3 esse crediti pręc illo nauseam putabit. In cęlo enim | quo ille properat | non est Engadi vicus balsami ferax | non sabea regio thuris abundans | non pcī- soꝝ vnguentoꝝ mater arabia | sed quod his longe redolentius ac suauius habetur | diuinę psentię indicibile odoramentum | ꝛ cūctis animę sensibus nūq̄3 defutura dulcedo. Apostolo dicente | Nec oculus vidit | nec auris audiuit | nec cor hominis excogitauit | quanta pręparauit deus suis dilectorib' contemptorībusq3 voluptatis. Percurre speculatione mentis sanctorū vitam | ꝛ si inuenerís | ꝙ per multas tribulationes oportuit illos intrare in regnum dei | ipossibile esse crede | vt voluptarij ac delicati | nisi penitentiam agant | ꝛ mores mutent | ꝛ laboribus magis | q̄3 ocio luxuriaq3 delectētur | eo possint conscendere | ꝛ de temporalibus delicijs repente ad ęternas transire.

Ad co ri. pri'a ij.

De gustu. cap. xxiij.

Gustus quoq3 continendus est | nę crapulę appetētia polluatur animus. Gulę quippe ista voluptas cum dominari coeperit | ad quęq3 turpia ꝛ inhonesta hominem impellit | multisq3 afficit incommodis. Gula Noe pudenda detexit. Gula Loth stupratorem filiaꝝ fecit. Gula Esau primogenitures ius abstulit. Gula populū Israel magna ex parte repentina nece mulctauit. Gula filios Heli sacerdotis perdidit. Gula Helam regem israel serui sui gladio interimendum obiecit. Gulā Olophernem assyriorū ducem vnius muliercule manu perire fecit. Gula

Noe Loth Esau

Sodomitas et gomorreos primo in nefandos egit concubitus / deinde igne et sulphu
re de celo pluente extinxit. gule vitio id illis accidisse dominus testatur in Ezechiele di
cens / Hec fuit iniquitas Sodome / superbia / saturitas panis / et abundantia / et ociu xvi
ipsius et filiarum eius. Eodem sensu in Hieremia idem ait / Saturaui eos et mecha v
ti sunt / et in domo meretricis luxuriabantur. Ex quo satis constat / de ventris inglu
uie gigni libidinis intemperiem. Cum igitur tot mala ex incontinentia gule deriuent /
multo tamen erumnosiora his deinde sequitur. Quid enim miserius quam eterne bea
titudinis expertem fieri / et nunquam finiendis affligi suppliciis? Ebriosi inquit Apostolus Ad co
regnum dei non possidebunt. et in euangelio seruus contumax atque temulentus di ri. prim
uidi iubetur / hoc est a sanctis separari / et illic hypocritarum partem occupare / vbi vi
est fletus / et ex dolore irrequietus dentium stridor. Que in re quoniam tantum est Mat
periculi / vt amplius esse nequeat / salutis nostre sollicitus dominus de euangelio clamat / th. 24
Attendite vobis ne grauentur corda vestra in crapula et ebrietate et curis huius vi Lu. 21
te / et superueniat in vos repentina dies illa. Sed de gule vitio alibi plenius locuti
sumus / nunc summam perstrinxisse satis sit. Vitio autem isto carebimus / si eos imi
tari voluerimus qui deo placuerunt. Pensemus illorum abstinentiam / illorum quo
tidiana ieiunia. Multi carnem / multi vinum gustare noluerunt / dum in celesti re
gno diuine visionis dulcedine saturari cupiunt. Quosdam pane etiam abstinuisse
legimus. et maceratis aqua leguminibus vitam sustentasse / nihil coctum comedis
se. Alios herbis crudis radicibusque contentos fuisse. Alios vero per biduum / per tri
duum / per dies plures nihil degustasse. Non hoc dico vt cibis ac potu a deo crea
tis vti nefas putem / sed vt eos qui carnibus etiam vinoque victitant / ab ingluuie mor
tifera compescam. Vescere igitur alimentis ab ecclesia non interdictis vinumque di
lutum bibe / non tamen ad voluptatem / sed ad corporis necessariam sustentationem.
Vtere inquam victu / quo isti qui tecum in monasterio sunt vtuntur. cum abstinent
abstine / cum ieiunant ieiuna / et semper ad memoriam reuoca / Ideo te monacha
lem vitam elegisse / vt deo famuleris / non vt ventri seruias.

De tactu. cap. xxiiij.

Tactus postremo nostri sinceritatem seruare poterimus / si ab his que rerum
prohibitarum cupiditatem prouocare consueuerunt / manus continebimus.
Bonum est homini (vt ait Paulus apostolus) mulierem non tangere. Nam si venusta Ad co
forma mulierem intuendo periclitatur pudicicia / et si magis adhuc cum ea colloquen ri. prima
do / quanto plus periculi iminere credis / si post hec neque a tactu ipso temperas? Pro vij
fecto nihil aliud restat / nisi vt vterque inter vos excitate consentiat cupidini / et par am
borum voluntas ad perpetrandum illicite coniunctionis crimen feratur. Quod si ma
num cohibueris ne tangas / tantum tibi conferet ista continentia / vt per oculos con
ceptum / per affatum auctum obscene cupiditatis ardorem languescere paulatim
et extingui / labefactamque animi virtutem in integrum restitui necesse erit. Sin vero ip
sum tangendi sensum non refrenaueris / igni in penetralibus cordis iam suscitato li
gna addes / et incendium flamme validioris / quod te ad interitum vsque exurat concita
bis. Hoc autem exitium ne tibi contingat / audi sapientissimi Salomonis prece
ptum / et quod docet experto crede. malum enim in quo ipse incidit / alios ca[...]ius

puer. v bet | ac de muliere loquens | Longe inquit fac ab ea viam tuã | ⁊ ne appropinques
foribus domus eius. Cur ita nisi ne tangendi detur facultas si propius accesseris?
quanto magis proximas | tanto maius inis periculum | ne tangendo corruas. Mi
nus tibi noxiam ignem fore crede | si manum prunis ardentibus iniecceris | aut fer
rum candens tenueris | q̃z si lasciuientem adolescentulam digito contingas. Pru
nę quippe offendent corpus | puellę vero tactus animã perimet. Pecunię quoqꝫ
crebra contrectatio animum ad auaritiam stimulat. Quãcũqꝫ enim rem tãgere de
lectat | eius largius copiosiusqꝫ potiundę auiditas crescit. Prudens itaqꝫ constitu
tio seraphici Francisci fuit | qua cauetur | ne monachi paupertatem professi nũmos
contingant: sed illam elemosinam | quę pecunia constat secularium ministrorum
manibus colligant. Era igitur quę necessitas emendicare compellit | periculũ tan
gere vetat. per alios recipiuntur | per alios pro ipsorum victu expenduntur. vsqꝫ a
deo stipem per se sumere timent | quam pro se poscere non verentur. ne forte cõtre
ctatione illius delinti aliquid vltra necessitatem concupiscant. Nam illum etiam
xxxiij. in excelsis cum sanctis habitaturum pdicat Esaias | qui proiicit auaritiam ex calũ
nia | ⁊ excutit manus suas ab omni munere. quanta autẽ mala pariat auaritia po
stea suo loco dicemus. Porro illos maxime mundas manus habere decet | quib⁹
Esa. lij a propheta pceptum est dicente | Mundamini qui fertis vasa dñi. Nihil igitur im
mundum tangant manus illę | quibus concessum est | vt purissimũ Christi corpus
in sacramento palpent: ⁊ hostiam viuam offerant deo. Eas manus ne qua peccati
contaminet spurcicies | meminisse debemus | ob hoc nobis a deo datas | vt ipsi pre
cipue qui dedit seruiant | ipsi laborent in operibus iustis actionibusqꝫ probatis.
Tu ergo manus tuas ad euoluendos cęlestis disciplinę libellos porrige | ⁊ in iis
quę deo placent conscribendis exerce | ad pingenda quoqꝫ fingendaue appone si
mulacra illa | quę vel spectatores ad sanctimonię cultum accendant | vel tuã ipsius
mentem | ne per inania diuagetur | honesto labore occupent. Deniqꝫ modis om
nibus contende | vt easdem manus tuas cum precibus puras ad cęlũ tollas. Ita
enim facilius quod postulaueris impetrabis. Et quoniam hic de quo loquimur
tangendi sensus non solum ad manus pertinet | sed etiam ad reliquũ hominis cor
pus | cuncta corporis tui membra deo autori suo seruiant | deo in omnibus obse
quantur | nihil agant in quo ille offenditur | nihil cõmittant in quo proximus scanda
lizantur. In omni prorsus contractu | imo in omni omnium sensuũ officio atqꝫ ope
ratione danda est opera | vt euitetur peccatum | cuius premium est perennis apud
inferos cruciatus | ⁊ colatur virtus | cui promissa ẽ merces ęternę i cęlo felicitatis.

De remedio contra sensuum voluptatem. cap. xxv.

Ceterũ super omnia ad reprimendam sensuum voluptatem remedia iuuat
it animo recolere quicquid Saluatorem nostrũ sponte in hac vita passũ
Visus. nouimus. Igitur si te vana spectandi voluptas prouocauerit qualem ille volupta
tem capiebat cogita | cũ iudeorum cerneret perfidiaz | ⁊ ob id flere compelleretur |
cũqꝫ eosdem contra se insurgere videret | quos ipse saluare venerat. Si tibi auriũ
Audit⁹ delectatio blandiri coeperit | attende quod nam illi delectamẽti erat | quotidie ab
impiis conuitia audire | scꝫ probris maledictisqꝫ inimicorũ incessanter perfundi. Si


naribus infusa odoramdi suauitas tibi insidiabitur|Si gustandi luxuriosa dulcedo sui desyderiu fecerit|memento illu i vtraq manu p rosis clauos ferreos ptulisse|in ore aut p dapib' fel|p vino acetu sup sisse. Si te deniq cois toti corpori tact' ad voluptate solicitauerit|que ille toto corpe dolore excepit mete reuolue. Cerne coronatu spinis caput|man' pedesq clauis cruci affixos|lat' lacea vulneratu|cucta deniq flagellis ptusa mebra. Ac ne ia gradioris etatis ea arcta via ingressus dicas|audi ipz in psalmo psitetem|Paup sum ego et i laborib' a iuuetute mea. Ad hec suor ei' .i. oium scorum tota vita|qua celu meruerint percurre|et sigd i eo molle|sigd voluptuosu|sigd corpori iocudu delectabileq inueneris|audacter imitare. Sin vo e ptrio cucta dura|aspa|ingeta|tristia et acerba fuisse no ignoras|cur tu ad hauriedas quertens voluptates|sicut dno tuo|ita et suis ei' dissilis|tibiq metipsi p nicie sue? Quo eni eo q illi ascederut ascedes|si loge aliter atq illi vixerunt viuas? Et cum diuersa prorsus agas|quo no et diuersa sortieris? Na si illi p terrenas tribulationes celeste regnum possederut|tu pculdubio post breues terrene luxurie delicias poena luitur' es eterna|nisi pniaz egeris. Mitte igit istas|q te nuc oblectat vanitates|renucia voluptatib'|cucta corpis bladimeta|veluti peste quada aie fuge|et illa poti' q laboriosa sut amplectere|difficilib' assuesce|i oib' mor sinceritate serua|inocetia custodi|affectibusq moderare. moderadoru aut q ro sit|qz loc' hic exigere videt dicere nunc aggrediar|ope fretus diuina|non meis viribus|que nulle sunt|confisus.

odora. gustus tactus.

ps. 87.

Liber Quintus Charitatis.

De Temperantia. Capitulum. j.



Psa igit passionu|que a sensib' oriutur| moderatio|Teperatia di. Ea virtus vsq adeo reliqs oibus necessaria est|vt nisi illis comite se pstiterit|cotinuo ad vitia dilabent|et virtutis nome naturaq amittat. Justitiaq ipsa si teperantie freno no regeret|aut in negligetia aut in seuitia desineret. Teperantia mediocritatez seruat|appetitioes domat|ignauia expellit|dicta facta cogitataq ronis finib' cocludit. Nihil turpe fieri patit|voluptatib' impat ne modu excedat. dolori succubere vetat|in oibus recti honestiq rone costare iubet. non sinit extolli prosperis|neq deijci aduersis|sz in vtraq fortuna costate aiuz ee iubet. Ne itaq sensuu tuoru pturbatioib' cedas teperatia efficiet|et ad illa q memorauimus|pparanda remedia te diriget. qb' tu visus abiges abste ociu et desidia|et cupiditate|et turpes amores|et oez luxuria|vt aplecti queas labore|solicitudine|largitate|pudicicia frugalitate. Et cu vitia q citra vtute i medio pstituta sunt caueris|illa quoq q vltra hntur vitabis. ne videlicet labor vertat i lassitudine|solicitudo i curiositate|largitas in pdigalitatem|pudicicia in agendorum dicendorumq inutilem verecundiam|frugalitas in stultum ab omnibus abstinendi rigorem. Cuncta ergo equis temperantie mensuris iustisq proportionibus circunscribes. vt nec modicitate delinquas|nec

nimietate excedas. Optimūqꝫ tibi videbitur solertiam sequi nautarū qui in onerando nauigio tale temperamentum seruant | vt neqꝫ nimio pondere pssuꝫ obruatur fluctibus | neqꝫ nimia leuitate suspensum lateribus vacillet | ⁊ flantium ventorum impetum ferre nequeat. In omni qppe vitę tenore rationabilis mensurę modus vtilissimus est. Intemperantia vero omnium prorsus nequitiarum ⁊ parens ⁊ nutrix est. Quibus illa dn̄atur | de sanctorum consortio exierunt | cum iustis non scribentur. Ab ipso enim dn̄o | quia sanctionibus eius non parent | reprobati abdicatiqꝫ sunt. Omnis alienigena inquit | incircūcisus corde | ⁊ incircūcisus carne nō

Ezech. xliiij. introibit in sanctuarium meum. Aliud pterea incircūcisoruꝫ genus est | quos Hieremias notat dicens | Ecce populus hic incircūcisus aurib⁹ ⁊ nolunt audire. Aliud

Hier. 6 etiam de quo Moyses esse se fatebatur | cum se indignum officio sibi delato existi

Exo. 4. maret | ⁊ vt in hebreo habetur | diceret | Incircūcisus labijs ego sum. Huiuscemodi autem circūcisiones | hoc est cordis | aurium ac labiorum | quia non corporis | sed spiritus sunt | faciunt vt ipsam quoqꝫ carnis circūcisionem intelligētię demus spiritali. Qui ergo temperans fuerit | primo cor suum circūcidet ne cogitet malum | ne prauę appetitioni assensum prębeat | qui enim assenserit | ⁊ ad perficiendum scelus

Incircuncisus corde quod cogitauit animum inclinauerit | hic incircūcisus corde erit. Deinde qui temperans fuerit | suas aures circūcidere curabit | subtrahendo auditum delatorū susurris | adulatorum blanditijs | turpibus scortatorum canticis | impudentięqꝫ scurrarum. Qui vero aliquem ex his libenter audierit | incircūcisus auribus erit. Po-

Incircuncisus auribus stremo qui temperans fuerit | labia sua circūcidere studebit | linguaꝫ cohibendo | ne de aliquo infamandi causa obloquatur | ne cui maledicat | ne litiget ne rixetur | ne opprobret | ne mentiatur | ne quid deniqꝫ iniquum foedum inhonestum proferat. Qui autem loquenda tacendaqꝫ obseruare neglexerit | ⁊ sine delectu quicquid in buccam venit effutierit | hic incircūcisus labijs iudicabitur. Carnis vero circūcisio-

Incircuncisus labijs. neꝫ ad reliqua interioris hominis membra pertinere reor. Itaqꝫ qui temperās fuerit | minime negliget ⁊ manus circūcidere suas | ne malum operentur pedes ne illo vbi peccandi periculum imminet currant | oculos ne quid quod nefas est concupiscere spectent | palatum ne ebrietati ganeęqꝫ seruiat | olfactum ne vnguentorum

Circūcisus carne odore delectetur | sed virtutum. Qui se ita vt dicimus circūcideritcircūcisione (sicut Paulus ait) non manu facta | ⁊ in omnibus spiritui magis q̄ꝫ carni obedierit | huic perfectę temperantię inesse virtutem quis negabitur | quis nō dignuꝫ arbitrabitur | vt tandem in sanctuarium dei ingrediatur | pmiaqꝫ capiat supernę hereditatis | factus dei filius | quia noluit fieri turpium voluptatum seruus.

De virginitate. cap. ij.

Cteteꝝ cuꝫ in omniū malarū cupidinū incitamēto tēperātię freno op⁹ sit | tū maxie in coyt⁹ appetiti stimulo ihibēdo. Nullus violētior i aīantib⁹ affect⁹ | nullus isupabilior. Assidue cū illo pugnādū ē. ⁊ si sepi⁹ viceris | pīculū ē ne postremo vincaris. Quanto autem difficilior victoria | tanto ⁊ victorię remuneratio maior ac prestantior. Nunc ergo non incongrue referenda incidunt | primo castitatis pudicicięqꝫ bona | deinde contrarię libidinis mala | vt his deterriti | illis allecti pinacius in pposito pſistamus virtutis. Castitas qdē principatum tenet illi-

bata virginitas. Nam virginem esse supra vsum naturę est | et angelicum magis quam
humanum. Ideoque et in lege honorata est virginitas et in euangelio | sed in euange- Leuit.
lio magis. Prohibet lex | vt sacerdos viduam vel repudiatam ducat vxorem | sed xxi.
virginem tm̄. Et cum Moyses Madianitas delere mandaret | virginibus parci ius- Nu. xxxi
sit. Iesus Naue | qui Christi dn̄i figuram ferebat | neque vxorem habuisse memoratur | Iesus.
neque liberos. et illo duce populus israel terram ingressus est promissionis. Helias Helias.
et Heliseus nunquam inisse matrimonia leguntur | et soli inter veteres a morte quosdam Heli-
ad vitam reuocarunt. Hieremias quoque | qui in vtero matris dicitur fuisse sanctifi- seus.
catus | virgo permansit. ne donum amitteret adultus | quod acceperat conceptus. Ad Hiere.
nostra veniamus. Ipse dei filius Christus virginem matrem sibi elegit | virgo ipse per- Io. xx.
mansit | virginum sponsus dici voluit. sed neque baptizari nisi a virgine sibi placuit |
neque matrem cum ab ea decederet nisi discipulo virgini commendare. hęc autem omnia |
vt quam deo grata esset virginitas doceret. cuius conseruandę matrem foeminis | se ma-
sculis in exemplum dedit. Exinde vterque sexus profiteri coepit virginitatem | et ineundi
coniugij prolisque suscipiendę voluptate contempta ad monasteria confugere | seque
soli deo dedicare. vt dum neque nubunt | neque nubuntur | angelis cęlestibus pares fo-
rent | et humanam conditionem egressi peculiare priuilegium acquirerent. canti-
ca quę nemo alius cantare potest | coram deo personandi | agnumque sequendi quocunque
se ille vertisset. vt sicut Christo matrique eius Marię ita et ipsis nullum in ęternis man-
sionibus habitaculum clausum esset. Quid enim non illis patere crediderimus in pa-
tria sursum | qui dum hic peregrinarentur | nulli obscenę cupidini patuerunt | et in car-
ne preter carnem viuere perseuerarunt | vt magis deo placerent. Fidelissimorum enim
seruorum est | semper id maxime conari | quod dn̄o suo maxime gratum fore animaduer-
tunt. Itaque non solum attendunt quid ipse imperet | sed etiam preter imperium quid ipsum
delectet. Quam ob rem plurimi sanctorum virginitatem inuiolatam conseruarunt | vt
qua se in primis deo placere posse non ignorabant. Virgines fuere | Ioannes ba- Io. ba.
ptista | quo inter natos mulierum non erat maior | Ioannes aplūs | quem singulariter Ie- Io. ap.
sus dilexisse dicitur | Iacobus qui frater dn̄i nuncupatus est | Paulus vas electionis | Ia. ap.
aliique multi ex discipulis. Inter foeminas autem | Martha | Petronilla | Tecla | Aga- Pa. ap.
tha | Lucia | Catherina | Cecilia | Barbara | Agnes | alięque multę | quę tormenta per-
peti atque occidi maluerunt | quam virginitatem nuptijs commutare. Quidam martyrum Mar-
cum meretricibus a tyranno additis oppugnarentur | proprias linguas dentibus di- tyr.
scidisse constat | vt voluptatis motum sensus excluderet doloris. Ipsi itaque qui in con-
fessione fidei aliorum seuitiam non timebant | in castitatis periculo in se seuierunt. non le-
uius flagitium fore rati si libidini consensissent | quam si Christum abnegassent. Tunc au-
tem in culmine virtutum tua erit virginitas | cum etiam illa quę imperantur perfe-
ceris. Quę enim vel qualis est serui erga dn̄m obseruantia magna in re prestare ob-
sequium | et in parua negligere mandatum? Nonne fatuitatis arguuntur in euange-
lio virgines | quę de sola virginitate sibi plaudentes | oleum quo totius vitę lampas
illuminatur | oleum videlicet mandatorum dei non compararunt? Nonne etiam ille ab
omnibus irrideretur | qui coronam auream capite preferret | et vilibus attritisque in-
dumentis tegeretur? Virginitas ergo nisi imperata dn̄i perfecerit | tantum abest vt
cęteris fidelibus altius ascendat | vt etiam cum ipsis qui in imo cruciantur | com-
putanda sit. Hoc verum esse ipsa decem virginum parabola nobis ostendit fatuę namque Mat-


 th. xxv

prudentibus ianuam beatitudinis ingressis foris remanserunt| qz nihil aliud mu
neris habebant| quod sponso offerrent| pter nudam virginitatem adminiculisqz
necessarijs carentem. Castitatis quidem professio inter perfectionis opera merito
censetur. sed sicut poma ante q̄z maturescant decidunt| z folia ramiqz siccant| cū
trunco| cui tota arbor innititur| deesse coeperit humor. Ita queuis perfectio (si mo
do perfectio dici debeat| vbi multa deficiunt) suo fraudabitur fructu| nisi manda
Mat. torum obseruatione foueatur. Si vis ad vitam ingredi| serua mandata inqt dn̄s.
th. xix. Nisi ergo illa seruaueris| licet castus| licet integre sis| z mente atqz corpore impol
lutus| vitam habere non poteris. Castitatem vouisti| diuitias cōtempsisti| cetera re
ligionis vota suscepisti. hec per se qdem vitam beatam non merentur. si tamē vir
tutibus mandatorum dei coniuncta fuerint| ad multo altiorem beatitudinis gra
dum te prouehent| q̄z si absqz his mandata tm̄ obseruasses. Felix igitur illa virgini
tas| illa castitas illa paupertas| illa senioribus exhibita obedientia| que cum earū
virtutum comitatu que iusse sunt| celesti sponso poterit occurrere. Felix inquaz il
la virgo| que non sola pudicicie laude contenta| sed etiaz omnibus necessarijs mo
nilibus ornata sponsi sui prestolabitur aduentum.

De castitate viduali. cap. iij.

Uirginali mundicie proxime accedit castitas viduitatis| continentiaqz eorū|
qui q̄uis virgines non sint| finem tamen carnali copule statuerunt susce
pto religionis voto. vt expeditius deo seruire| celestiumqz contemplationi vacare
queant. Horum propositū longe melius esse q̄z coniugatorū vtriusqz scripture te
xxij stimonijs probatur. In Leuitico filia sacerdotis vidua ad patrem reuersa vescitur
de sanctificatis| que certe attingere gustareqz nequibat| dum marito seruiret. In
xix Exodo Moyses per triduū ab vxorio opere abstinere eos iussit| qui ad montem
Reg. p accessuri deūqz loquentem audituri erant. Sed neqz Dauidi vel ceteris qui cū il
xxi lo erant| cū esurirent| licuit panes accipere sanctificatos| nisi cum se mūdos a mu
lieribus ab heri z nudius tertius esse cōfessi sunt. In nouo autē instrumēto Pau
Ad co lus apls coniugati atqz soluti distātiam docere volens| Qui sine vxore est inquit|
ri. pria solicitus est q̄ dn̄i sunt| quomodo placeat deo. qui autem cum vxore est| solicitus
vij est que sunt mundi| quō placeat vxori| z diuisus est. Et mulier innupta inquit ac
virgo cogitat que dn̄i sunt| vt sit sancta corpore z spiritu. que autem nupta est| co
gitat que sunt mūdi| quomodo placeat viro. Quantū igitur preferenda sit vidui
tas matrimonio| continentia nuptijs| ipsa studiorum atqz operum diuersitas idi
cio est. Quis enim fidelium negare audet| longe melius esse| illa que dei sunt cogi
tare| q̄z illa que mūdi: z quomodo deo placeas querere| q̄z quomodo placeas vxo
ri: Nemo tamē credat damnari matrimonia| dum his meliora proponūtur. Non
enim peccant qui legitime coniūgūtur| sed tamen illi qui ideo coniungi nolūt| vt
liberius atqz sincerius deo seruiant| beati esse dicuntur. Mulier inquit alligata est
legi quanto tēpore vir eius viuit. q̄ si dormierit vir eius| liberata est a lege| cui vult
nubat| tm̄ in dn̄o. Beatior autem erit| si sic permanserit secū dum meum consiliū.
Ac ne consulentem contemneres| continuo subiunxit| Puto autem q̄ z ego spi
Ad tit. ritum dei habeam. Idem Apostolus Tito discipulo precipit dicens| Uiduas ho
pria. v.

nora | que vere vidue sunt. Has etiam qualiter se gerere debeant instruens ait. Que autem vere vidua est ⁊ desolata speret in deum | ⁊ instet obsecrationibus ⁊ orationibus nocte ac die. Nam que in delitijs est | viuens mortua est. Illas ergo que delicias mundi | vt Christum lucrifacerent spreuerunt | ⁊ reuereri | ⁊ si indiguerint | ecclesie alimentis mandat sustentari. Honor enim in scripturis non solum reuerentiam | sed etiam liberalitatem elemosynasque designat. vt in prouerbijs | Honora dominum de tua substantia, ⁊ de primitijs omnium frugum tuarum da pauperibus. Prover.3

Cum autem Apostolus vere viduas in ecclesia reuerenter suscipiendas alendasque precepisset | si modo vnde alantur de suo non habuerint | prospicere etiam volens ne qua de his sinistri rumoris oboriatur suspitio | ne quis infirmis peccandi locus detur | Vidua inquit eligatur non minus .lx. annorum | que fuerit vnius viri vxor | in operibus bonis testimonium habens | si filios educauit | si hospitio recepit | si sanctorum pedes lauit | si tribulationem patientibus subministrauit | si omne opus bonum subsecuta est. Adolescentiores autem viduas deuita. Cum enim luxuriate fuerint | in Christo nubere volunt | habentes damnationem | quia primam fidem irritam fecerunt. Non ergo ob hoc solum vitande sunt | quia earum consortium castitati periculum sit | verum etiam quia ipse iniuria ecclesiam afficere soleant | repetendo connubia | cum professe fuerint castitatem | ⁊ quod deo vouerant non exoluendo. Cumque ita sit | Volo inquit iuniores nubere | filios procreare | matres familias esse | nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia. Jam enim quedam conuerse sunt post Sathanam. Quare illas nubere vult aperte declarat | ne videlicet castitatem vouendo irritum faciant promissum | ne post Sathanam abeant | ⁊ ad illicitos amplexus conuerse diabolo nubant. Tolle incontinentiam istam | ⁊ non dicet | Volo iuniores nubere | sed quemadmodum superius dixit | beatiores erunt | si sic permanserint secundum consilium meum. hoc est | si in proposito perdurarint castitatis | ⁊ vere viduitatis officijs functe fuerint. Quod ibi etiam ⁊ quidem manifestius asseuerat | vbi ait | Dico autem non nuptis ⁊ viduis | bonum est illis | si sic permanserint sicut ⁊ ego | Ad Cori. prim. vij quod si non se continent | nubant. melius est enim nubere quam vri. i. licitas inire nuptias | quam illicitis ardere amplexibus. Patet ergo Apostoli esse sententiam | Illis viduis que se continere nequeunt | magis expedire vt nubant | quam vt per incontinentiam pereant. Illis vero que deo magis quam hominibus placere cupiunt | optimum esse non nubere | sed in castitate perseuerare. Porro quod hic foeminis precipitur | viros quoque respicit | qui castitatem preferunt matrimonio | sexagesimum fructum tricesimo | ⁊ domini cultum vxorie seruituti. quibus a Saluatore dicitur | Sint lumbi vestri precincti ⁊ lucerne ardentes in manibus vestris. Luc.12 ⁊ ab Apostolo | State accincti lumbos vestros in veritate. Ad Ephe.6. Lumbi ad generandi rationem pertinent. quos precingere quid aliud nisi castitati studere est? Hoc quidem precipuis hoc electis dei Christique discipulis iniungitur | non vulgaribus | non terrena temporaliaque appetentibus | sed ad celestem gloriam aspirantibus ⁊ eternam. Unde Heliam prophetam ⁊ Joannem bapti. Zona cinxerat pellicea | Helias Jo.ba. que significabat in carne mortificatos | nullique obscene cupidini subiectos. Quam autem magni spiritus hi ambo fuerint | nemo fidelis ignorat. Ille etiam vir sanctus ista continentie virtute proficere optabat | dauid. qui ingemiscens ait | Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus | ps.37. et se superari sentiens auxilium implorauit | Intende inquit

in adiutorium meum dn̄e deus salutis mee. Illam vero mulierē vt optauerat ita
Puer. xxxi. profecisse credimus de qua est scriptum Accinxit fortitudine lumbos suos & roborauit brachium suū. In brachio iusticie opera intelligimus. que tunc sane robur & firmitatem sui concipiunt cum lumbis zona castitatis constrictis contemnimus illecebras carnis & coniugij iugo expediti in illorum concedimus libertatem
Mat. xix. eunuchorum qui se propter celeste regnū castrauerunt. Que profecto virtus quoniam vulgari vita eminentior est non imperatur sed suadetur dicente domino Qui potest capere capiat. Ut autem ad capiendum qd̄ proposuit enitamur premiorum
Esa. 56 magnitudine nos prouocat per Esaiam dicens Ne dicat eunuchus quia sum lignū aridū: hec enim dicit dn̄s eunuchis qui custodierint sabbata mea & elegerint que volui & tenuerint foedus meū dabo eis in domo mea & in muro meo locum nominatum & nomen melius filijs & filiab' nomen sempiternū dabo eis quod non deficiet. Laudent matrimonia cōiugati & prolis foecūditate glorient dum tamen eunuchi nostri melius filijs & filiab' nomen a domino sibi vendicent patribusq; & matribus apud oīum patrem pluris habeantur. Restat vt doceamus quibus armis virtus castitatis ne offendatur tuenda sit.

De consortio diuersi sexus vitando. cap. iiij.

Castitatis professoribus non sui sexus hoīum consortia sunt fugienda. Quamuis fuerint sancti vir & foemina nequaq; tantū sibi confidant in etate presertim adhuc vegeta & robusta vt sine arbitris inter se colloquantur vt soli simul sedeant aut conuersis alter in alterum oculis inuicem se spectent ne forte cogitare cogantur qd̄ intercedente verecundia confiteri non audent. Potest qdem fieri vt amborum vultus gestus sermo pudicitiam seruet difficillimū tamen imo impossibile est nequando vel vtriusq; vel alterius eorum mens impuris estuet desyderijs vel momento aliquo temporis cōcupiscat qd̄ cōmittere veretur. Audi Sa-
falsa veris mixta in se haberent, nihilominus que vera erãt manẽt, que falsa, vna cum suis autoribus interierunt. Arrius ab euãgelio alienatus, impieq3 de trinitate sentiens vētris pfluuio extinctus est. Olympius arrianus dũ blasphemias in sanctã trinitatẽ ore sacrilego pferret, fulmine ictus conflagrauit. Anastasius augustus Eutichetis erroribus implicatus, verbũ dei in carnẽ mutatũ, et in Christo incarnato vnã tñ esse naturã asserebat. cumq3 ab hac impietate ne Hormisde qdẽ summi põtificis admonitione solicitatus recederet, ipse et fulmine afflatus perijt. Non ne omnes tã infelici fine cõsumpti testantur, nemini tutũ esse euãgelice veritati vlla in parte derogare, et ab ecclesia Christi quicq3 vel minimum dissentire velle? Sola quidẽ adhuc macumetana heresis extat, et viribus aucta, seuit in Christianos, vt q Christi sunt, calamitatum patientia probent, donec et illa sua corruat impietate ac dissoluatur. Queadmodum autẽ Iudeorum olim fuit in deum ingratitudo ad Idola cõuerti, ita nũc nostrorum par flagitium erit, de Christo parũ pie sentire. Qd si tã ingrati sint, q solo errore delinquũt, quid de te dicã pfide Iudas? quibus verbis tuã accusem ingratitudinẽ? que maior est q3 vt fando exprimi queat. Nõ solũ que vera rectaq3 erãt, que salutaria, que sancta, que perfecta, a magistro ac dño tuo didiceras, verum et in cõsortium ascitus fueras Aplorum, et tãq3 ceteris fidelior apostolice familie Oeconomus factus et loculos habẽs, vt que oibus offerrebant, solus dispẽsares. at tu (proh nefas) tãtorum beneficiorum prorsus immemor, et pecunie cupiditate superatus, vt triginta argenteos acciperes, dñm in mortẽ tradidisti. Vicisti tuo parricidio Iudeorum ingratitudinẽ. bonũ qd acceperãt illi, cõmune cũ alijs erat, tu speciali priuilegio dotatus, tu in ordinẽ pcipuorum Christi comitũ vocatus, tu singulari quodã honore preditus, in tantã excidisti dementiã, vt eius proditor fieres, cuius fueras discipulus, vt eum crucifigẽdum inimicis offerres, cuius eras natura famulus, beneficio socius, dilectione fr, pmissiõe coheres, nõ terreni patrimonij, sed celestis. Nunqd te cũ coenaret, a mẽsa repulit? cum sacramentum corporis et sanguinis sui discũbẽtib⁹ porrigeret, pterijt? cum ijsdẽ pedes lauaret, nũqd nõ se ad tuos inclinauit? nũqd cum amplecti eum velles, restitit? cũ osculum offerres, faciẽ auertit? Omnia qdẽ ille tãq3 sibi charissimo indulsit. sed tu oium oblitus, tãq3 hosti insidiabaris, tãq3 seruũ vẽdebas, tãq3 parricidã in manus perdere volẽtiũ dabas. Porro tã cruenti facinoris, postq3 ille crucifixus est, iã et ipse cõscius, peccasse te fatebaris, argenteos quos acceperas proijciebas. Poenitebat te qdẽ cõmissi sacrilegij, sed venie spe destitutus, doloreq3 supatus laqueo collum tuũ cõfregisti, et pẽdens diruptis visceribus, effluẽtibusq3 intestinis infoelicẽ aiam emisisti. O dirũ et crudele mortis genus, nequitie tñ tue cõueniẽs, tuaq3 impietate dignũ, nõ magis qr iustũ vẽdideris, q3 q desperaueris. Vtrumq3 sane inter crimina grauissimum, ac nescio qd maius, nisi q alterum remitti poterat, si alterum remissionis impetrãde aditũ nõ pclusisset. Eo igitur tua te pduxit in dñm ingratitudo, vt p grauissimis criminib⁹ grauissimas quoq3 poenas dare credaris in inferno, quo corruisti. Nũc tu is qdẽ supplicijs terres nos, neqd sinistrũ d Saluatore nr̃o sentiẽdo ingrati simus, et tuis flagitijs ostẽdis cõtrarias illis actiones ad gratitudinẽ ptinere. Grat⁹ itaq3 erga dñm ac redẽptorẽ suũ erit, q ñ pecũiã ipo, s3 ipm pecũia chariorẽ habuerit, nihil cũ ipo simulauerit, nihil i ipm impie neq3 cogitauerit, neq3 fecerit, et nũq3 d clemẽtia di diffisus, oẽs salutis sue spem i ipo sitã hrãq3 sp ẽẽ curauerit, et tãdẽ mori poti⁹ q3 dño peccare op

Arri⁹.
olympi
Anast. aug.
machumetus.



Iudas

tauerit. Atq; hec hactenus. nunc autē ad reliquas charitatis partes descendere sti-
tuēs / arbitror nō minimā / sed precipuā potius esse / cuz beneuiuendi pcepta didi-
ceris / operaz dare vt alios doceas. Igitur prius de illius qui docere vult officio disse-
remus. deinde videbimus / quātuz iuuat / si adsit q doceat / & quātuz nocet / si absit.

De officio catholici predicatoris. Cap. xi.

DOcere in ecclesia epi offm est / & illorum Sacerdotuz / qui presidis autorita-
paralip te probati sunt. Iosaphat hierosolimarum rex Leuitas misisse dicit & Sa-
2.17. cerdotes / vt peragrando vrbes Iudee instruerēt pplm pceptis legis. Christus vt
mar.16 gētibus euangeliuz pdicarēt / Aplos / quos ipse instituerat / destinauit. Euntes inqt
in munduz vniuersuz predicate euangeliuz omni creature / Veruz tn̄ qui apostoli-
co isto fungi voluerit munere / eruditione ac virtutibus pstare debet. Alioquin si
indoctus fuerit / facile in errorē labet / & quoz cōsciētiā curare volet / magis cōsau-
ciabit. Discat igit prius / & postea doceat / & qd verbis docuerit / opibus cōprobet.
Sic egisse dr Esdras Sacerdos / cum ad reparandā hierosolimā ab Artaxerse di-
Esdre. missus redisset. Ita eni scriptū de illo legimus / Esdras autē parauit cor suuz / vt in-
p.7. uestigaret legē dn̄i / & faceret / & doceret. Et Apli ante spiritu sctō replentur / deinde
predicationis officio fungi iussi sunt. Porro quod alijs pcipiendo edificabāt / ne
aliter agēdo destruerent / id et ipsi prestare studuerunt / nō minus exemplo docen-
tes q̄z sermone. Nā impudēs admodum psumptio est / hoc alios monere / qd ipse
nō facias / imponere alijs onera grauia / quibus ipse dorsuz non supposueris. Aut
quō potest aliquis alios rephendere his de rebus / quas facere se non ignorat? Tur-
pissimum est profecto / cuz in corripientē culpa retorquetur / cum quis in quo alte-
rum accusat / seipsum damnat. Sic igitur viue / vt precipis / & ad verba mores con-
fer / & sanus curationē egris adhibe / ne cuz rubore audias / Medice cura te ipsuz.
13. Vobis qui in ecclesia dei ad populum declamatis / p Esaiā est dictuz / Exaltate vo-
cē / leuate manuz. vt videlicet voci manus cōsonet / & preceptis rn̄deāt opera. Quia
qui fecerit & docuerit sic / his magnus vocabitur in regno celoz. Is demum alioz
delicta efficaciter arguit / in quo nō inuenit / qd alij redarguāt. Sit ergo mitis atq;
submissus qui humilitatē docet. Recedat ab iracundia qui patientiā suadet. Casti-
tatē illesam seruet / qui stupra adulteriaq; detestat. Nihil improbe agat / qui docet
iustitiā & inuehit in vitia. deniq; cū Samaritana relinquat hydriā mūdane vanita-
tis / qui paratus est populo euangelizare Iesum. Caueat quoq; ne lucri gratia pdi-
cet / siue glorie ab hominibus captāde. Nō terrenū lucrum spiritalibus querendū
mat.x. ē disciplinis sed celeste. Gratis accepistis inqt dn̄s / gratis date. Eos autē q in tēplo
vēdunt colūbas / hoc ē dona spūs sancti eijcit flagello / vt fideliuz psortio indignos.
Io.2. & nō ē domus dei inqt / domus negotiationis sz orōnis. Quid ergo nihil ne accipere
mat.x. oportet? imo opz / sz quātuz necessitas postulauerit. dignus ē inqt opari⁹ cibo suo. &
Deut. in lege dr / Nō alligabis os boui triturāti. vt videlz & ipse d tritura sua pascat & viuat
25. seq; sustētet. Neqd āt vltra q̄z qd satis ē qras / ipse doctor eccle pnceps Paul⁹ ait /
d ti. Hntes alimēta & qb⁹ tegimur / his cōtēti sim⁹. Vitāda ē et hūane laudis captatio.
ma.6 ne p labore doctrine / laudē que a dō ē amittam⁹. Ad hec ne illi qdē recte / q ecclesia-
stici doctoris offm̄ pfessi / omisso euāgelio qōnib⁹ nihil ad rē ptinētib⁹ occupari so-
lēt / q sylogismos enthymemataq; pponēdo philosophant / vel poetaz figmēta dcā

tunt/ vel explicandis gentilium historijs immorantur/ vel de celestium motu syde
rúq; naturis disputant/ nō querētes qđ saluti conferat animarum/ sed quod au- mat.23
ditorum aures demulceat atq; delectet. Hi certe a domino audient/ Omnia ope-
ra sua faciunt/ vt videantur ab hominibus. Plausum enim vulgi querunt/ & do-
cti dici q̃ sancti malunt. nec vident ꝙ callidis diaboli suggestionibus supra pin-
naculum templi statuuntur/ vt quo altius ascenderint/ grauius elibantur cum ce-
ciderint. Quid tu ingenium iactas/ aut rerum multarum cognitionem ostentas/
qui non ex his quidem/ sed ex operibus iudicaris? Magis deo placet Sancta ru-
sticitas/ q̃ peccatoris hominū ore laudata scia. Non ergo attēdat doctor/ quid au
ditores delectet audire/ sed quid se deceat loqui nec se putet in theatro esse/ vt cū
fabulam peregerit/ astantium plausu excipiatur/ sed in ecclesia dei/ vt postq̃ pijs
admonitionibus eos qui libenter audiunt iuuerit/ a dño capiat mercedem glorie
sempiterne. Impigrum quoq; ac solicitū esse decet salutifere institutionis doctorē.
Circuibat Iesus (vt euangeliste tradunt) totam galileā docens in synagogis eorū/ mat.4
& p̄dicans euangelium regni. & alibi dicitur/ Erat quotidie docens in templo. In- luc.15.
tuere preterea indefessam Apostoli eius in predicando curam. Scribens ad Ro- Ad ro.
manos affirmat/ ꝙ ab hierosolimis per circuitū vsq; ad Illyricū omnia repleuerit 15.
p̄dicationibus euangelij Christi. & neq; persecutionibus deterretur/ nec vinctus de
sistit/ in euangelio se laborare dicens vsq; ad vincula. Vide etiā q̃ anxie opus hoc
Timotheo discipulo iniungat cum ait/ Predica verbum/ insta/ opportune/ impor 2.
tune/ argue/ obsecra/ increpa/ in omni patientia & doctrina. vt videlicet impleatur/
quod in Esaia de Apostolis & ecclesie doctoribus predictum fuerat/ Super mu- 62.
ros tuos hierusalem constitui custodes/ tota die & tota nocte perpetuo non tace-
bunt. Sed etiam ipsi prophete fuit olim a dño iussum dicente/ Clama ne cesses/ 58.
quasi tuba exalta vocem tuam/ & annuncia populo meo scelera eorum. Tanto eni
diligentius instandum est doctrine salutari/ in quanto peccantibus maius immi-
net periculum salutis. Nec semel aut iterum admonendi tibi erunt/ sed toties/ do-
nec cum psalmista dicere possis/ laboraui clamans/ rauce facte sunt fauces mee. ps.58.
Magno autem animo verbum domini predicandum est/ neq; ob presentiam po
tentiorum subticeri debet veritas/ dum vitia reprehenduntur. Gloriatur Dauid ps.118.
coram dño dicens/ Loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum/ & non con
fundebar. & in Esaia euangelico doctori precipitur/ Super montem excelsum ascē 40.
de tu/ qui euangelizas syon/ noli timere. Ionas propheta predicare iussus/ dum ho Ionas
mines timet/ deo nolebat obedire/ & cum naui fugeret/ orta tempestate in mari pre- 2.
cipitatur/ atq; a pisce viuus deglutitur. Satius illi tunc fuerat incidere in manus
hominū q̃ non obedisse deo viuenti. Hieremias vero ipsius domini verbis ani-
matur ad predicandum dicentis/ Tu ergo accinge lumbos tuos/ & surge & loque hier.1.
re ad eos omnia que ego precipio tibi/ ne timeas a facie eorum. nec enim timere te
faciam vultum eorum. Non timuit Ioannes arguere Herodem regem/ vt osten Io.bap.
deret/ non esse timendos qui occidunt corpus/ sed vnum illum/ qui corpus & ani- Mat.
mam simul potest mittere in gehennam. Apostoli ac martyres dñi/ ne Christum p̄ 14.
dicarent/ nec minis principum deterreri nec tormentis inhiberi potuerunt. Qui
enim confidit in dño/ sicut mons syon non mouebitur in eternum. Paulus cum
esset Corinthi/ per visionem nocturnam audiuit Christum sibi dicentem/ Noli ti- act.18.

mere sed loquere / z ne taceas. propter q꜄ ego sum tecum / z nemo apponet tibi / vt
nocea tte. Protegit igitur verbi sui predicatores deus / donec docendi munus im
pleant / z cum impleuerint / occidi permittit / vt coronet.

Quid potissime predicandum sit. Cap. xij.

PRedicandum aūt est euangelium / danda pie viuendi precepta / disserendū
de beatorum gloria / quatenus fieri potest / poenaq꜄ damnatorum / vt pecca
tores ad penitentiā excitentur / iusti ad perseuerantiam. Ad Aplos ait saluator / Pre
mat.16 dicate euangeliū oi creature. z de ipsomet in Luca legimus / q꜄ iter faciebat p ciui
luc.8. tates z castella predicans z euāgelizans regnū dei. Hoc idē regnū discipulos sui
luc.10. su nūciare cū ait / Dicite illis q꜄ appropinq꜄bit in vos regnū dei. Idē in plurimis
quidem euāgelij locis z tenebras commemorat z gehēnā z tormentorum locum
mat.4 z vermē immortalē z ignē eternū. Poenitentiam ēt pdicauit dicēs / Agite poenitē
mar.6. tiam z appropinquabit regnuz celoꝝ. De discipulis quoq꜄ dr / Exeuntes predica
bant vt penitētiā agerent. Ad eos autē q nō indigēt penitentia est dictū / Qui perse
mat.10 uerauerit vsq꜄ in finem / hic saluus erit. Preuaricator non Predicator est / qui ab
his discedens aliqua superflua z nihil profutura docet / multa se nosse ostentans. Quid
ad cor. aūt pdest multa scire / z deum nescire? Doctor gentiū Paulus / missuz se dixit euan
j. ca.1.2 gelizare non in sapientia verbi / vt non euacuet crux Christi. Nō iudicaui inquit me
scire aliqd inter vos nisi Iesuz Christū z hūc crucifixū. Vtq꜄ doceret aliā ēē sapiētiā
carnis / aliā spūs ait / Sapientiā autē loquimur inter pfectos / sapientiā vero nō hu
ius seculi neq꜄ principū huius seculi / que destruuntur / sed loquimur dei sapientiā
ad.ti in mysterio / que abscondita est. Idcirco sane z Timotheo discipulo ad predican-
mo.2. dum destinato / Formā habe inquit sanorum verborum / que a me audisti / in fide
cap.1. z dilectione / in Christo Iesu. z ad Titum / Tu autem loquere / que decent sanam
ad titū doctrinam. Nō enim sana sed languens z infirma est doctrina / que pie sctēq꜄ viuē
2. di studio nihil omnino confert. Mortifera vero z detestabilis / que peruertere nis
tit veritatē humane philosophie argutijs. Audi pterea quod tibi sapientie antistes
puer. Salomon pcipiat dicens / Erue eos / qui ducuntur ad mortē / z qui trahuntur ad
24. interitū / liberare necesses. Obseruare quoq꜄ debet vite spiritalis institutor z do
ctor / qui de thesauro cordis sui pfert noua z vetera / vt quicqd ex libris diuinis re
citauerit / nō secunduz litterā occidentē illud interpretetur sed secūduz spūm viuifi
cantē / Sciat apire sensus verborum ambage velatos / z in mediū proferre / z ad au
ditorum emolumēta conuertere. vt sunt visa dictaq꜄ prophetarum / z cerimoniarū
ritus ac sacrificiorum / que si spiritaliter z per tropologiā nō intelligantur / similia
11. delyramentis anilibus erunt. Ideo aūt in leuitico animalia que rumināt z vngu
lā diuidunt / munda sunt. Quia vtiq꜄ is ruminare videt / q in lege dnī meditat die
ac nocte z tunc vngulā diuidit / cum mysticū sensuz a litterali intelligētia separat.
Horū igitur scientiā ille qui populuz docet habeat / vt munduz cibū esurientibus
offerre qat / z mētes ad audiendū intētas alere vbo salutis. Ceterū meminerit eos
lacte alēdos esse / id est moralibus dūtaxat pceptis instruēdos / qui pficere incipiūt.
solidū autē cibū pfectoꝝ esse z ad altiora nitētiū. his mysterioꝝ ardua explanāda
erūt / vt ad cōcupiscēda celestia magis inardescāt / dū diuini elogij arcana mirātur.

Sic dn̄s nr̄ mōtē ascēdēs docuit discipl'os | tāq3 sublimioris discipline iā capaces. mat.5.
descēdisse autē de mōte dr̄ | qn̄ cū turba fuit loquēdū. Hoc illud ē qd in psalmo le mat.8.
gim' | Ascēdūt mōtes z descēdūt cāpi in locū quē fūdasti eis. Mōtes erāt | qb' di-
ctū ē | Uobis datū ē nosse mysteriū regni dei. Cāpi vero descēdētes | ad quos dixit
Apl's | Facti estis qbus lacte opus est | nō solido cibo. Sicut igit̄ cuiq3 cōuenerit | ita
doceat̄ | vt oēs salui fiāt. Sz tn̄ cauēdū est | ne rudis interpres declamet in ecclesia.
Uale.n. exponēs dicta scripturaꝝ | p̄iculū est | ne z ipse in errorē incidat | z alios in
ducat. q2 si (vt dr̄) cecus ceco dux fuerit | ambo in foueā cadūt. Hoc Apl's Galathis | ad gal.
quos ipse docuerat | metuēs ait | licet nos aut Angelus de celo euāgelizet vobis | pre .1.
terq3 qd euāgelizauimus vobis | anathema sit. Indocto itaq3 silere multo satius ē |
z sua simplicitate cōtētū esse | q3 docti offm̄ vsurpare | z docere velle qd nō didicit |
aut loq qd nescit | cū periculo sue aliorūq3 salutis. Plerīq3 tn̄ post q3 eoꝝ q cōmēdan
tur sermones lectitādo edidicerint | cōfidēter p̄dicāt. Tolerandos puto | dūmodo
aliqd vltra nō p̄sumāt. Sed verēdū est | ne post hec auditoꝝ palpatione deliniti | se
esse magistros arbitrent̄ | cū nō fuerint discipuli | z aliqd vel addāt arroganter | vel
mutēt incōsulte | vel subtrahāt licēter. Multi me laudāt inqt aliqs. Noli multitu
dini credere | certius paucoꝝ iudiciū est | qui in se habēt | qd in alio laudāt. Illud nē
pe pictoris optimū est opus | qd pictores cōmēdāt | nō qd varijs fucatū coloribus
coriarij mirātur. Tunc ergo vulgi de tua eruditione opinionibus fidē adhibe | cum
idem senserint z periti.

Qui pretermittendi | z qui docendi | z qualiter corripiendi. Cap. xiiij.

AB illis vero quoꝝ nulla sperat̄ correctio | q cū pharaōe obduruerunt | auer
tēda verbi diuini p̄dicatio est. Apl'i Iudeoꝝ obstinatiōe offensi dixerūt | Uo act.13.
bis oportebat p̄mū loq verbū dei | sed qm̄ repellitis illud | z indignos vos iudicā-
tis eterne vite | ecce cōuertimur ad gētes. sic enī3 nobis p̄cepit dn̄s. Ac ne aliter illū
p̄cepisse credas q3 egisse | nullu3 omnino Pilato dedit responsu3 | cu3 ab eo qd esset
veritas interrogaretur. q2 veritatis inimicus de veritate sermonē audire indignus
erat. Ideo paulus z Barnabas (vt in actis Aploꝝ legit̄) p̄hibiti sunt a sp̄u sc̄tō lo- 16.
qui verbū in Asia. Nō sunt igitur mittende euangelij margarite ante porcos | ne
cōculcent eas pedibus. Iniuriā sibi ipsi facit inqt Salomon | qui erudit derisorē3 | pue.9.
z q impiū arguit | sibi maculā generat. z iterum ait | In auribus insipientiū ne lo- pu.23.
quaris | q2 despiciēt doctrinā eloquij tui. Et forsasse nō leuiter peccat | qui diuina
mysteria ibi loquit̄ | vbi nō est auditus. dicēte p̄ha | In corde meo abscōdi eloquia ps.118.
tua | vt nō peccē tibi. Illos vero q libēter audiūt | z vite p̄ceptis erudiri affectāt | nol-
le docere cum didiceris impium est. Cur talentum tibi a domino ad negocian-
dum creditum abscondis in terra serue nequam? cur ocio deditus nihil facis lu-
cri? quam rationem reddes | cum ad illum vacuus redieris? Pastorem te do-
minus gregi suo prefecit | vides lupum venientem z fugis | vides diaboli frau
dibus ac dolo multorum corda subuerti | z negligis. ciuium tuorum suffodi spi-
rituales domos intueris z taces | canis mutus non valens | immo nolens la-
trare. Speculatorem dedi te domui Israel inquit dominus | audiens ergo ezechiel
ex ore meo sermonem annunciabis eis ex me. Si me dicente ad impium 33.

Impie morte morieris/ non fueris locutus/ vt se custodiat impius a via sua/ ipse
impius in iniquitate sua morietur/ sanguinem autem eius de manu tua requiram.
Absit ergo requiratur perditę ouis ratio/ et negligię. Plebs tibi commissa famē nō
panis sed audiendi verbū dei patitur/ et tu supprimis vitę pabulū: nec attēdis qđ
pue.11 scriptum est/ Qui absconderit frumenta: maledicetur in populis/ benedictio autē
Esa.6. super caput vendentium. Dolet Esaias quod regem impium Oziam non corripue-
ad cor. rit/ et veh mihi inquit quia tacui. Apostolus quoque/ veh mihi est/ si non euangeliza-
pma.9 uero. At tu ociosus oscitas/ et nec maledictione territus/ nec benedictione illectus
ad docendum inclinaris/ Expergiscere tandem/ aperi os tuum populo/ lucrare do-
mino/ docendo/ increpando/ exhortando. Hoc fecit Christus/ hoc Apostoli/ hoc of-
ficium epi est/ quē te esse profiteris. Tibi dictum puta/ quod per Esaiam dicitur/
58. Quasi tuba exalta vocem tuam/ et annuncia populo meo scelera eorum. vel quod
16. ad Ezechielem/ Nota fac hierusalem abominationes suas. Duriores acerbius-
ter increpandi sunt/ iam ad poenitudinem inclinati mollius. Corinthios interro-
pma. gat Apostolus/ Quid vultis inquit/ in virga veniam ad vos/ an in charitate et spū
4. mansuetudinis? Ita autem moderanda correptio est/ vt et mordeat peccatorem/ et
spe venię consoletur/ ne ille abundantiori tristitia absorbeatur. Fragilitatis tuę me-
ad gal. mor aliorum infirmitatibus medere/ et ad mentem reuoca preceptum Apostoli di-
6. centis/ Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto/ vos qui spirituales estis/ in-
struite huiusmodi in spiritu mansuetudinis/ considerans te ipsum/ ne et tu tente-
ps140 ris. Hoc est quod optat sibi psalmista dicens/ Corripiet me iustus in misericordia/
et increpabit me. Optimum in Presule temperamentum est miseratio cum iusti-
tia. Miseratio enim sine iustitia/ peccandi prestat audaciam. Iustitia sine miseratio-
ne/ instar crudelitatis est. altera alterius ope indiget/ vt correptio ipsa et corripientē
commendet/ et emendet peccantem.

Ut Predicator ab adulatione procul sit/ et predicādi tpa obseruet. Cap. xiiij.

Ab assentatione autem procul abesse peccatorum castigatorem decet. vt ni-
hil ad gratiam audientium dicat/ sed ad profectum. optimique medici more
vtatur/ adhibens vulneribus curationem/ non quę delectet male affectū/ sed quę
Exo- sanet. Vetatur hedum coquere in lacte matris suę. hoc est/ peccatorem blanditijs
di.34. fouere. Non debes quęrere tu qui predicatoris officio fungeris/ vt hominibus pla-
ad ga.1 ceas sed vt homines ad deum dirigas. Audi Apostolum dicentem/ Si hominibus
placerem Christi seruus non essem. In eo placeas hominibus/ in quo places deo.
Alioquin non dei/ sed hominum eris seruus. Multo melius est veris offendere/
quam placere adulando. et malum incusare vt corrigatur/ quam dissimulare vt inualescat.
Tempus etiam predicationi congruum quęritur. non semper sęculi hominibus
luc.12. predicationes vacat audire. Oportet igitur vt fidelis seruus et prudens/ quem cō-
stituit dns super familiam suam/ det illi in tempore tritici mensuram. Ubi obseruā-
dū est/ quod non solum tempore apto opus sit/ vt dicta prosint/ sed etiam mensura/ vt
neque plus neque minus dicatur/ quam necesse fuerit. Accommodatissima autem huic
negocio tempora erunt/ ieiuniorum dies/ qui ante festum dominicę natiuitatis dnī
eiusque resurrectionis solennes habentur. Tunc tps acceptabile/ tunc dies salutis/ tunc

messis tempora sunt | in quibus plus frugis colligi solet. Et qui congregat in messe 10.
(vt in prouerbijs dicitur) filius sapiens est. Siquando alias cōtigerit. vt vel ad sup
plicandum vel ad poenitendum plebem exhortari opus erit | vel ad sedandas ciui
um inter se seditiōes, odiaq; tollenda | tunc quoq; predicationibus erit insistendū |
vt in radice reprimatur malum ne pululet | & in mortem multorum fruticetur.

De predicantium meritis. Cap. xv.

Quisquis in his que dicta sunt | diuine laudis gratia salutisq; proximorum
se se pro viribus exercuerit | multa quidem in terra | sed plurima in celo be
neficia consequetur. Spiritu sancto illuminabitur | sciē capiet incrementum | vim
in suadendo dissuadendoq; acquiret. Siquidem ipse vnus in trinitate deus hoc vi
sibiliter apparere fecit in Apostolis | quod postea in eorum successores operaturus
erat inuisibiliter. Vise sunt supra illos | qui ad euangelizandum mittendi erant | act. 2.
ignee lingue | & ipsi repleti spū sancto coeperunt loqui (vt lucas inquit) varijs lin-
guis | pro vt spiritus sanctus dabat eloqui illis. Tu quoq; o Sacerdos | qui & ante
vt disceres que dei sunt | omnem curam operāq; adhibuisti | & postea vt doceres |
sincero corde feruētiq; in deum ac proximos charitate pulpitum inscendisti | si sa-
pienter | si egregie | si efficaciter verba feceris | nihil tibi arroges | nihil tuo vel inge-
nio vel studio plaudas. totum hoc spiritus sancti gratia est | totum donum dei est.
Non vos estis inquit qui loquimini | sed spiritus patris vestri qui loquitur in vo mat. 10
bis. Hoc si habes | iam certissima future beatitudinis spe oppignoratus es | iam bea
tus dici meruisti. iuxta illud psalmiste: Beatus homo quē tu erudieris domine | & ps. xciij.
de lege tua docueris eum. Sic se eruditum confitebatur Paulus | licet multa a Ga
malièle didicisset | cum diceret | An experimentum eius queritis qui in me loquitur ad cor.
Christus? Excusabat immaturam etatē Hieremias ad populum loqui iussus | im- scda.13
paremq; se huic rei asseuerabat qm tetigit os eius dominus dicēs | Ecce ego dedi ver hier.1
ba mea in ore tuo | ecce ego constitui te hodie super gentes & super regna vt euellas
& destruas & disperdas & dissipes | & edifices & plantes. Tu quoq; si tuis sermoni-
bus euelli videris vitia | & virtutes plantari in cordibus eorum quos doces | cōta-
ctum a spiritu sancto os tuum esse scias | & de labijs tuis non tua | sed dei verba p
cessisse. Deus est qui aperuit os mutorum | & linguas infantium fecit disertas. de-
us est cuius vox in virtute & in magnificentia | superborum cedros confringens &
humilibus prestans gratiam. Vox ista euangelice predicationis est | arrogātes de
struit | & in deo tm̄ confidentibus se commodat. Ita vt interdum qui minus erudi
tus est | plus efficacie in dicendo habeat | magisq; satisfaciat prudēti auditori. Sic ps. 67.
enim per prophetam dicitur | Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute
multa. Igitur quemadmodum virtus ista (vt in euangelio est dictum) de Salua-
tore nostro exibat | & egros per tactum vestimentorum eius curabat | ita peccator fi
delis ac sancti doctoris voce in intima cordis contactus ad penitentiam operaq;
virtutis conuertetur | & anime sue langorē conualuisse sentiet | occulta spūs sancti
medicatione. Predicator quippe medicus animarum est. & cum in homine nihil
preciosius habeatur anima ipsa prestantissimum diuine liberalitatis donum est |
anime langoribus succurrere scire | & vinee manu dei consite operarium esse | atq;

in multā messem missi a dn̄o messis | vt frugem colligas in horreis celestibus repo
nendam. Magnificū est mēse diuine esse cōuiuā | sed magnificentius ab ipso men
se dn̄o dignū iudicari | vt sis cōuiua & inuitator & ad Spōsi nuptias cōuocator mul
torum atq; collector. Cui hoc fuerit concessum | dici de illo poterit qđ de Joanne
luc.1. bap. fuit dictū | Et tu puer propheta altissimi vocaberis | preibis enim ante facie
dn̄i parare vias eius | ad dandā scientiam salutis plebi eius in remissionē peccato
rum eorum. Propheta enim altissimi sacrarum interpres scripturarum est. qui tunc
quidem ad cor audientium parat viam domino | cum illi verbis eius edocti a pec
catis per poenitentiā purgantur | & virtuti studere incipiunt. Eidem conueniunt lau
mat.5. des ille | que Apostolis a dn̄o date sunt dicente | Uos estis sal terre. vere enim sal ter
re est | cuius preceptis humana mens condit | ne corrumpatur contagione vitiorum &
contabescat. Uos estis lux mundi. Lux mundi est | cuius verbis & exemplo fugan
tur tenebre ignorantie aliene. Ciuitas est etiam predicator supra montem posita |
omnium obiecta oculis | vt omnes ad illam concurrant | vel discendo que dicunt |
vel ea que ab eo qui docet fiunt imitanda. Idem lucerna est super candelabrum
non aliter q̄ȝ Ciuitas supra montē. Lucet enim omnibus qui in domo sunt | & fide
les animas doctrine sue fulgore illustrat | vel qualiter illustrari debeant | morum
sctitate demonstrat. Gaudete igitur omnes euangelice discipline doctores. de vo
bis ista memorantur | non de philosophis | nō de oratoribus | non de Poetis. Nul
la in illis vere lucis lux fuit | qui Christum ignorarūt. Uobis data est potestas | quā
illi nō habuerunt | curādi infirmos | eiiciēdi demonia | mortuos suscitādi. Infirmos
enim curatis | quoties eos qui errāt | in viā veritatis dirigitis. demonia expellitis |
cū eos qui per peccatū diaboli domicilium erāt | ad p̄niam vestris exhortationibus
cōuersos Christo restituitis | mortuos ad vitā reuocatis | cum de scelerum sepulchro
iā fetētes diuine misericordie magnitudinē ꝓponēdo ad venie spem erigitis | & vt
in deo viuere incipiant autores estis. At vero illi sciencie gentilis professores | quō
infirmos curarēt | cū ipsi infirmi essent | diuersa inter se sentiētes? quō demones ei
cerent | ipsi demonū cultores | quos p diis habuerunt? Quō mortuos reuiuiscere
facerent | cū Christū | qui vita est | nescierint? Nōne vos illis doctiores estis | quos
nō hō sed deus erudiuit? quos dei filius | qui summa veritas est instruxit? de vestra
pue.20 certe nō de illorum doctrina est dictum | Aurū & multitudo gēmarum & vas precio
sum labia scientie. Nihil enim ea scientia charius | nihil pulchrius | que de ore fide
lis doctoris emissa viā ad immortalitatem mortalibus ostendit. & quorū operū pas
sibus ad beatitudinem peruenit | verissime docet. Uos ergo venter estis | de quo
flumina fluunt aque viue. Uos thesaurus de quo pferuntur noua & vetera. Uos
aut̄ q̄ tēplū vo salomōis sūt. Uos tēplū dei viui | q in vob manēs emittit eloquiū
pue.16 suū terre | & p os viꝝ velociter currit sermo eius. de hoc sermone est scriptū | Fau
melis verba cōposita | dulcedo aīe | sanitas ossium. Omnis quippe sermo celestis ani
me fideli & iocundus est & gratus. qui quidē & delectat multum | & virtutum studio
plurimum confer. Quoties autem altiora repetitis | & mentis indagine illa que in
mysterio condita sunt | ellicitis & in lucem profertis. vobis conuenit quod in pro
pue.18. uerbiis dicitur | Aqua profunda verba ex ore viri & torrens inundans fons scien
tie. Quoties vero audacter & intrepide in vitia inuehimini | colūne estis firme fui
ad ga2. cientes veritatem. Ob hoc Paulus apl's | Petrum | Jacobum & Joannem voca

uit collũnas. quarum stabilimentum a domino est | qui in psalmo de ecclesia lo-
quẽs ait | Ego confirmaui colũnas eius. Ad hec & montes estis | quos nulla vento ps.74.
rum vis concutit | nullus procellaruꝫ turbo commouet. de quibus in psalmo dr̃ |
Montes in circuitu eius | hoc est ecclesie | & dñs in circuitu populi sui. Quid vltra ps.124
dicã? Uos plene ille nubes estis | de quibus ecclesiastes ait. Si replete fuerint nu- 11.
bes | imbrem super terram effundent. Sapientia enim repleti diuina non cessatis
preceptis | pluere doctrinarum. Uos estis celum late resonans tonitru fidelium
eloquiorum. de quo in psalmo predictum fuit | Intonuit de celo dñs. & in alio psal ps.17.
mo | Annunciabunt celi iustitiam eius. & rursum in alio | Celi enarrant gloriaꝫ dei. ps.11.
Uos deniqꝫ nõ soluꝫ mõtes vel nubes vel celi | sed que omnium nobilissima crea ps.18.
tura est | Angeli dei estis. non nature cõmercio | sed officij dignitate. Nuncius dei
Angelus est | nuncij dei scti predicatores sunt. Unde sicut de Joanne bap. in Ma
lachia dixit deus | Ecce ego mitto Angelũ meuꝫ | qui pparabit viã ante faciẽ meaꝫ | 3.
ita & vobis dr̃ | Parate viam dño. In Apocalypsi etiam ecclesiaruꝫ prefecti | quos 2.
nos epos dicimus | Angeli appellant. Ille autẽ verius Angelus est | qui sua doctri
na edificat ecclesiam qꝫ qui ecclesie tm̃ preses est | & docendi laborem ocio supatus
fugit. plaudant igitur sibi | q aurũ argentũqꝫ lucrant | qui magnuꝫ pecuniaꝝ que-
stũ faciunt | q vrbes expugnãt | & regna suo subdunt imperio. vos animas dño lucra
mini | quibus nihil est p̃ciosius | nihil in natura humana excellẽtius. vos ergo meli
us | qui muros hierusalem edificatis | qui ad celestẽ patria exules reuocatis | vt cum
illis | immo & sup illos regnetis. Uos enim cõstituet dñs super familiã suam | & sup
omnia bona sua. tunc ppetui reges eterniqꝫ dñi eritis oium illoꝝ | quos vestris pre
dicationibus vr̃aqꝫ doctrina cõuersos de terra ad celuꝫ transmigrare cõtigerit. Et
tunc demuꝫ Christus vr̃ rex reguꝫ & dñs dñantium erit cuꝫ vos alijs preesse iusse-
rit | tribunos vel chiliarchas animarum | quas ei lucrati estis | constituens.

De predicandum beatitudine. Cap. xvj.

SUmite igitur calciamenta in pedibus ad pparationẽ euãgelij | vt cum cele
stia p̃dicaueritis | terrena nõ cõtingatis. & de vobis dici qt | Quare pulchri Esa.52.
pedes annunciãtiũ & p̃dicãtiuꝫ pacẽ | & annuntiãtiuꝫ bonuꝫ. Excitet vos dei amor | 6.
primoꝝ charitas | pmissaqꝫ vobis beatitudinis merces. Qui enim fecerit & docue
rit sic | magnus vocabitur in regno celoꝝ. Et qui metit | mercedẽ accipit | & congre Jo.4.
gat fructũ in vitaꝫ eternã. Ei q talẽtis dñi totidẽ alia lucratus fuerat | dixit dñs | Eu Mat.
ge serue bone & fidelis | quia sup pauca fuisti fidelis | sup multa te cõstituã intra in 25.
gaudiuꝫ dñi tui. Talenta que ad negociandum dant | scientia spiritalis est. talenta
vero que suplucrant | opa sunt | tuꝫ nr̃a secunduꝫ scientie donum facta | tuꝫ eoruꝫ
quos docendo & exhortãdo vt eadẽ facerẽt allexìmus. In Esaia & btõs vocat dñs
doctrine sancte dispensatores | Beati inqt | qui seminatis sup oẽs aquas | immitten 32.
tes pedẽ bouis & asini. hoc est Judei & gentilis. quod quidem ad euangelij tẽpora
ptinet. Antehac. n. lex vetabat arare in boue & asino simul. dñs quoqꝫ Aplis p̃cepe Deut.
rat. In viã gẽtiũ ne abieritis. Nũc aũt seminat sup oẽs aq̃as | & pes bouis & asini 22.
simul immittitur | postqꝫ ipse dñs asinã solui iussit | & asino insidens ingressus est Ci- ma.10
uitatem. mandauitqꝫ euangelium omnibus vbiqꝫ gẽtibus predicari. Beati igitu
erunt | qui verbi dei semẽ | vbicunqꝫ fructus aliquis speratur | studuerint seminare

5. Qui enim converterit peccatorem (ut Jacobus apostolus ait) saluabit animā eius
a morte | et operit multitudinem peccatorum. Quanti autem meriti sit | peccatores
ad penitentiam inducere | et a vitio ad virtutē revocare | ostendit dominus ad Hie
16. remiam dicens | Si converteris | convertam te | et ante faciem meam stabis. Que
sane beatitudo par videtur angelicę felicitati | qui et stare dicuntur in conspectu dei
patris | et faciem eius perpetuo cernere. Atq₃ hęc sunt bona illa ineffabilia | quę sci
Pue.6. entia et probitate preditis debentur preceptoribus | dicēte Salomone | Eruditus
daniel. in verbo reperiet bona. dicente etiā Angelo ad Danielem | Qui docti fuerint ful
12. gebunt quasi splendor firmamenti | et qui ad iustitiam erudiūt multos | quasi stel
lę in perpetuas ęternitates. In quo videtur maioris prestantię fore illorum beati
tudinem q₃ aliorum Sanctorum. quando quidem iis rebus comparantur | quę
inter ista nostro aspectui patentia omnium pulcherrima apparent | et terram om
nem suo illustrāt lumine. Ad hęc si eos in terra pre cęteris revereri iubemur | quō
non etiam in cęlo altiorem honoris gradum adipiscentur? Ait enim Apostolus |
ad tim. Qui bene presunt presbyteri | duplici honore digni habeantur | maxime qui labo
pma.5. rant in verbo et doctrina.

Quantum prodest habere Predicatorem. Cap. xvij.

Satis multa de officio apostolici predicatoris hactenus dicta sunt. restat nūc videndum | quantū populo prosit habere sanctum atq₃ eruditū pie iusteq₃ vivendi preceptorem | et e contrario quantum noceat si defuerit. Presente illo eri
reg.q. gimur | stamus | proficimus. absente illo labi atq₃ cadere solemus. Joas rex Juda
12. donec Joadę Sacerdotis consuetudine consiliisq₃ usus est | pie probeq₃ vixit. illo
Joas morte sublato ad vitia declinavit. Cęteros reges omnes | qui fidei morūq₃ sancti
tate probantur | educatos institutosq₃ vel a Sacerdotibus vel a prophetis fuisse
constat. Samuel docuit Davidem. Nathan Salomonem | Micheas Josaphatū |
Osee Joathanum | Esaias Ezechiam | Hieremias Josiam | Esdras populum | ita
Esdrę. ut illo monente repudiarint uxores | filiosq₃ abdicarint | quia cōtra dei legem alie
pmo.10 nigenas acceperant | prolēq₃ cum his multam susceperant. Difficile fuit uxores
dimittere | difficilius ex se genitos a se separare | utrūq₃ tamen factum Sacerdo
tis adhortationibus historia sacra testatur. tantum ergo prodest idoneum habere
doctorem | qui vitia increpet et ad virtutem accendat | ut ipso audito etiam ea quę
13. incorrigibilia videntur corrigantur | et quę vix sperari queunt eveniant. In pro
verbiis a Salomone est dictum | legatus fidelis | sanitas. et iterum | Vena vitę os
iusti. David quoq₃ in psalmis | Docebo (inquit) iniquos vias tuas et impii ad te cō
ps.10. vertentur. Ille sanitas est | quo docente a peccatorum morbo grex infirmus con
valescit. Ille vena vitę est | per quem qui in peccato mortui erant | ad virtutem ca
pescendam vivificantur. Tunc autem impius ad deum convertitur | cum sermo
nibus Predicatoris instructus relicto errore ad viam se se confert veritatis. Quid
verbis opus est? experimenta docent | q₃ sit expediens predicationes audire. Sę
pe vidimus his auditis | Judeos baptismum poscere Christi | seculares viros ac
mulieres religionis vota suscipere | et quę perfectionis sunt | libera voce profiteri.

Predicationes igitur audiendo homines ex malis boni euadunt | ex bonis melio res | ex melioribus perfecti | ꝛ ex perfectis beati. At ꝗ ita demũ de terra transferun tur ad cęlum | vt fiant de mortalibus immortales | de terrenis cęlestes | ꝛ si fas est dicere | de hominibus dij. Qđ si magni emolumenti res est patriã obsidione hosti li liberari | inimicorum exercitus profligari | regni fines longe lateꝗ diffundi | ꝛ au ctis tandẽ viribus a bellorum tumultu quiescere | tranquilloꝗ ac pacati status opta ta felicitate frui | nõ ne vtilius est | vt animę vitiorum oppressę iugo in libertatem vendicentur? vt diaboli potestas virtutum profectu conteratur? vt caro seruiat spi ritui? ꝛ homo ipse non alijs | sed quod multo gloriosius est | sibi ipsi imperet | sibiꝗ dominetur? Si enim nihil prodest homini mundum vniuersum lucrari | ꝛ animę suę pati detrimentum | consequens est | vt animę profectus pluris sit | ꝗ̃ vrbes de bellare | ꝗ̃ terrarum orbẽ sibi subdere | ꝛ omnibus quę vbiꝗ sunt nationibus pręe esse atꝗ dominari. Adde ꝗ multi reges ac Principes | qui ab hominibus honoran tur | deo exosi sint. quicunꝗ autem probe sanctęꝗ vixerit | siue liber | siue seruus | nõ potest ei non esse gratissimus quidem atꝗ charissimus. Quid autem iuuat | regnis presidere | ꝛ ab ipso rege regum reprobari? Regnum tibi si hostis nõ abstulerit | cer te auferet mors | quę semper propinquior est ꝗ̃ creditur. Cęlestis vero beatitudinis premium | perpetuum est ꝛ perenne. Nullius minas metuet | qui illud consecutus fuerit | nullos casus formidabit semperꝗ felix ac beatus erit | quem semel domi nus in suum receperit regnum. Et si ad tantũ ac tale bonum per Sanctorum do ctrinam peruenitur | nulli dubium est | quin super omnia conducibile sit | sanctas in ecclesia auscultare pręedicationes | ꝛ earum institutionibus in viam dirigi virtu tum. Audisti quantum expedit habere vitę institutorem | audi ediuerso | quãti de trimenti sit eo carere.

Quantum nocet Pręedicatorem non habere. Cap. xviij.

Malarum voluptatum illecebris deliniti homines in omne nefas licenter irruent | si nemo sit | qui improbe luxuriantes eloquij viribus coerceat atꝗ moderetur | ꝛ futurorum expectatione a pręsentium cura auertat. vt vel poenarũ metu | vel spe premiorum a vitijs ad virtutem transferantur | Hoc Salomon in ꝓ uerbijs testatur dicens | Cum propheta defecerit dissipabitur populus. dissipabi 29.
tur vtiꝗ populus | non corporum motu | sed quod deterius est | inconstantia mo rum | carni magis ꝗ̃ spiritui seruiendo. Neꝗ enim fieri potest | vt sit sibi virtuti lo cus | vbi nõ est qui doceat virtutem. Hinc idem ait | Ubi non sunt boues | pręsepe 14.
vacuum est. vbi autem plurimę segetes | ibi manifesta fortitudo bouis. Naꝫ quẽ admodum de labore boum paleis ac foeno impletur pręsepe | ita per studium pręe dicationis auditorum corda imbuuntur ꝑceptis iustitię exẽplisꝗ virtutum | ꝛ fru ctum faciunt operando quę didicerunt. atꝗ tunc bouis triturantis | cuius os vin ciri lex prohibet | fortitudo apparet | cuꝫ in plebe vbi lolium ꝛ steriles auenę erant | bonarum actionum seges exurgit. Porro vbi non sunt boues isti | ibi pręsepe non solum vacuum est | sed etiam immundum. tunc enim luxurię frena laxantur | gu lę ventriꝗ indulgetur. tunc impudicicia amittit verecundiã | iniustitia metum | aua ritia | modestiam. tunc odia concipiuntur | irę exardescunt | rixę seuiunt | ꝛ quolibet

flagitij genere libere peccat | cum nõ adest q peccãtes verbo correptionis castiget |
z sermonibus doctrinę salutaris incitet ad probitatem. Fit autẽ plerũqz vt plebs
aliqua propter scelerum magnitudinẽ cordisqz duritiã indigna sit | cui deus mit-
8. tat sui verbi doctorẽ. Unde per Amos prophetã ait | Mittã famẽ in terra | nõ famẽ
panis neqz sitiz aquę | sed audiendi verbum dñi. Itaqz verendũ est | si in Ciuitate
suis tẽporibus nõ affuerit euãgelicę disciplinę pdicator | ne ad extremũ vsqz sceles-
ruz puentũ sit. Qd cũ acciderit | nihil reliquũ est | nisi vt funditus euertatur gens il-
la z pereat | quę ab eo | cuius nutu cũcta sustentantur | derelicta erit. Sunt preterea
q discere qdẽ vellẽt | sz ñ ẽ q doceat. esuriũt z sitiũt iustitiã | z ñ inueniũt | a quo pceptis
iustitię saturẽt. Hos deplorat Hieremias z ait | Adhęsit lingua lactãtis ad palatũ ei⁹
Treñ. in siti | Paruuli petierũt panẽ | z ñ erat q frãgeret eis. Hi certe miseratiõe digni | q
4. dũ bonis exaturari cupiũt | malis quo sciũt abstinẽt. Nequẽ aũt scrupulũ patiant
erroris orãdũ ẽ | vt mittat dñs operarios in messez suã. Quicqd iteriz patiunt | Pastoz
culpa sit | qui psunt ecclesijs | z duz seipsos pascũt | gregis esuriẽtis periculũ negli-
gunt. Qd si eoz incuria ouis aliqua perierit | sanguinis eius rei erunt. Dñs Jesus
redẽptoz noster aluit turbã in deserto | ne deficiãt in via. vt ostenderet | eos in via vi-
tę deficere | q non habẽt ducem | a quo pduci possint ad vitã. Nulla autem maioz
homini contingere potest pernicies | qz a recti honestiqz tramite deuiare. Tam ergo
malũ est carere viuę vocis hortatoribus ad coercẽda vitia virtutesqz capescẽdas |
qz bonum eos habere. Quare vos omnes qui in deserto sęculi huius vitã agitis |
z terrenarum rerum solicitudinibus occupamini | quęrite piũ | quęrite sanctũ op-
portunis tẽporibus vobis monitorẽ | quo declamãte z modestius discatis viuere | z
meliora possitis sperare. Uos quoqz qui dono dei spiritalis doctrinę scientiã estis
cõsecuti | incũbite operi officioqz pdicandi ac docendi. Cogitate quãti apud deum
meriti sit | catholicis fidelibusqz preceptis erudire indoctos | z vel vnum vel alte-
ruz Christo lucrari. Quãtę ẽt dilectionis argumentũ | omnes docere | vt omnes vo
biscum simul saluentur. Nõ sit vobis graue | vrbes | vicos | regionesqz percurrere |
ps. 18. z illos imitari de quibus scriptũ est | In omnẽ terrã exiuit sonus eorum | z in fines
orbis terrę verba eoruz. Qui nõ modo illos qui tũc erãt docuerunt | verũ ẽt poste-
ros omnes qui sunt quiqz deinde erunt | ad quoscũqz scripta illorum puenerint.
Ac neqd ex his quę in terra fiunt sanctorum labore doctorum maius esse credatis |
hoc labore fundata est Christi ecclesia | hoc ędificata | hoc permanet z aduersuz he-
reses inuicta | z aduersum vitia immobilis. Nisi eniz scripsissent illi | quibus datuz
fuit nosse mysterium regni dei | quis nunc quę vera sunt disceret? quis doceret? A
prophetis | ab Apostolis | a reliquis ecclesię sanctę magistris didicimus | quę nunc
docemus. Ipsorum profecto qui discipulus non fuerit | non poterit esse vtilis prę-
ceptoz aliorum.

De corporis manuumqz labore. Cap. xix.

Quoniã vero pdicandi ac docendi exercitatio ad eruditos tm̃ ptinet | simpli-
cibus z indoctis eã dabimus exercitationẽ | quę corporis manuũqz labore

constat. Iuuat enim post soluta precationum sacrificia operis aliquid facere | vt
habeat mens & cogitatio in quo se occupet | & minus libera sit facultas euagãdi p
illas rerũ tẽporaliũ vanitates | quę vel inuitis nobis oprepere interdũ & obuersa-
ri animo solẽt. Honestus quoq; labor monacho cõuenit | aut legẽ | aut scribere quę
sancta sunt. pingere etiam vel fingere Sctõr imagines | quarum contemplatione
accendatur ad virtutẽ. Item in horto plantas ponere | sarculo inutiles herbas ex-
cerpere | humum ligone versare | riuulis irrigare | & siquid aliud res exegerit | olito-
ris opera pficere. Preceptum est enĩ | Non oderis laboriosa opera | & agricolatio- Eccli. 7.
nẽ creatam ab altissimo. Preterea fiscellas lentis viminibus texere | ligna dolare |
onera ferre | & quicquid dei seruo nõ illicitum factu creditur peragere. neq; cõmit-
tere | vt inertia victus quiescat | & quę predicationi aut lectioni supersunt tempo-
ra ocio sibi perdat. Ista autem o Monache | quę tibi faciẽda iniungimus | ne q̃-
si vilia & abiecta cõtemnas | illi q talia factitarũt | a domino sublimati sunt. Pisca- petr.
batur Petrus cum alijs etiam post acceptũ apostolatũ | Paulus funiculos intor- paul.
quebat | nequẽ sui victus impensa grauaret. nunc a regibus terrę venerantur. In
humili igitur opere exerceri ne aspernaris | qui cum Christo cupis in cęlestibus re-
gnare. Non te pudeat pauimẽta monasterij vt mũda sint verrere | vasa mappasq;
lauare | coquinã facere | esculenta poculentaq; alijs ministrare | Non puduit om-
nium dñm seruis suis pedes abluere | tergereq; ablutos. Qui talia detrectat | scias io. xc.
illũ nondũ ad humilitatis virtutem peruenisse. Seruilia igitur opera fac | vt hu-
milieris. laboriosa | vt carnis petulantiam domes | venalia vt victũ pares | religio-
sa quę pingendo vel fingendo fiunt | vt quod professus es constantius exequaris.
Etenim Sctõr simulacra siue picta siue ficta si iugiter spectãtur | stimuli sunt de-
sidię fugiendę laborisq; subeundi. dũ ad mentẽ nobis reuocant | quibus artibus
ipsi Sancti ęternam beatitudinem consecuti sint. Hanc certę adepti sunt | Antoni- antoni.
us qui sportulas de palmarum folijs texuit | Hilarion q ligna concidit | Serapion hilari.
qui cum suis discipulis messis tpe operã locabat | vt inde haberet quod ipsorum serpi.
victui annuo sufficeret | Archebius q suis manibus cellas construebat quas alijs arche.
donaret | Pacomius cui cum suis monachis ppositum fuit manuũ labore victũ pacom
quęrere. Dorotheus qui diuẽditis quas texuerat sportulis | pciũ quod victui su- doro-
peresset | paupibus erogabat. Non prauis cupiditatibus resistere | nõ ad pfectionẽ theus.
vitę peruenire potuissent | si subsciuua tempora ocio contriuissent. Labore quippe labor.
corporis vegetatur intellectus | voluptatum appetitio coercetur | superbia frangi- corpis.
tur | virtus retinetur | & quicquid per ocium corruptum fuerit | per laborem in-

stauratur. Deniq; operum orationumq; vicissitudine diaboli tentamenta supe-
rantur | & in proposito vitę sanctioris in finem vsq; perseueratur. Si pauper-
tatem professus es | magis liber eris | cum manuum labore victum quesieris | q̃
cum elemosinam acceperis. Laboramus inquit Paulus manibus nostris. Et ad cor.
si manibus laborabat is | cui vt Christum predicaret iniunctum fuerat | quan- pma.
to magis ei labor hic necessarius est | qui neminem docet? cui post dictas deo 4.
laudes ociandum est | nisi se alicui corporis labori accingat. Ad thessalonicen- scda. 3.
ses ille scribens fatetur opera manuum fecisse se | nequem grauaret subsidia vi-
tę poscendo pro ministerio verbi | q̃uis id liceret | volens potius dare se in exem-
plum operandi victus gratia | q̃ poscendi. Et siquis non vult operari inquit | ad thes
scda. 3.

act.20. nec manducet. Cumq; esset ephesi (vt lucas refert) ad maiores natu locutus est | Ar
gentum & aurum aut vestem nullius concupiui sicut ipsi scitis. quonia ad ea que
opus erant mihi | & his qui mecu sunt ministrauerunt manus iste. Hunc ergo qui
inter apostolos plus omnibus opere impendit in predicando & scribendo | si seq
in istis non potes | imitare saltem in manuum exercitio ac labore. Sic enim & ne
cessitatibus vite tue consules | & simul vanis cogitationibus facile dabis repulsam |
paratiorq; ac promptior ad soluenda precum vota redibis. Nam quemadmodum
varius cibus appetentiam edendi prouocat | & coena placet in qua apponuntur
alie dapes diuersaq; ab illis | que in prandio fuerunt, ita & orationem gratiorem fa
ciet magisq; delectabilem alterius operis vicissitudo. Quod autem ait dominus |
luc.12. Nolite solliciti esse anime vestre quid manducetis | neq; corpori vestro qd induamini.
sollicitudinem metuendi neuite necessaria desint tollit | non laborem adimit | vt si
mul quod in te est facias | & omnium in deo spem habeas firmam atq; stabile. Ocio
si autem vana est spes. Terra ipsa non reddet fruges | nisi araueris, sementemq; fece
ris. Primo homini dictum est | In sudore vultus tui vesceris pane tuo. & tu pane
parare tibi posse putas nihil agendo? vel cupidines malas vincere & sensibus im
perare? Crede mihi non ocium hec omnia superat | sed labor improbus (vt Poeta
inquit) & duris vrgens in rebus egestas. Monachum itaq; & pauperem & laborio
sum esse oportet. pauperem vt in deo diues sit. laboriosum vt facilius perueniat
pue.6. ad quietem. Unde dono dei sapientissimus Salomon mittit te ad formicam | vt
eius exemplo tibi aliquid pares | quo postea es vsurus. hoc est vel victum ne esu
rias | vel in operando occupationem | ne carnis diaboliq; oppugnationibus p iner
tiam succumbas. Ingentem (vt quidam ait) formice farris aceruum Cum popu
lant hiemis memores | tectoq; reponunt | It nigrum campis agmen | predamq; p
herbam Conuectant calle angusto | pars grandia trudunt Obnixe frumenta hu
meris. pars agmina cogunt | Castigantq; moras | opere omnis semita feruet. Tu er
go istas imitatus futurorum memor presentia bene dispone | & callem angustum
ingredere | qui ducit ad vitam | non latum qui ducit ad perditionem. suppone hu
meros labori | vt aliorum quoq; desidiam somniculosam tuo excites exemplo. Nul
lam interim lassitudinem timeas. laborantem adiuuabit dominus | & adiuuando
mat.8. consolabitur. Laborabant contra ventum remigando Apostoli | quando Saluato
re in nauiculam ascendente cessauit turbo & fluctus quieuere. Uocat quoq; eos do
minus qui laborant dicens | Uenite ad me omnes qui laboratis | & onerati estis | &
Mat. ego reficiam vos. Hanc tu refectionem intra te senties | quoties quicquid agis | ad
14. eum finem direxeris | vt purius domino tuo seruias. Omne quodcunq; facitis in
ad co. quit Apostolus in verbo aut in opere | omnia in nomine domini nostri Jesu Chri
loss.3. sti facite | gratias agentes deo patri per ipsum. Facere opus & gratias agere simul
iuberis | vt & manum cum Martha ministerio occupatam habeas | & mentem cum
Maria diuine contemplationi intentam. Operari preterea manibus debes | non
modo vt necessaria compares | vel mali tentameta vincas | verum etiam vt habe
re possis quod aliis impartias. dicente Apostolo | Qui furabatur | iam non furet |
ad E- magis autem laboret manibus suis quod bonum est | vt habeat communicare ei
phes.3. qui indiget. Hocidem suo te exemplo hortatur mulier illa fortis | de qua scriptum
pu.31. est | Quesiuit lanam & linum & operata est consilio manuum suarum. deinde sequitur |

Manum

Manū ſuā aperuit inopi | ⁊ palmas ſuas extēdit ad pauperē. Grādis ꝑfecto charitas | nō tā ꝑ ſua q̄ȝ pro alioꝝ̄ inopia laborare | ⁊ operi ꝓpē libentius incumbere | vt colas pietatē. In fine dicitur. Date ei de fructu manuū ſuaꝝ | ⁊ laudent eam in portis opa eius. Ex quo diſcimus | ꝙ charitatē ſectātis labor | bonis tandē cōpēſetur ſempiternis. Ueꝝ tñ nequis imprudēter ſupponat dorſuȝ ſuuȝ oneri | quod ferre nō ſatis ꝑualet | pēſandę vires ſunt | moderateqȝ agenduȝ. Nemo iumentum ſuuȝ plus iuſto onerat | ⁊ ſi illud viderit ſub faſce gemere | ac titubāti veſtigio male incedere | demit aliquid | vt pōdus eleuet | ⁊ ad mēſurā oneratū ire dimittit. Haud aliter tibi de iumēto corporis tui faciēduȝ erit. alioquin iumētis quibuſdā minus ſapere videberis. Camelus enim neqȝ vltra ſolituȝ ꝓcedit ſpaciuȝ | nec plus inſtituto onere recipit. Quod ſi maius ferente fuerit onus | neceſſe eſt vt opprimat. In cōſulta effluunt | moderata autē durāt. Neqȝ enim qui tulerit laborem | ſed qui pertulerit | ęternę quietis beatitudinem conſequetur.

De ocio inutile ⁊ infructuoſo. Cap. xx.

Ut autē ⁊ corporalis ⁊ ſpiritalis opis laborē cupidius ardētiuſqȝ ſubeamus | inertis ocij vitiuȝ q̄ȝ deteſtabile ſit cōſyderemus. Arguit ſtultię q laborē de
uitat. dicēte Salomone | Qui ſectatur ociuȝ ſtultiſſimus eſt. Idē puſilli animi eſſe pue.18
dr̄. Pigruȝ inqt deijcit timor. Somno ēt magis q̄ȝ vigilię deditus eſt | Pigredo in- .19.
qt immittit ſoporē. Idē tā virtutis q̄ȝ reꝝ egēs erit. dr̄. n. | Egeſtatē opata eſt manus pu.10.
remiſſa. ⁊ iteꝝ | Propter frigus piger arare noluit | mēdicabit ergo ęſtate | ⁊ nō dabi .20.
tur illi. Ocioſus ergo ⁊ ſtultus ē | ⁊ meticuloſus | ⁊ ſomnolētus | ⁊ animi fortunęqȝ
bonoꝝ egens atqȝ inopioſus. Nihil tñ in ſe peius habet ociuȝ | q̄ȝ ꝙ pateat cōcupiſcē
tijs. Unde dr̄ | In deſyderijs eſt ois ocioſus. ⁊ rurſuȝ | Multā maliciā docuit ocio- eccliaſ.
ſitas. Cuȝ autē ocioſus maliciā didicerit | flagitijſqȝ ſe ſe onerauerit | iacet in illis | ⁊ .23.
torpore victus vix vnq̄ȝ de reſurgendo cogitat. Nam ſiqñ ad ſe rediēs culpā agno-
ſcat | impoſſibile ſibi videtur | vt ab ea deſiſtat. Et interduȝ ipſe de ſua pigritudine
cōqueritr | intra ſe cuȝ ꝓpheta dicēs | Circūędificauit aduerſuȝ me | vt nō egrediar | tr.3.
aggrauauit cōpedem meuȝ. Sed cum libeꝝ ſit nō peccare | nihil ꝓdeſt difficultateȝ
a peccato ceſſandi ꝓtendere. Et qm̄ aię ocio marceſcentis iſta imbecillitas eſt non
naturę | Uiderūt eā hoſtes (vt in Hieremia eſt ſcriptuȝ) ⁊ deriſerunt ſabbata eius. tr.1.
hoc eſt infructuoſaȝ quietē eius demones intuētes lętati ſunt. eo ꝙ illā ignauiter
torpeſcentē ad queqȝ turpia facile ſe ꝑtracturos | q̄ſi piſcē hamo ſperarēt | donec ad
interitum vſqȝ deducerēt. In hunc eniȝ interituȝ corruit ⁊ Sodoma | de q̄ dr̄ | Hec ezechie-
fuit iniqtas Sodomę ſororis tuę | ſupbia | ſaturitas panis | ⁊ abundātia | ⁊ ociuȝ ip lis.16.
ſius. Qđ ſi nō abūdas | ſed inopia ꝑmeris | ⁊ tñ ocio indulges | nō es a periculo perditionis liber. qñ qdē nō ſoluȝ abundātia ⁊ ſaturitas euertit Sodomā | ſed ēt ociū. Imo tātō nequius ociatur paup q̄ȝ diues | quāto minus habet cauſaȝ ociandi. Diues nēpe cuȝ ocioſus fuerit | voluptatibus luxurięqȝ opaȝ dabit. Pauperi autē neceſſe erit | furto ac rapinis quęrere vñ viuat | ⁊ in alios graſſari | ne ipſe fame pereat. Longe itaqȝ ꝑiculoſior eſt ocioſitas egētis q̄ȝ abūdantis. Quid ꝓterea dicā? Fruſtra illi nā manus dedit | q nihil agēdo conterit ętatē. ꝙ ſi neceſſarię forēt ad applicāda tm̄mō ori alimēta | ēt pecudib⁹ datę fuiſſent. Opari manib⁹ hois ꝓpriū ē. Qui ergo

manus suas ad aliquid honesti faciẽdũ nõ extẽdit | pecudi certe similior est q̃ homini | aut ẽt pecude deterior. Mutum.n.animal in multos vsus vtile est | homo vero ociosus nulli ꝓdest | sibi aũt ẽt nocet plurimũ. vt ex his que dicta sunt | satis cõstat. Idcirco sane ⁊ ab hominibus male audit | ⁊ a deo reprobatur. Alij eum statuã lapideam appellant | alij inertẽ asellũ | alij fatuã anũ | aut nihili hominẽ. atq̃ hunc in modũ petulãtibus cauillãtiũ vocibus taxat | illudit | lacessit | ꝓbro cõteptuiq̃ habetur. Leuius tñ hoc ei ab hominibus ferendum esset | nisi ẽt ab illo q supra homines est dãnaret.
deuter. .23. Lex vetat eunuchũ intrare in ecclesiã dñi. Quisnã iste eunuch⁹ est | nisi ociosus de quo nulla proles orit virtutũ? Nõ põt eunuchus generare | neq̃ langori ac socordie deditus aliquid boni facere. Repellitur itaq̃ ab ecclia | vt coetu fideliũ indignus. Non est enĩ de illo eunuchorũ genere | qui se castrauerunt ꝓpter regnũ celorũ. Valde quippe diuersũ est | castitatem deo vouere | ⁊ sterilitate boni operis torpescere | qd nõ deo sed diabolo seruire est.
mat.25 Hic est ille qui talentũ ad negociãdũ acceptum abscõdit in terra | ⁊ cũ nullum questum fecerit | eijci iubetur in tenebras exteriores | quarũ horrorẽ fletus auget ⁊ dẽtiũ stridor. Hic est | quẽ neq̃
.3. frigidũ neq̃ calidũ sed tepidũ tñ Apocalypsis appellat. Cui videlicet satis videt | si peccata cauerit | quãuis boni nihil operet. Sed dũ in isto tepiditatis ꝓposito insipienter ꝑseuerat | nauseam facit dño dicẽti | Incipiã te euomere de ore meo. Precepit enĩ dñs nõ solũ discedere a malo | sed ẽt facere bonũ. Qd si bonũ nõ feceris | licet a malis abstineas | nõ es executus qd iuberis. Nolle autẽ obedire deo malũ ẽ. tẽpus ẽt ad beneagendũ datũ sine fructu elabi sinere malũ est. Nõ põt igit fieri | vt ociosus mali omnino expers sit | cũ ẽt ipsũ ociũ malũ sit. Merito itaq̃ ⁊ ab ecclesia ꝓpellit | ⁊ ab ore dñi veluti mucidus panis expuitur | atq̃ ad tenebras relega
mat.3. tur | vt sic patiat malũ | q nunq̃ facere voluit bonũ. Omnis enim arbor que non
mar.11 facit fructũ bonum | excidet ⁊ in ignẽ mittet. Ficus ẽt hñs folia | sed nõ ⁊ fructũ a
luc.13. dño maledicit ⁊ arescit. Illã quoq̃ ficũ dñs vinee succidi iubebat | ne terrã occuparet | in qua iã ꝑ trienniũ fructũ nõ viderat. sed ad ꝓces cultoris vinee volẽtis arborẽ ipsã circũfodere stercoraq̃ apponere | quarto ẽt ãno expectauit | vt fructũ faciat. Expectat vtiq̃ clemẽtissim⁹ dñs ab ocioso boni opis fructũ i pueritia | expectat in iuuẽtute | expectat in etate virili | deniq̃ ecclesie prepositi alicui⁹ vbis exorat⁹ expectat vsq̃ in senectã | vt ille tãdẽ eiusdẽ prepositi vel icrepatiõe impulsus | vel ꝓceptis erudit⁹ | ab ignauia mollitieq̃ animi ad studiũ honesti laboris excitet ⁊ exurgat. Qd si ne tũc qdẽ desidiã infructuosã reliquerit | qd aliud restat | nisi vt dimittat dãnationis iuste securi succidẽdus? Ne igit tibi placeas ociose | q̃ nihil boni agẽs adhuc nõ plecteris | dilatio poene est istud | nõ vitij impunitas. Quanto diutius ociatus
ps.136. fueris | si te saltẽ in fine nõ correxeris | tãto acrius punieris. In salicibus infructuosis | in medio babylonis | que ẽ mẽtis in delicijs perdite cõfusio | suspẽdisti organa sensuũ tuorũ | turpi voluptati deditus | ⁊ ad flagitia in dies magis declinãs. Quousq̃ abutere patiẽtia dñi emẽdationẽ tuã expectãtis? Nõ vides | nõ animũ aduertis | q̃ cito trãseãt dies ⁊ labant anni? q̃ vnaqueq̃ hora nõ ita vite lõgioris | vt presentis mortis certa sit? Nullus est enim tpis punctus quo nõ arctant vite nre spacia | ⁊ quo mors nobis nõ propior fit. Quid ergo moraris? qd procrastinas? Rũpe tãdẽ somnolentiã istã ⁊ expergiscere | ac tã supine oscitationis tarditatẽ recte factorũ sollicitudine discutere festina | añ q̃ rõnem villicationis tue reddere cogaris. Veh

si vsq; adeo totus obstupuisti | vt virtutis operibus te parē fore diffidas | voto saltem aut lingua pete langori remediū | aridāq; ostēdas manū ad dnm̄ suppliciter accede | z ipse postq̄ te pigritię tuę poenitere cōspexerit | dicet tibi | Surge in mediū | extēde manū tuā. Tunc tu ope adiutus diuina ꝓtinus exurges q̄ hactenus iacueras | z in mediū stabis | in quo locus virtutis est. Nā extrema vitiosa sunt. dexterāq; diu cōtractam extēdere incipies | vt opereris bonū. Atq; ita q tua culpa inutilis ocij langorem patiebare | diuinę gratię curationę saluus euades. luc. 6.

De humilitatis virtute. Cap. xxi.

PORro qm̄ ad acquirendā diuinę benignitatis gratiā opus ē humilitatis virtute | tempestiuū videt̄ | vt nunc de ipsa disseramus. Dn̄s enim qui in altis habitat (vt in psalmo dr̄) humilia respicit in cęlo z in terra. Superbis resistit | humilibus autem dat gratiam z in alio psalmo | Excelsus inqt dn̄s humilia respicit | alta autē a longe cognoscit. Longe est enī ab eo qui inflatur | qui fastū fouet | seq; sup alios erigit | z quāto magis insolescit | tāto longius a dō recedit | ad quē nō est nobis accessus nisi p humilitatē. iuxta illud | Suscipiens mā suetos dn̄s | humilians autē peccatores vsq; ad terrā. Qd̄ z Salomon in prouerbijs cōfirmat dicēs | Ipse deludet illusores | z māsuetis dabit grāz. Et esaias propheta | Deus inqt in sancto habitans | z cum contrito z humili spiritu | vt viuificet spm̄ humilium | z viuificet cor contritorum. In eodem propheta dominum audimus dicētem | Ad quem respiciam nisi ad pauperculum z contritum spiritu | z trementem sermones meos? z in Zacharia | Conuertam manum meam ad paruulos. Quę autem maior grā humilibus in vita dari potuit | q̄ verę religionis cognitio? quę in arcano latebat | z quā ne philosophi quidem inuenire poterant | eam nos Christo monstrante didicim⁹. Unde ipse ad patrem conuersus | Confiteor tibi inquit pater dn̄e cęli z terrę | quia abscondisti hęc a sapientibus z prudētibus | z reuelasti ea paruulis. Paruuli sane atq; humiles erant Apl̄i | qui primi didicerunt vt alios docerent mysteriū dei. de quibus in psalmo fuerat predictum a propheta ad deū dicēte | Ex ore infantium z lactentium | hoc est sermonibus z predicatione simplicium z vulgarium hominum | perfecisti laudē. laudē veritatis | laudē euangelij | disciplinęq; salutaris. Ut quam mundanę sapientię acumen inuestigare nequiuit | eam piscatorum hebetudo docere inciperet. Hinc est illud qd̄ Paulus apl̄s ait | Stulta mundi elegit deus | vt confunderet sapientes | z infirma mundi elegit deus | vt confundat fortia. Idem dominus humilium precibus facilem se prebet | arrogantes vero nō exaudit. Ideo Sophonias propheta hortatur z ait | Quęrite dn̄m oēs mansueti terrę | q iudiciū eius estis operati | quęrite iustū | quęrite mansuetū. Sciebat enī | vt iust⁹ z māsuetus dn̄s exoret̄ | ad seruos iustos māsuetosq; spectare. Seruum qppe q gratus charusq; dn̄o suo fieri desyderat | mores eius imitari oportet. Nam quēadmodum dissimiles inter se dissident ac disseparantur | ita similiū summa sp cōcordia est. z duū paribus nitunt̄ studijs mutua beniuolētia incalescūt. Qd̄ autē humiles exaudiat deus | per omnes fere diuinę scripturę historias patet. Sancta vidua Iudith cum Olopherne congressura cilicium induit | ieiunat | orat | z ait | Nec superbi ab initio placuerunt tibi | sed humilium z mansuetorum semper tibi placuit deprecatio. z illa quidem sicut humiliter orauerat | ita quod volebat perfecu-

ps. 112. ps. 137. ps. 46. puer. 3 .57. .66. .13. mat. 11. ps. 8. ad cor. .j. ca. 1. soph. 2. iudith. .9.

mat. 8. Clamat in euāgelio Centurio | Dñe nō sū dignus vt intres sub tectū meū. ⁊ eadē
Eccl'ia. hora qua sic humiliatus ē | qđ petierat impetrauit. Neq; eniȝ frustra scriptuȝ ē | Ora
.35. humiliātis se nubes penetrabit. Cananea mulier iā repulsaȝ passa | iaȝ in canuȝ cō
mat. 15 paratione cōtēpta | q2 ab humilitate nō recessit | meruit tandē exaudiri. Filius pdi
luc. 15. gus cōsumpto pr̄imonio ad patrē cum humilitate reuersus inuenit veniā. Pecca
ui ingt in celo ⁊ corā te | iā nō suȝ dignus vocari filius tuus. atq; ita humiliatus am
plexuȝ meruit p̄ris | osculuȝ | indumēta | ānuluȝ | ꝯuiuiuȝ | Quod ergo luxuria exhau
luc. 18. serat | humilitas reparauit. Publicanus pectus ꝑcutit | cōsciusq; delictoꝝ oculos in
celuȝ nō audet attollere | ⁊ iustior redit phariseo q ieiunabat | q decimas soluebat |
q bona multa faciebat | Illius eniȝ peccata deleuit humilitas | Huius merita cor
rupit mētis elatio. Non sum sicut ceteri homines inquit. ⁊ q se ceteris pręferre nō
dubitauit | publicano etiam post ponendus iudicatur.

De exaltatione humilium in lege. Cap. xxij.

gen. 18. Non soluȝ autē quę poposcerint humiles consequunt | sed ēt mirabiliū ope
abrahā. ruȝ grā donantur | ⁊ post hec p̄mia btitudinis eterne cumulatius capiunt.
Abraham puluerem ⁊ cinerē se esse dixit loquēs cum deo. bñdicitq; ei ⁊ semini
gen. 32. eius. Jacob submittit se fratri Esau | atq; illuȝ dñm suū vocat | p nūcios ab eo cap
Jacob. tat beniuolentiā | mittit munera | vt leniat iratū. ⁊ post hec gloriat dicēs | Uidi dñm
facie ad faciē | ⁊ salua facta est anima mea. ⁊ tñ adhuc submissius agit. Obuiā eniȝ
Gen. 33. factus frī | septies pronus in terrā adorat | donec prime accederet. Atq; hac tanta
subiectione ab indignato fratre extorsit pietatē. ita vt ille quē perdere decreuerat
in ei' colluȝ ruēs ipsuȝ amplexaretur oscularetur q; dulcius q̄ȝ dici queat | ⁊ frater
na teneritudine supatus fleret. Unde rursum bñdictionē accipit a dño | ⁊ inditur
exodi. 3 ei nomen Jsrahel. id est | vir vidēs deū. Deuȝ ergo videre meret | q se pp deuȝ homi
moyses nibus humiliat atq; submittit. Loqnte dño de rubo corruit Moyses in faciē. ⁊ cuȝ
mitteret ad pharaonē | educēdiq; de egypto populi dux cōstitueret | indignuȝ se fa
tebatur eo munere | atq; id inire recusabat. p illis ēt a qbus passus fuerat iniuriā |
suppliciter deuȝ deprecatus est. Quas ob res meruit fieri ppli Jsrahelitici libera
nūi. 11. tor de egyptiaca seruitute | legisq; diuinę lator | ⁊ multoꝝ mirabiliuȝ autor | atq; ali
is pręferri dei iudicio dicētis | Siquis fuerit inter vos propheta dñi | in visiōe ap
parebo ei | vel p somniuȝ loquar ad illuȝ. At non talis seruus meus Moyses | q in
omni domo mea fidelissimus est. Ore eniȝ ad os loquar ei | palā ⁊ nō p enygmata
.45. ⁊ figuras deum videt. Hinc est illud in ecclesiastico scriptuȝ | Dilectus deo ⁊ ho
minibus Moyses. ⁊ post pauca | In fide ingt ⁊ lenitate ipsius scm̄ fecit illuȝ | ⁊ ele
dauid. git eū ex oī carne. Dauid quoq; māsuetus ⁊ mitis vel si mai' dicē humilis | ꝑsecu
tionē Saulis odiūq; capitale maluit vitar fugiēdo q̄ȝ vindicādo. cuȝ illū semel atq;
iterȝ occidē potuisset noluit. Ab inimicis ꝓfligatuȝ ⁊ interēptuȝ fleuit. Ideoq; dign'
iudicatus ē | q ei succederet in regno. Absalonis ēt filij necē lachrymis ⁊ lamētatio
nib' ꝓsecutus ē | in eo bello interēpti | quo ille nitebat pr̄i regnuȝ eripē. Qua gdeȝ
pietate Dauid | vel patia | vel humilitate | qđcūq; hoꝝ dixeris | recte dictuȝ erit | p
meruit ad decrepitā vsq; etatē regnare | inimicoꝝ victor | ⁊ ipse inuict' | oīumq; re
ps. 114 gum Judeę deo charissimus. Unde futurę beatitudinis spe plen' | Placebo ingt

domino in regione viuoꝝ. Credidi propter quod locutus sum / ego autem humi ps.115.
liatus sum nimis. Quanto maiora sperat / tanto magis humiliatur. Non.n.euehit
mortales ad celum superbia sed humilitas. Job patientissimus cũ fortunę simul Job
& corporis bona amisisset / ad extremam redactus miseriam / humilitatis virtutem
non amisit. Folium se quod vento rapitur & stipulam siccam vocat / dum dominũ
alloquitur / & tot tantisq; calamitatibus affectus nihil stultũ locutus est. Post hęc
sibi restitutus duplicia recepisse dicitur / vt quantum se humiliauerat / tantum exal
tatum / vel duplo magis intelligas. Duos quinquagenarios ab Ochozia rege mis qnqg.
sos / vt Heliam prophetam comprehenderent / ignis de cęlo lapsus absumpsit. ter reg.q.
tium humilitas reddidit tutum. Flexis corã Helia genibus veniam precatus vitę .1.
periculum euasit. Superbi ergo prouocant iram dei / humiles autem prouocatam
placant. Amos pastor quia mitis mãsuetiq; ingenij fuerat / spiritu sancto repletus am os.
predixit Samarię mala futura / & prophetis meruit annumerari. At etiam prophe
tali dignitate pditus non insolescit / sed magis humiliatur. Non sum propheta in amos.
quit / nec prophetę filius / sed armẽtarius vellicãs sycomoros / & dñs misit me pro .7.
phetare ad Israel. Dum exaggerat domini beneficium / suę cõditionis confitetur
obscuritatem / de armentario factus propheta. si dissimulasset / & ingratus quidem
haberetur / & humilis parum. Quid multa? sic habe / neminẽ in virtutibus / profecis
se / neminẽ sanctum vel deo charum fuisse / cui defuit virtus humilitatis. Fundamẽ
tum custosq; virtutum / & de terra ad celum ascendendi via est humilitas. Per hãc
omnes prorsus ingressi sunt / qui nunc in supernis sedibus habitant / facti dome-
stici dei ciuesq; Sanctorum.

De exaltatione humilium in euangelio. Cap. xxiij.

NE tamen nouorum exẽpla omnino preterisse videar / Joannis baptistę Pe
triq; & Pauli apostolorum humilitatem in medium proponam. de his.n.
disertius expressum in scripturis comperio. Joãnes interrogatus quis esset / nega
uit se esse Christum / malens veritate submitti / q̃ȝ efferri mendacio / & neq; Heliam io.bap
neq; prophetam se esse asseruit dum humiliatur. proinde Christi testimonio extolli-
tur q̃ videlicet in spiritu Helię venisset / qui plusq̃ȝ propheta esset / q̃ deniq; inter
natos mulierum nemo illo maior surrexisset. Jlle tamen modis omnibus deijcere
se & humiliare non destitit / cum de Christo diceret / Jpse est q̃ post me venit / qui an Jo.1.
te me factus est / cuius ego non sum dignus / vt soluam corigiam calciamenti. Pe petr°.
trus piscator erat / & in Christum credens indignũ se eius consortio iudicauit / Exi luc.5.
a me inquit dñe / quia ego homo peccator sum. Ob hoc ad apostolatum vocari me
ruit / vt qui retibus pisces capiebat / predicatiõe veritatis homines caperet. Solus Jo.13.
non sinebat sibi a domino lauari pedes. postq̃ȝ autem se cum illo partem non ha
biturum nisi lauaretur intellexit / non solum inquit pedes / sed & manus & caput.
prima vox humilitatis fuit / secunda charitatis. A quo nolebat lauari / ab eo sepa-
rari pertimuit. Porro quoniaȝ & humiliabatur plurimum / & vehementius q̃ȝ cę-
teri diligebat / dedit ei dominus claues regni / & principem constituit Apostoloruȝ. mat.16
Paulus de vase irę vas factus est electionis / quantum antea furore aduersus paul°.
Christum intumuerat / tantum deinde propter Christum humilitate se deiecit.

ad cor. .1.15. Ego inquit sum minimus apostolorum qui nō sum dignus vocari Apl's | qm̄ persecu
tus sum ecclesiā dei. gratia autē dei sum id qd̄ sum | et gratia eius in me vacua nō fu
it | sed abundantius illis omnibus laboraui. Ac ne laboris laudē sibi tribuere vide
ad Ephes.3 retur subdit | Non ego autem | sed gr̄a dei mecū. Alibi etiā oium infimum se fatet
dicens. Mihi enim oium Sanctorum minimo data est gratia hec in gentibus euāge
act.14 lizare inuestigabiles diuitias Christi. Dum Lystris cum Barnaba p̄dicationis offi
cio fungerentur | dij crediti | diuinū sibi exhiberi honorē vsq; a deo respuerunt | vt
scissis vestibus mortales se esse clamarent | et ob hoc quidē missos | vt falsorum deorum
cultoribus veri dei notitiā insinuarēt | salutiq; eorum qui credituri sunt consulant. Et hi
sane d̄ quibus locuti sumus | ceteriq; eiusdē ordinis homines | si nosse vis | ad quā
tā gloriā in celo exaltati sint | considera qualē dū in terra viuerēt gratiā acceperint.
Cecos illuminare | leprosos mūdare | mortuos viuificare nulla possūt medica
menta | isti potuerunt. Si magna gratia hec | haud dubium | quin etiam magna que
gratiā secuta est merces fuerit. Quāto igitur humiliores deo seruiendo erimus | tan
maria mr̄ di. to gloriā celsiorē consequemur. Ceterum cū multos hoc loco breuitatis cā p̄terierim |
quorum exēplis vti magnifice poterā | Mariā tn̄ dei matrē | eiusq; filium Saluatorē
nr̄m silentio p̄termittere nullo modo possum. Hec fabro desposata fuerat | in turba

pauperū incognita latebat. in tantū autē humilitate placuit | vt a deo electa sit | que
dei filiū generaret. Unde ipsa gloriat dicēs | Magnificat anima mea dn̄m | et exul
luc.1. tauit sp̄us meus in deo salutari meo. qz respexit humilitatē ancille sue. ecce enim ex
hoc btām me dicent omnes generationes. qz fecit mihi magna qui potens est | et
sctūm nomē eius. Quid enim maius virgini conferri potuit | q̄3 vt creatorē suū pa
riat | q̄3 vt dn̄i sui mater sit | et hoc qdē nō violata virginitate sed sctificata | vt purius
niteat in foecunda | q̄3 nitebat in sterili.

De humilitate Christi. Cap. xxiiij.

ēē. xē Jo.1. Dei vero filius factus est hominis filius. Uerbū caro factū est | et habitauit
in nobis. Quid deinde? et vidimus inquit gloriā eius | gloriā q̄si vnigeniti
a pr̄e | plenū gr̄e et veritatis. Qui eius glorie cōsors esse desyderas | eius humilitatis
prius te sociū ac participē exhibeas oportet. Nō est discipulus supra magistrum |
neq; seru⁹ dn̄o suo maior | vt exaltari velit sicut dn̄s | et humiliari nolit sicut seruus.
ad philip. cap. 2. Hunc aūt oium autorē | oium saluādorum doctorē ac redēptorē. Paulus philippēsibus
in exēplū p̄ponēs ait | Hoc sentite in vobis qd̄ et in Christo Jesu | q cū in forma dei
esset | nō rapinā arbitratus est esse se equalē deo | sed semetipsum exinaniuit formam
serui accipiēs | in similitudinē hominū factus et habitu inuentus vt hō. humiliauit
semetipsum factus obediēs vsq; ad mortē | mortē autē crucis. Audisti humilitatē | au
di de gloriā. pp qd̄ inqt et deus exaltauit illum | et donauit illi nomē | qd̄ ē sup omne
nomē | vt in noie Jesu oē genu flectat celestiū terrestriū et infernorum | et ois lingua cō
fiteatur | qz dn̄s Jesus Christus in glia est dei patris. Neq; humilius diuinitas in
clinare se potuit q̄3 vt hoiem assumeret | seq; hoium potestati submitteret ad flagel
la et mortē p ludibria sustinēdā. neq; sublimius attolli quiuit humanitas | q̄3 vt diui
nitati vnita vnus Christus et deus esset et hō | sedēs ad dexterā pr̄is | a spiritibus an
gelicis omniūq; Sctōrum coetu venerandus | mortuos et viuos iudicaturus in eadē

humanitate|in qua uoluit ab hoie iudicari. tunc humilis q͂d͂ nūc gloriosus | tunc mortalis nūc imortalis ꝛ impassibilis|tūc seruus nunc dn̄s | tunc infirmus nunc ponēs inimicos scabelluz pedū suoꝝ in virga virtutis suę. Tunc nō erat ei species neq͂ decor|nunc dr̄ ei| Specie tua ꝛ pulchritudine tua intēde ꝓspere procede ꝛ regna pp veritatē ꝛ mā suetudinē ꝛ iustitiā. nunc regnū eius regnum oīum seculoꝝ. ps 44
Sed paulo distinctius videamus|a qua humilitate ad hāc sublimitatē ꝑuenerit| quā tn̄ sp̄ hūit a p̄re ꝛ cū p̄re cōmunē. Cū igit deus esset|hominē quē ipse fecit assumpsit nunq͂ dimissurus|vt ꝛ hō fieret| ꝛ deus esse nō desineret. de paupcula matre nasci voluit|nō in vrbe regali|sed in paruo oppidulo bethleē|nō saltē in domo vulgari sed in iumentoꝝ stabulo|vbi reclinatus in presepio vagijt. Ab Angelis nūciabat|a Pastoribus q̄rebat|a magis adorabatur| ꝛ tn̄ ipse cōtēptibilis ꝛ despect⁹ apparere volebat. Adultus nō habuit vbi caput reclinet suum. alienis impēsis sustentatus est|alieno vsus hospitio. Qui cęlū terrāq͂ fecerat| ꝛ quę in eis sunt | hic die ac nocte in laboribus fuit|docendo|sanando|orādo. miracula opabat ꝛ latere volebat. Sup asinā sedēs intrauit hierosolimā|cuius sedes cęluz| ꝛ terra scabelluz peduz erat. Lauit discipuloꝝ suoꝝ pedes|cui Angeli seruiebāt. Cū innocens esset| ꝑ peccatis nr̄is ab incredulis quos ipse saluare venerat|cōprehēdi|ligari|cōspui| cędi|occidi voluit. Atq͂ ita se submisit obtulitq͂ vltro omnibus impioꝝ iniurijs|q mundū pugillo cōtinet|q terrā respicit ꝛ facit eā tremere|in quē Angeli intueri gaudent|q vita est oīum quę viuunt| ꝛ autor quę subsistunt. Quid ergo vel magnificētia eius maius|vel humilitate abiectius? Nemo ęquare potest eius humilitatē|q꞉ nemo habet tantā de qua descendat sublimitatē. Satis est si vestigia eius obseruātes|quantuz possumus nos humiliter submisseq͂ geramus. ipso admonēte ac dicēte| Discite a me q꞉ mitis suz ꝛ humilis corde| ꝛ inuenietis requiē aiabus vr̄is. Sit igitur nobis curę|vt minimi simus|in oibus patiētes| in oibus mites ꝛ māsueti|nulli malū ꝑ malo reddentes|paruo cōtēti|in laboribus assidui| seruire magis q͂ ꝑesse cupiētes|nunq͂ captemus hominū gloriā|sed sp̄ dei laudē| ꝛ proximoꝝ ꝑfectuz. Parati simus omnia supplicia|oē mortis genus ꝑpeti prius q͂ deo peccare. Per hāc humilitatē aditum nobis parabimus in cęlum| ꝛ gaudijs ꝑfrui merebimur sempiternis|participes facti glorię domini nostri|cuius humilitatem in terra fuerimus imitati. mat. 6.

De humilitate vitiosa. Cap. xxv.

SCiendum tn̄|esse alias quādā humilitates|ex quibus alię quidem nihil ad hāc pertineret de qua locuti sumus|alię vero ipsaz reddunt vitiosaz. Quid enim ad virtutē illa humilitas|qua obscuro loco natos designamus| humiles appellādo demissi generis in plebe vulgaria viros? vel illa quā ēt rebus inanimatis insensibilibusq͂ damus? nam ꝛ locū humilē dicimus| qui pressior iacet inter eminētes atq͂ demissior| ꝛ humilē arborē| quę nō multū ab humo erecta sit. Sunt ꝛ alia duo humilitatis genera in scripturis obseruata. alteꝝ cū qs alioꝝ iniquitate opprimit affligit͂q|iuxta illō| Populū tuū dn̄e humiliauerūt| ꝛ hereditatē tuā vexauerūt. ps. xciij
alteꝝ cū quis ob suā culpā poenis aut calamitate aliqua grauat | secundū illud| Propter iniustitias. n. suas humiliati sunt. Utrūq͂ hoc in inuitis fit atq͂ nolētē| virtutis aūt humilitas voluntaria est. proinde etiā illam quę vitij est voluntariam esse ps. 106

constat. Illa itaq3 nō virtutis | sed neqtie malignitatisq3 erit humilitas | cum quis ea de causa prese feret humilitatem | siue vt inter sanctos ponendus videatur | siue vt facilius elemosinam eliciat z lucretur. Tales erant | quos in euangelio taxauit
mat.23 dominus dicens | Ueh vobis scribe z pharisei hypochrite | qui mundatis quod fo ris est calicis z parapsidis | intus autem pleni estis rapina z immunditia. Exterius quippe cilicio se tegunt | nudis pedibus ambulant | horridi | inculti | squalentes | illuuiosi | inter loquendum suspirant | ingemiscunt | fatentur se esse peccatores | crebro ad orandum procumbunt. sed intus vel inanis glorie cupidine flagrant | vel querende pecunie cura sollicitantur | sepulchris dealbatis similes | foris quidē mundi puriq3 sed intus pleni sordibus atq3 spurcitia. Perniciosa est ergo humilitas | fingere quod non es | z esse quod non debes. Nam licet callida simulatione falli possint homines | deus tamē nūq3 fallitur. omnia nuda z aperta sunt oculis eius | ipse cordis z renum scrutator vnicuiq3 reddet iuxta opera eius | que tunc quidem iudicanda exponentur | cum nihil erit occultum quod non sciatur | neq3 absconditum quod non reueletur. Quid ergo proderit | humilem | sanctum | mansuetū ab hominibus fuisse iudicatum | cum etiā hominibus manifestum erit | qualis re vera fueris? Neq3 enim ex preteritis aliorum rumoribus | sed ex conscientia tua presenti iudicaberis.
.2. Ceterum vere quoq3 ac sancte humilitatis valde studiosis cauendum erit | ne forte humilitatem putent eos quibus prepositi sunt | non corripere si deliquerint | non castigare si perseuerarint | negligentia est istud non humilitas | z charitatis quam proximo debes obliuio. Debes enim curare | vt eos qui tibi commissi sunt efficias meliores | docendo | solicitando | increpando | puniendo. quod si per ignauiā teneritudinē ve animi omiseris | non mitis | neq3 mansuetus | neq3 humilis | sed e contrario inhumanus z a charitate alienus fuisse argueris | crediti q3 tibi gregis nō pastor sed desertor. Queris fortasse cur ergo pcipiat dñs | Qui maior
mat.20 est vestrū fiat sicut minor | z qui precessor est sicut ministrator? Non hoc dicit vt peccātes non arguas | quos z ipse flagello de templo expulit | sed vt in laboribus opereq3 seruili cum ipsis quibus presides communices | z in spiritalibus negocijs grauiora onera tuis q3 aliorum humeris imponas | necessitatibusq3 domesticorum tuorum pro viribus prospicias | z tanq3 filijs ministres | indulgentissimiq3 patris fungaris officio nihil pretermittendo quod vel ad humilitatem pertinere videbitur | vel ad charitatem. Desinamus igitur vitiosam fore humilitatem | que charitati alijsq3 virtutibus non fuerit copulata. Nam neq3 libidinosis proderit humilitas | neq3 gule
humilita venttriq3 seruientibus | neq3 alij alicui flagitio subnixis. Prima humilitas esse de
tis ōdo. bet deo obedire. deinde Prepositorum iussa exequi | postremo facilē se omnibus prestare | neminem offendere | z pati potius iniuria q3 inferre | nihil terrenum appetere | sed celestium desyderio semper inherere. Quicunq3 ita se humiliauerit | exaltabitur | z vna cum illis | quos in exemplum proposuimus | gaudebit in eternū gloriosus.
ps.33. In psalmo enim dicitur | Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde |
mat.5. z humiles spiritu saluabit. Et in euangelio | Beati pauperes spiritu | quoniā ipsorum est regnum celorum. beati mites | quoniam ipsi possidebunt terram. z in alio psal
ps.36. mo | Mansueti hereditabunt terram | z delectabuntur in multitudine pacis. Possidebunt ergo humiles terram | non hanc erumnarum z inquietudinis plenā | sed illam in qua iugis tranquillitas z pax est perennis | que etiam terra viuentium di

citur| iuxta illud| Credo videre bona domini in terra viuentium. Humiliemur igitur (vt Petrus Apostolus precipit) sub potenti manu dei| vt nos exaltet in tpe visitationis. Nihil est vera humilitate prestantius| nihil tranquillius| ꝛ a perturbationibus animi magis remotum. Humilitas patiens est| benigna est| nec cōtēpta irascitur| nec laudata se extollit| nec aduersis concutitur| nec prosperis delinitur| in vtraqꝫ fortuna ęquabilis perseuerat. Uulgi quidem opinione despicitur| sed sapiētissimi cuiusqꝫ iudicio commendatur| summiqꝫ dei benignitate ad cęleste regnum sustollitur ꝛ coronatur. Expediens nunc videtur| vt de contrario humilitati vitio Superbia disseramus. Nam virtutem ardentius amplectemur cum nequitię turpitudinem magis plene cognouerimus. ps. 26. epla p̄ma. 5.

LIBER. SEPTIMUS. CHARITATIS.

De Superbię vicio. Cap. j.



Uare scriptū est| Initium omnis peccati est Superbia| nisi quia omne peccatum| a voluntate diuina nostrę volūtatis auersio est. vt faciat seruus qđ vetat dominus| vel facere nolit qđ ille iussit. Hoc autez proprium Superborum esse negari non potest. Quamuis igitur varię sint peccati species| vna tamen omnium mater est Suberbia. ita vt cuz ipsis peccatis quę genuit| simul viuat| simul moriatur. Nemo quippe desinit esse superbus| nisi cum desierit esse peccator. Peccata tamen quę plus in se superbię habent| hęc sunt. Sui confidentia| inanis glorię appetitio| aliorum contemptus| de se iactatio ostentatioqꝫ| neminem pati sibi superiorem| ꝛ ne ęqualibus quidem facilem se prestare. Preterea gestus habitusqꝫ corporis immodestus| pteruia atqꝫ aspera verborum platio| temerariaqꝫ confidentia actionum| erecta ceruix| contumax aspectus| lentus tardusqꝫ incessus| ꝛ vecordiam potius qꝫ grauitatem pręse ferens vultus. Uerum tamen quo magis arroganter coram hominibus se se composuerint superbi| eo minoris existimationis apud deum erunt. dicente Esaia propheta| Dixit dominus deus| pro eo qꝫ eleuatę sunt filię syon| ꝛ ambulauerunt extento collo| ꝛ nutibus oculorum ibant| ꝛ plaudebant ꝛ ambulbant| ꝛ pedibus suis cōposito gradu incedebant| decaluabit dominus vertices filiarum syon| ꝛ dominus crinē earum nudabit| ꝛ pro ornatu erit ignominia. Nihil enim secum feret superbus| cum hinc decesserit| omni pomparum suarum ornatu fastuqꝫ decaluabitur| nudus ad inferos descendet| inglorius| contemptibilis| despectus| tanto alijs magis infimus| quanto sibi videbatur sublimior. Hoc etiam per Sophoniam minatur dominus dicens| Uisitabo omnem qui arroganter ingreditur super limē. hoc est| siue priuatas ędes| siue dei templum cum supbia ingredientem visitabo iuxta

Eccli. .10. .3. .1.

ultione atq; vindicta. Sunt enim quibus nō est satis in foro | in campis | in hoīuz
frequentia supinos elatosq; incedere | sed et domuz dn̄i ingressi cuz maxime se sub
mittere deberēt añ altare cęlestis regis | eundē vultuz seruāt | eādē supcilij elationē |
quasi iā ei ęquales | cuius nō multo post iudiciuz velint nolint subituri sunt. et tūc
ps.17. demuz fiet | qđ ad deuz psalmista ait | Oculos Superboꝝ humiliabis. Nihil enim
oculi iā ad inferos dāmatoꝝ qđ eos delectet videre poterunt | sed cūcta tristia et acer
ba miseri illi et cernere et pati cōpellentur. quiq; se olim supra homines esse arbi
Ecclia trabant | sub immundoꝝ spirituū potestate erunt. Qđ qdē metuēs Jesus Strachi fi
sti.23. lius orabat dicēs | Dn̄e pr̄ et deus vitę meę extollentiā oculorum meoꝝ ne dederis
mihi. hoc ē | ne pmittas | vt me superet supbia | et me aliqd esse credā | supra id qđ suz.

Quanta mala pariat Superbia. Cap. ij.

pue.11 SCriptuz est pręterea | Ubi fuerit Superbia ibi erit et contumelia. Necesse est
igit vt elati supbia torvo q; aspectu homines prorūpant in cōtumeliā et pro
bra et conuitiū. Sicut eniz nubilosa ac tristis cęli facies raro cuz silentio soluit | ciet
tonitrua | cogit micare fulgura | fulmina cuz fragore decidere | terrāq; imbribus re
pente inundare. Ita vētosę supbię tumor | nisi rōne coerceat | iraꝝ austros pflabit |
pu.13. et obuiū quēq; maledictis petulāter lacesset. Unde alibi dr̄ | Inter Supbos sp sunt
iurgia. In tātū quidē supbi iurgijs assuescunt | vt ipsa iurgia supbiā appellet psal
ps.16. mista dicēs | Os coꝝ locutuz est supbiā. Supbi erāt Judei | ideo neq; cōtra deum m
roboā. murmurare timuerūt | nec Moysi et Aaroni cōtumaciter insultare. Roboamum
reg.ter Salomonis filiū ad cōtumelię vba regalis ipulit dignitas | et pplo poscēti aliqđ pē
tio.12. sionuz leuamē | Addā respōdit sup iugū vestrū. pr̄ meus cęcidit vos flagellis | ego
cędā scorpionib᷒. Tātū hac aī elatiōe pfecit | vt duodeciz tribuū rex | moꝝ duaꝝ tm̄
mō fieret | reliqs ab eo secedētib᷒. Nēo. n. supbo dn̄o libēter huit. Nēo et ipune ad
seāche uersus deū supbit. Et. n. Senacherib rex Assyrioꝝ captis aliquot Judeę oppid is
rib. hierosolimā obsidiōe pmē coepit | blasphemias ī deū Israel dixit | seq; dijs potētiorē
reg.qr asseruit. Ex quo hierosolimaꝝ rex Ezechias pterritus dposita regali purpura saccū
to.19. induit | et supplex dn̄z orauit. Pręualuerunt pces humiliātis se aduersus furorē im
potētiāq; supbi. Angelus dn̄i maiore parte assyrij exercitus prostrata regē cū reliqs
Niniuen redire coegit. Quo ille perueniēs filioꝝ suoꝝ manu interēptus occubuit.
Hinc plane satis patet | q; fragiles | q; nullę sint humanę vires | si cū dō cōtēderint.
amos. Ad hęc Supbus post iurgia illos cū qbus iurgatus ē | re atq; opere lędere affectat |
.2. vt vim robur q; suū ostētet | seq; ex illis esse pbet | de qbus Amos ppheta ait | Cōte
sedech. runt sup puluerē terrę capita paupeꝝ | et viā humiliū declināt. Sedechias quoq; fi
reg.p. lius Chanaā volens videri ppheta | cuz prospera regi Samarię Achab pdixisset |
.22. Michęę cōtraria | quę et euenerunt prophetanti colaphū infregit dicēs | Me ne er
go dimisit sp̄us dn̄i | et locutus est tibi? Cur arrogans igit et inani gloria tumēs duz
Joab. psuadere nitit se esse qđ nō est | siquis cōtradixerit | impatiēs irę ne manibus quidē
reg.2. temperat | nihilq; pensi habet meliores se atq; honorabili ōes afficere iniuria. Joab
20. dauitici exercitus ductor nō potuit pati pręfecturę honorē laudēq; militię cū alijs
partiri | et Amasam collegā suū amice alloquēs incautuz interemit. Nullo itaq; sce
lere abstinet superbia | nec rapinis nec cędibus parcit | dum supra omnes eminere

atq; excellere appetit. Aduersus hāc per os Abacuch pphetę spūs sanctus clamat| .2.
Ueh q cōgregat auaritiā malā domui suę| vt sit in excelso nidus eius. Ad supbię
aūt vitiū alios virium cōfidentia stimulat| alios rex psperitas hortat | alijs auda-
ciā longus peccādi vsus pstat|q retuso iā cōscientię aculeo delictoꝝ assiduitate|ne
q; hominū pudore|neq; vllo dei metu cohibent. In Abdia propheta Idumeā in idume
crepat dñs z ait|Ualde supbia cordis tui extulit te habitantē in scissuris petrę|exal us.1.
tantē soliū tuū|qui dicis in corde tuo| quis detrahet me in terrā? Et qm supra q̄
decuit efferebat Idumeus|cōsequēter dr ei|Si exaltatus fueris vt aquila| z si in-
ter sydera posueris nidū tuum|inde te detrahā dicit dñs. Ut q se oium fortissimū
credidit|oiū imbecillimus euadat. z de illo quoq; dicat| Arcus fortiū superatus reg.pri
est| z infirmi accincti sunt robore. Quod autē z superbi humilient| z humiles exal mo.2.
tētur|Benadab quoq; syrię rex nobis exēplo est. Qui samariā cum innumera mili bena-
tum multitudine inuadens gloriabatur q puluis Samarię nō sufficeret pugillis dab.
populi|qui ipsum secutus fuerat. Deo aūt arrogantiā eius vlciscēte | egressus rex
Achab tm cū septē milibus viroꝝ z ducētis triginta duobus fudit fugauitq; eū|
qui iā in manibus victoriā se gerere credebat. Insequēti anno Israelitarum par reg.ter
ua manus centūmilia Syroꝝ in plio cōciderunt| reliquos fuga elapsos in oppido tio.xx.
Aphec murus ruina oppressit| Benadab captus|qui sibi insuperabilis videba-
tur|pro vita supplicauit. Niniuen etiam Assyriorum metropolim|cui dñs poeni| niniue.
tenti z humilitatę pepercerat| postremo tm insolenter elatā repēti concidere permi
sit. Ideo illi p Sophoniā supbię crimē obijcit dicēte| Hęc est Ciuitas gloriosa ha .2.
bitans in confidentia quę dicebat in corde suo|ego sū| z extra me nō est alia am-
plius|qūo facta est in desertū|cubile bestię|ois q trāsit p eā | sibilabit z mouebit
manū. q̄si dolēs eā quę fuerat iā nō esse. sicut z psalmista ait| Uidi impiū superexal- ps.36
tatū vt cedros lybani|trāsiui z ecce non erat.

In illos qui sanctitatis ostentatione alios carpunt. Cap. iij.

SUnt qui de moꝝ sanctitate sibi plaudētes alioꝝ vitā carpunt | vt illis quos
improbant|meliores videant. Talibus in Esaia minat dñs dicēs| Qui di- .65.
cūt recede a me|nō appropinques mihi| qz imundus es|isti fumus erūt in furore
meo|ignis ardens tota die|ecce scriptū ē corā me. Qui se igitur quāuis bonus suo
ore extollit|dei damnabit iudicio|Saluatore in euāgelio dicēte|Uos estis qui iu- luc.16.
stificastis vos corā hoibus|deus aūt nouit corda vestra| qz qd hominibus altū ē|
abominatio est apud deū. Huiusce rei nobis pharisei quoq; pponit exēplū| q tē- luc.18.
plū ingressus dū se iustificat| z publicanū iuxta orantē accusat|publicano ipo ne-
gor de tēplo exijt. Modicū itaq; arrogātię fermētū totā corrumpit massā virtu-
tū| z q̄dbonū ipse edificat corruit. Quid ē.n. qd Salomō in puerbijs ait|Domos pue.15.
supboꝝ demolit dñs. nisi q supbi lz ope interdū nō peccēt|aio tm delinquūt| do-
nū dei nō dei laudi sz suę tribuēdo. Unde idē|Abominatio ē dñi ingt ois arrogās| pue.16.
ēt si manus ad manū fuerit|nō erit inocēs. z in psalmo ē scriptū| Supbi iniq age- ps.118.
bant vsq; quaq;. Ceterū impossibile est|neqn etiam actione delinquant| qui per ar
rogantiam in se confidunt. Sibi quippe derelicti absq; gratię diuinę fulcimento
stare nullo modo poterūt. Semp autē prius est|vt in corde supbiat peccator q̄ in
opere. z hanc reor Salomonis esse sententiā dicētis| Cōtritionē precedit superbia pue.16

& ante ruinam exaltatur spiritus. Quod si iam affectione mali interius cecidit | nisi
repente culpam agnoscat & doleat | quomodo non etiam exterius iniqua operatio-
ne labetur? quomodo dum multos probitatis laude anteire se existimat | non de
alijs obloquetur? non aliorum vitam carpet? & insectatione lacesset? Quamobrem item
puer. Salomon ait | Expedit magis vrse occurrere raptis foetibus | quam fatuo confidenti
.17. sibi in iustitia sua. Non enim fama honesti deperit | si a fera mordearis | sed si lingue
petulantis iaculo ictus fueris | periculum est ne inter infames computeris. Et li-
cet mala hominum opinio de te innocente tibi non noceat | nocet tamen alijs | qui
te sibi similem rati se se corrigere negligunt | & quasi te autore in malo perseuerant.
Incipiet autem & tibi detrimento esse | si in tua infamia contemnes lapsum proxi
pu.22 morum. Ideo dicitur | Qui negligit famam suum crudelis est. Melius est bonum
ad cor. nomen quam diuitie multe. In sua vero iustitia confidenti ab Apostolo dicitur | Qui
.I.10. se existimat stare | videat ne cadat. & alibi | Siquis existimat se aliquid esse | cum ni
ad ga. hil sit | ipse se seducit. opus autem suum probet vnusquisque | & sic in semetipso tantum
.6. gloriam habebit & non in altero. Illi quippe in altero habent gloriam | qui malunt
laudari ab hominibus | quam a deo probari. His quidem non tam virtus ipsa placet |
quam vmbra quedam simulatioque virtutis | non habentes cure vt boni sint | sed vt esse
videantur. Et hoc quidem in causa est | vt se aliquis arroganter iactet | & alios con-
Esa.33 temnat | & parui reputet. Sed talem condemnat propheta dicens | Ueh qui preda-
ris | nonne & ipse predaberis? & qui spernis | nonne & ipse sperneris? Certissimum quip-
pe est | quod malum a iusto iudice recipiet | qui malum proximo suo machinabitur.
Hier. Spreuerunt Hieremiam Joanan & qui cum illo erant | contemptoque eius consilio
42. abierunt in egyptum | & gladius regis babylonis | quem fugiebant | ibi concidit il
los | cum in terra Juda si prophetam audissent | a periculo tuti forent. Spernunt
para. etiam superbi eos qui in monasterijs deo seruiunt | & quod seculo renunciarint irri-
.15. dent | ipsi mox ridiculi futuri demonijs. Sic fatua Michol virum suum Dauidem
michol derisit | ante arcam domini saltantem atque ludentem | & ephot lineo indutum. Hoc
autem regis seruitium quam gratum esset domino superbe mulieris mulcta ostendit.
Eam enim ob rem sterilitate damnatur | ne de illo habeat liberos | quem deo de-
uotum despexit. Sic & impius Nicanor cum exercitu missus a Demetrio Antio-
nicanor chie rege | ascendens montem syon | ludibrio habuit Sacerdotes | ipsa sibilauit
mac.p sacrificia | & minatus est ferro se ignique cuncta vastaturum | nisi Judam & omnes qui
mo.7. ipsum sequebantur sibi traderent. Occurrit illi Judas cum trium millium manu
tantum | castraque eius contriuit. cecidit Nicanor Plurimi de suis desiderati sunt |
caput & dextera superbissimi ducis ante portam hierosolyme vrbis suspensa. vt om
nibus pateret | Spes eorum in contrarium verti qui diuina incessere presumunt |
ps.128. psalmista dicente | Confundantur & conuertantur retrorsum omnes qui oderunt
syon | fiant sicut foenum tectorum | quod prius quam euellatur exaruit. Ab his libera-
ps.122. ri precatur Justus cum ait | Miserere nostri domine miserere nostri | quia multum re-
pletissumus despectione | multum repleta est anima nostra | opprobrium abun-
dantibus & despectio superbis.

Quod superbi succumbant passionibus | & que sint illa per que notantur superbi. Cap. iiij.

Passionibus pterea seruit Superbus. immoderate gaudet/ intẽperanter tri-
status/ supramodum sperat/ infra modum metuit/ nihil ei temperamẽto cõ
stat rationis/ qm̃ in omnibus appetitum sequitur carnis. Quãobrẽ in psalmo dr̃/
Fundamenta montium cõmota sunt/ ⁊ cõturbata sunt/ quoniam iratus est eis de- ps̃.17.
us. Alias montes intelliguntur sancti propter diuinȩ contemplationis altitudinẽ/
hinc Superbos accipimus propter arrogantiȩ elationem. Superbi ergo contur-
bantur/ quoniam iratus est eis deus. Quemadmodum enim humilibus placatur/
ita irascitur superbis. Quos autem deus abnuit ⁊ auersatur/ fieri omnino non po
test/ quin suȩ imbecillitati relicti conturbentur animis/ ⁊ insipienter commoueant-
tur/ cuiusqꝫ superuacuis incessentur. Hinc est ꝙ secundus a rege psaruꝫ Assuero
Aman pati nõ poterat/ ꝙ Mardocheus Judeus non sibi assurgeret/ seqꝫ non ado Aman
raret. Jdeo furore accensus a rege apud quem plurimum poterat exegit/ vt Judei hester.
qui in regno eius erant/ internicione delerentur/ ⁊ cum his ipse Mardocheus in .3.
crucem actus periret. Sed vide quomodo deus deposuit potentes de sede/ ⁊ exal
tauit humiles. Rex edoctus per reginam coniugem suam Hester/ qꝫ bene de illo
meritus fuerit Mardocheus detectis olim insidijs coniuratorum in ipsum/ muta
uit edictum/ Judeosqꝫ liberȩ conditionis esse iussit. Mardocheum vero post se pri
mum fecit. Aman autẽ in crucem/ quam ipse Mardocheo parauerat actus est. hester.
Atqꝫ ita omnia Superbi vota in contrarium versa sunt/ ⁊ pernicies quam alijs .7.
inferre cogitarat/ ipsi contigit. J nunc Superbe preme alios vt te extollas/ insidia
re/ machinas omnes intende/ vt per aliorum erũnas ad fastigium alicuius digni-
tatis ascendas/ dum modo scias iustissimum simul ⁊ potentissimum esse illum/
quem offendis. Quod si pręsentium honorum cupidine duceris/ quis erit finis cõ
cupiscẽdi? regnuꝫ adeptus aliud desyderabis/ terrȩ marisqꝫ imperio potitus queȩ-
res siquis vltra alius lateat orbis/ cuius nondum dñs factus sis/ ⁊ quo maior fue
ris/ magis exaltari affectabis. vt de te quoqꝫ propheta ad dominum conuersus cõ
queratur ⁊ dicat/ Superbia eorum qui te oderunt/ ascendit semper. Ascenderat ⁊ ps̃.73.
Nabuchodonosor/ factus arbor fortis ⁊ procera vsqꝫ ad cȩlum/ ⁊ lata nimis/ ex- Nabu
pandens ramor vsqꝫ ad terminos terrȩ/ folijs fructibusqꝫ referta/ non ꝙ esset/ sed. chodo.
ꝙ tam magnus sibi videretur. Et cum prȩ viribus imperij sui neminem timeret/
repente corruit. dicente per Angelum suuꝫ domino ac iubente/ Succidite arborẽ/ daniel.
prȩcidite ramos/ excutite folia/ dispergite fructus. Jtaqꝫ cum omnium orientis re .4.
gum potentissimus esset/ ob superbiȩ fastuꝫ ita deiectus est/ vt ab hominũ quoqꝫ
coetu pulsus cum bestijs in solitudine vitam ageret. Postea vero humiliatus deo
miserante regnum recȩpit/ pristinȩqꝫ fortunȩ restitui meruit. Quamobrem in hoc
vno quidem perspicue discimus/ tum quantum displiceat domino nostra arrogã
tia/ tum rursum quantuꝫ placeat humilitas. de quibus in euangelio dicitur/ Om
nis vallis implebitur/ ⁊ omnis mons ⁊ collis humiliabitur/ Montes hoc loco su luc.3.
perbi intelliguntur/ vt est illud in psalmo/ Montes sicut cȩra fluxerunt a facie do ps̃.xcvj
mini/ ⁊ in alio psalmo/ Tange montes ⁊ fumigabunt. Superborum quippe glo- mõtes.
ria in fumo vanitatis laborat/ humiles autem in luce resplendent veritatis/ cum
exaltantur. Superbi volucres cȩli sunt/ de quibus dicitur/ Omnia subiecisti sub volucr.
pedib' eius/ volucres cȩli ⁊ pisces maris. vt Christi iudicio subiecti sint ⁊ hi q mẽ ps̃.8.
tis elatiõe insolescũt/ ⁊ illi quoꝝ vita iter mũdanas fluctuat vanitates. ⁊ vt vtrosqꝫ



luc.9. Christo inuisos intelligas/ ipse in euangelio dixit/ Uulpes foueas hñt/ et volucres celi nidos/ filius aũt hominis nõ habet vbi caput reclinet suũ. Alteri eniz terrenis negocijs dediti auaritie student. alteri nihil magis curãt/ q3 vt fama honoribusq3 emineãt. vtq3 id assequãtur/ neq3 homines/ neq3 deum offendere verentur. Destituit eniz eos rõ/ ac veluti pecora presentia tm̃ aspiciunt/ et futura que eterna sunt nõ recogitãt. Qð siqd ẽt bñfecerint/ sue virtuti nõ diuine gr̃e tribuũt. Cõtra quos cla-

Esa.10. mat Esaias dicẽs/ Nunquid gloriabitur securis contra euz qui secat in ea? aut exaltabitur serra contra eum a quo trahitur? quasi diceret/ Ista instrumenta non vendicant sibi laudẽ operis/ que propria opificis est/ et vos de bono illo/ qð nõ tã a vobis q3 per vos gestũ est/ totã gloriã vobis vsurpatis. Cuz oẽ bonũ de sursuz sit/ et oẽ donum pfectum a patre luminum descendat in hominibus/ vt quod ille iubeat/ ipsi possint perficere.

Quod alij dignitate/ alij humilitate laudari appetunt/ alij deo quoq3 se audent comparare. Cap. v.

mat.23. Alij sane per ambitionẽ magni apparere volunt/ et sicut Saluator ait Amãt primos recubitus in coenis/ et primas cathedras in synagogis/ et salutationes in foro/ et vocari ab hominibus rabbi. Qui ergo talia amat peccat. nõ q2 nõ liceat homini primo loco sedere/ si id dignitas ipsa in qua est exigit/ sed q2 ex eo voluptatem capere/ arrogãtie vitium sit. Itaq3 nõ erit nefas ei qui iussus est presidere/ primam tenere cathedrã/ sed hoc affectare inanis glorie gratia/ nefas erit. Quinimmo si ẽt in infimo loco sedendo ab alijs commendari cõcupieris/ humilitatis bonum humane laudis desyderio corrumpes/ et de virtute facies vitiũ. Et qm̃ (vt diximus) mens animusq3 Superborũ nequit quiescere/ sempq3 se magis ac magis erigens eo quosdã puexit vecordie/ vt se deo cõparare ausi sint/ deũq3 cõteptui ha-

nabuc. bere. Nabuchodonosor rex/ cuius insaniã paulo ante retulimus/ hoc tñ ptermisso

dani.3. qð nunc dicemus/ aureã statuã erexerat/ se in ea veluti deum adorari iubens. Et

lis a quibus procaciter iactatus fuerat / solicitus orauit. precibusq3 eius annuens nū.12.
dominus Maria3 quę de illo immodestius oblocuta fuerat / lepra exulceratā sani- reg.p̄.
tati restituit. Imitemur Saulis ęquanimitatem / qui iam rex creatus cu3 ab inui- .10.11.
dis probro afficeretur / dissimulauit se audire / & stipatores suos qui vlcisci vole- saul.
bant iniuriam / prohibuit quidem / abstinuitq3 vindicta. Imitemur & Dauidis re.2,16
humilitatem / qui Semeim non modo maledictis / verum etiam lapidum ictu dauid.
se prouocantem lędi vetuit / atq3 inoffensum dimisit. Cum enim filij Absalonis
premeretur seditione / Forte inquit respiciet dominus afflictionem meam / &
reddet mihi bonum pro maledictione hac. Imitemur & Sarram Raguelis fi- tobię.3
liam / quę quoniam ante q̄3 ducta esset / septem maritos amiserat / ab ancillis sarra.

interfectrix viroꝝ suorum inique compellebatur. earum tamen petulantiam ta cita sustinuit | tantum dominum precata | vt se ista contumelia liberaret | exaudita octauo viro desponsatur | Tobię iuniori | dñoq; fauente cum illo feliciter vixit. Tu quoq; beatus eris | ⁊ preces tuę ad aures dñi Sabaoth peruenient | si cuꝫ psalmi-
ps.37. sta dicere poteris | Qui inquirebant mala mihi | locuti sunt vanitates | ⁊ dolos totã die meditabantur | ego autem tanq̃ surdus non audiebaꝫ | ⁊ sicut mutus non aperiens os suum | ⁊ factus sum sicut homo non audiens ⁊ non habens in ore suo redargutiones. qm̃ in te domine speraui | tu exaudies me dñe deus meus. Sic certe
mat.15. exaudita est Chãnanea mulier pro filia supplicans | quando canibus comparata
Chãnanea. humili responso intimam cordis patientiam indicauit.

De patientia persecutionis. Cap. xliij.

ad tim. secũda cap.3. PAuli apostoli | in quo Christus loquebatur | sentẽtia est | Omnes qui pie volunt viuere in Christo Jesu | persecutionem patientur. Quid ergo de alioruꝫ inuidia querimur | si ea ipsa testis est nostrę in deum pietatis ac religionis? Dominus noster Jesus Christus malorum inuidiam passus est. Cum ab hominibus ex-
mat.12 pelleret immundos spiritus | dixerunt | In Belzebub eijcit demonia. Jdem sola
io.9. verbi virtute morbos curat | mortuos suscitat | ⁊ aiunt | Non est hic homo a deo qui sabbatum non custodit. Si ergo pro bene factis male audit iustus ⁊ innocens dominus | quare cum detractiones accipit | irascitur peccator seruus? Ille Apostolis
iohã.15. suis dicebat | Si mundus vos odit | scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis | mundus quod suum erat diligeret. quia vero de mundo non estis | sed ego elegi vos de mundo | propterea odit vos mundus. Quoties ergo patimur | quę in carne passus est dei filius | quę passi sunt electi serui eius | ęquo animo toleremus. Non est seruus maior domino. aut fateamur nos | qui multorum criminum conscij sumus | indignos esse iniuria | ⁊ illum dignum | qui peccatum non fecit. vel illos qui spiritu sancto repleti erant | ⁊ tamen infestationibus impiorum hominum carere non poterant. Quod certe fateri nemo | nisi stultissimus fuerit potest. Dominus igitur omnium innocentissimus | omnium optimus | falsis criminationibus circumuenitur ⁊ tacet | accusatur ⁊ nihil respondet | ab hominibus diiudicatur hominum Angelorumq; conditor atq; dominator | ⁊ sustinet. Nos vero in peccatis geniti | in vanitatibus enutriti | nos inquam omnibus iniurijs digni | etiam ad leues offensas excãdescimus | ringimur | furore replemur. Quod si paulo diligentius conscientiam nostraꝫ examinabimus | inueniemus | nihil mali nobis non iure ac merito accidere. Nam licet illum a quo accepimus iniuriam nunq̃ offenderimus | offendimus tamen deum in multis | Jdeo quicquid et ab illis quos non lęsimus patimur | ex iusto dei iudicio prouenire sciamus | feramusq; molliter ac modeste. iuxta illud Michęę prophete | Jram domini portabo |
vij. quoniam peccaui | ei donec causam meam iudicet | ⁊ faciat iudiciuꝫ meum | ⁊ educet me in lucem | ⁊ videbo iustitiam eius. Jram ergo domini per q̃ humiliter toleremus | quia peccauimus. tunc autem ab eo speremus lucem | cum per peccatoruꝫ poenitentiam iratum placauerimus. Neq; enim aliter egit latro in cruce | cum fa-

teretur iuste se pati et digna factis recipere / et conuersus ad Saluatorem clamaret / Memento mei domine cum veneris in regnum tuum. Ob quam tolerantie subiectionem meruit et ipse inuitari ad lucem / domino respondente / Hodie mecum eris in paradiso. Tunc omnis poena illa delinquentis versa est in gloriam poenitentis / cum se poena dignum diceret / seque illi cui peccauerat commendaret. Porro quando inimicus inuidia vite tue insidiatur / propone tibi illam erga Saulem regem Da- dauid.
uidis patientiam. Sepius ab ipso ad necem petitus fugiendo declinabat periculum. Bis quidem potuit capitalem inimicum sua interimere manu / sed noluit. Qua constantia dignissimus visus est / qui ei in regno succederet. Unde confidenter postea locutus est / Si reddidi retribuentibus mihi mala / decidam merito ab ps.17.
inimicis meis inanis. et iterum / Cum iis qui oderunt pacem / eram pacificus. Hoc ps.19.
plane patientie genus commendatum est nobis in euangelio / domino dicente / Di- matth.
ligite inimicos vestros / benefacite iis qui oderunt vos / et orate pro persequentibus 5.
et calumniantibus vos / vt sitis filii patris vestri / qui in celis est. Quisquis ergo parum patiens fuerit / qui odientem non dilexerit / qui denique pro iniuria beneficium beniuolentiamque non reddiderit / patris celestis filius esse non poterit. Ille solem suum oriri facit super bonos et malos / et pluit super iustos et iniustos / vt doceat te omnes diligere / neminem ledere / nullam appetere vindictam cum offensus fueris / sed potius offensa te dignum iudicare. Hec humilitatis / hec patientie virtus est. Uirtus autem (vt Apostolo placet) in infirmitate perficitur. Ubi exerceres patientie virtutem / si nemo esset qui aduersaretur / qui inuideret / qui hostiliter infestaret? Ob hoc igitur etiam malos esse permittit deus / vt per eos boni exerceantur / et ad perfectionem vite perueniant / odia hominum non vindicando sed sustinendo.

De patientia ingratitudinis / percussionis / et bonorum ablatis. Cap. xv.

Sed ab illis inquies / quibus imprimis obsecutus sum / in quos beneficia plurima contuli / patior iniuriam / et quos mihi semper amicissimos fore sperabam / eorum odia sustineo / magisque me angit ipsorum ingratitudo quam offensa. At et Christus dominus tuus quos venerat saluare / ab iis passus est necem. Christi quoque Apostoli / quibus viam veritatis monstrabant / vt credendo beatitudinem consequerentur / ab illis ludibria / verbera / mortem sustinuere. Uis tu non amittere bonum quod feceris? equo animo feras et ingratos. magisque tibi proderit patientia tua / quam nocebit illorum perfidia. Ad hec si etiam verberibus afficeris / si opibus exueris / si torqueris et ad mortem posceris / talia sancti martyres perpessi sunt / talia pro nobis dominus et Saluator noster non inuitus tolerauit. Denique nullus vnquam
Sanctorum vindictam appetiit / sed omnes pro malo bonum reddere semper co- pha.
nati sunt. Uir dei in Bethel manum Hieroboami regis aduersum se indigne ex- reg.3.
tentam / atque ideo statim arefactam / fusis pro illo precibus restituit sanitati. Stepha- .13.
nus pro illis a quibus lapidabatur orauit / sicut et pro suis crucifixoribus dominus / stepha.
ne illis imputaretur ad peccatum / quod ignoranter commisissent. Iubemur prete- act.6.7
rea maxillam nostram alapa percutientibus et alteram offerre / vt semper parati si- ic. xc.
mus pro veritate / pro iustitia / pro nomine domini Iesu plura pati quam patimur. Ala- luc.23.
pa ille a seruo percussus non repercussit / sed humili responso ruborem iniecit per- Jo.18.

custodi | arguens atq; conuincens q percusserint innocentem. Apostolus Corinthiorum tolerantiam laudat dicēs | Libenter sufferetis insipientes | cum sitis ipsi sapiētes. Sustinetis eniz siquis vos in seruitutem redigit | siquis deuorat | siquis accipit | siquis extollit | siquis in faciē vos cedit. vtq; illi magis in ꝓposito confirmētur suarū passionum cathalogum contexit dicens | exercitū se fatigatūq; fuisse in laboribus plurimis | in carceribus abundantius | in plagis supramodū | in mortibus frequenter. a Judeis inquit quinquies quadragenas vna minus accepi | ter virgis cęsus sum | semel lapidatus sum | ter naufragium feci | nocte ac die in profundum maris fui | in itineribus sępe | periculis fluminum | pꝛiculis latronū | periculis ex genere | periculis ex gentibus | periculis in Ciuitate | periculis in solitudine | periculis in mari | periculis in falsis fratribus | in labore ⁊ erumna | in vigilijs multis | in fame ⁊ siti | in ieiunijs multis | in frigore ⁊ nuditate. Quod si vas electionis tanta ac talia ꝑtulerit | quid indignatur vas irę | siquid eiusmodi sibi accidat? Cū tibi pdia ⁊ opes auferuntur | dominici precepti recordare | Qui vult inquit tecum in iudicio contendere | ⁊ tunicam tuā tollere | dimitte ei ⁊ paliū. hoc est | paratus esto plura potius ꝑdere ad conseruandā animi patiētiā | q̄ ad infringendā altercationibus deseruire. Eundē sensū habet | quod in luca dr̄ | Qui aufert quę tua sunt ne repetas. ne forte repetēdo ⁊ raptorem irrites | ⁊ tuam in dn̄o cōturbes quietē. Patientia eniz pauperum (vt in psalmo habetur) non peribit in fine. Si tn̄ sine lite reparari res poterit | non prohiberis exigere | immo debes | nō tn̄ tua q̄ eius q rapuit causa. ne videlicet ille alienum iniuste possidēdo pereat. Nā ⁊ Thobias in deum piētissimus pecuniā sub chirographo creditā a Gabelo exegit. neq; opus reprehendi potest | qđ Raphaele Angelo adiuuāte peractum fuisse constat. Tunc igitur non erit rē ablatā repetēdi locus | cum per irā delinquēdi imminet pꝛiculū. Cū hoc contigerit | tā lente ferendū erit dānum q̄ sui tulit Ezechias hierosolymarū multę sanctitatis rex. Cū eniz p prophetā didicisset | oēm gazā quā legatis regis babyloniorū gloriabundus ostētauerat | ad babylonios quoq; trāsferendā | nō est animo turbatus | nec tristitia deiectus | sed voluntati dn̄i nihil refragatus | Bonus inqt sermo dn̄i | fit tātū pax ⁊ veritas in diebus meis. Quid tu tandem quereris opes tibi ereptas | quas Christus dominus Apostolis suis interdixit: quas plurimi vt liberiꝰ expeditiusq; deo seruirent | sponte abiecerunt? Letare potius oblatam tibi occasionem vitę perfectioris ineundę. dicente dn̄o | Si vis perfectus esse | vende omnia quę habes | ⁊ da pauperibus | ⁊ veni sequere me. Letare q tibi impedimenta sublata sint sequendi illum | qui sequentibus se non terrenas opes largitur sed celestes | non fragiles sed eternas. Crede igitur prophetę dicenti | Melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas.

Margin notes: ꝯco᷑.11 — paulus — matt.5. — luc.6. — ps.9. — tob.9. — reg.4. .20. — Esaię. .39. — mat.19 — ps.36.

De patientia morbi ⁊ aduersitatum. Cap. xvj.

Siqua preterea corporis ęgritudine laboras | ⁊ morbo vehementer afficeris | caue ne per impatientiam deum offendas | ⁊ grauius animo egrotare incipias

pias q̃ corpore. Corpus hominis fictile vas est | corruptioni obnoxium | solutioni
proximum | morti semper opportunum. quod etiam si nulla aduersa infestet vali-
tudo | senilis tamen ętas carpendo consumit. Thesaurus autem in vase isto fragi-
li animus est | quem nulla vis potest effendere preter peccatum. Peccas autem si
morbi molestiam fers impatienter. Quę igitur dementia est | cum corpus langore
torquetur | committere vt etiam animus impatientię peste lędat? Gratias deo age
ęger | gratias age sanus | ⁊ tolerantię merito ad ęternam peruenies salutẽ | vbi nec
morbos vltra timebis | nec mortem. Hęc sunt illa duplicia | quę accepisse Job me- Job.
moratur post humiliter toleratas erumnas. Cum enim ditissimus inter munici-
pes suos fortunatissimusq; esset | amisit simul facultates | iumenta | seruos | liberos |
omnium in suo corpore membrorum sanitatem | ⁊ tamen nihil interea stultum de
ore eius prodijt. sed Si bona inquit de manu domini accepimus | mala quare nõ
toleremus? dominus dedit | dominus abstulit | sicut domino placuit | ita factum ẽ |
sit nomen domini benedictum. Tobias inter omnes | qui de Samaria in Assyri- tob.2.
am translati fuerant | pietate notus | casu cęcus efficitur | sed qui melius animo q̃ tobias.
oculis cernebat | non fuit ideo tardior in proposito virtutis | sed feruentior. Oculis
captus gratias egit deo | fideliterq; ei seruiens | vt antea fecerat | nihil cõmisit | quo
ea calamitas ipsi grauis esse videretur. Flesse vero ⁊ orasse fertur Ezechias | non Esaię.
tamen ob ęgritudinem in qua erat | sed propter mortem quam formidabat | incer- .38.
tus de dei iudicio. Neq; enim ante dicitur contristatus q̃ audisset | Dispone do- ezechi.
mui tuę | quia morte morieris tu | ⁊ non viues. Preterea q̃ paruo nocumẽto sint
homini morbus ⁊ inopia | Lazari mendici vlceribus pleni exitus probauit. exiguo lazar⁹.
temporis momento miser fuit | si miser dici debet q non peccat | sed mox a corpo- luc.16.
re secedens ab Angelis translatus est ad ęternę felicitatis locum | omni prorsus li-
ber molestia | repletusq; lętitia ineffabilium bonorũ. Quicquid ergo nobis ad bea-
titudinem transituris non videtur viam impedire | tolerabile est | ⁊ iustę querele cau-
sam dum virtuti nihil officit | excludit. Ad illa veniamus | quę falso fortuita mala
nuncupantur | cum nihil sit quod non prouidentia diuina contingat. Ea sunt ter-
rę marisq; pericula | proscriptiões | exilia | carceres | tormenta | cędes | incendia | cęte-
raq; id genus multa. Quę vt fortiter perferantur | primo sciendum aduersa quęq;
in hac vita necessario euenire | ⁊ tam bonis q̃ malis esse communia. sed iustis bo-
na esse iniustis vero mala | si mõ castigati non se correxerint. Porro istę aduersita-
tũ causę sunt. Justis ideo accidunt | vt per patientię virtutẽ maiora mereantur pre-
mia | ac ne forte prospero rerum successu elati labantur. Unde colaphizatus ẽ Pau- paulus
lus ne magnitudine reuelationum extolleretur. Afflicti martyres | vt cumulatius
remunerarentur. Jn iustis autem ob hoc tristitia contingit | vt ad iustitiam reuer-
tantur | ⁊ si redire noluerint iuste condemnentur | ęternisq; mancipentur suppli-
cijs | quorum duritia temporalibus contusa malis mollescere nequiuit. Si aduer-
sa pateris | ⁊ scripturę diuinę fidem prestas | negare non potes | q a domino dili-
garis. Ego quos amo inquit | arguo ⁊ castigo. Testimonium igitur diuini erga te apoc.3.
amoris habes | quoties aduersis concuteris | quoties calamitatum procellis la-
ceraris. Fruantur suis delicijs luxuriosi | tu vero domino tuo placere studens aspe-
ritatibus te exerce. Arcta enim ⁊ angusta via est quę ducit ad salutem | lata atq;

ampla quę mittit in perditionem. Hinc est q̄ sanctissimi homines prospera mun-
di contemnentes | renunciantesq̧ presentibus bonis tolerant spontaneam pau-
pertatem | ieiunant | esuriunt | sitiunt | algent | vigilant | orant | peregrinantur | labo-
rant | nunq̄ conquiescunt. vt per dura atq̧ aspera victis voluptatum illecebris de-
bita virtuti premia percipiant | et pro breui afflictione eternam capiant beatitudi-
nem. Corripiamur ergo a dn̄o | ne cum hoc mundo damnemur. Pugnemus cum
calamitatibus | vt cum vicerimus | coronemur. Nauigantium ars atq̧ doctrina nō
in tranquillo | sed in tempestate probatur. Militis virtus in certaminis discri-
mine noscitur. Christianus an deum diligat | aduersitatibus experitur. Nec potest
luc. 14 esse Christi famulus | qui cum illo laboriosa atq̧ difficilia subire recusauerit. Qui
non baiulat inquit crucem suam | et venit post me | non potest meus esse di-
scipulus. Et iterum | Qui vult venire post me | abneget semetipsum | et tol-
lat crucem suam et sequatur me. Eis quoq̧ qui in regno ipsius ad dexteram et
mat. 10 sinistram suam sedere petierant | respondit | Potestis bibere calicem | quem ego bi-
mar. 10 biturus sum? docens | glorię suę consortem fieri non debere qui passionum suarum
se non fecerit participem. Hec itaq̧ crux et hic calix sunt stygmata illa domini no-
ad cor. stri Jesu Christi | quę se in suo corpore portare Apostolus gloriabatur dicens | Usq̧
p̄ma. 5. ad hanc horam et esurimus et sitimus et nudi sumus et colaphis cędimur et instabi-
les sumus | et laboramus operantes manibus nostris | maledicimur et benedicimus |
persecutionem patimur et sustinemus | blasphemamur et obsecramus | tanq̄ pur-
gamenta huius mundi facti sumus | omnium peripsima vsq̧ adhuc. Si qua talia
tibi casu contingant | quę multi pro Christo sponte subire solent | de necessitate fac
voluntatem | libenter cuncta sustinendo | quoniam patientia domino tuo te redditu-
ra sit chariorem. Beatus eris si cum propheta dicere poteris | Probasti cor meum
ps. 16. deus | et visitasti nocte | igne me examinasti | et nō est inuenta in me iniquitas. vt ma-
gis ad probationem tribulatio incumbat | q̄ ad correctionem. In illa enim iusti
gaudent dicentes | Quoniam probasti nos deus | igne nos examinasti | sicut exami-
ps. 65. natur argentum. Et quoniam aduersitatum patientiam sequitur consolatio. Trā-
siuimus inquiunt per ignem et aquam | et eduxisti nos in refrigerium.

Quantum prosint res aduerse. Cap. xvij.

PRosunt igitur non obsunt aduersa | si ęquo animo perferantur. Si enim
assuesces ferre difficilia | quę facilia sunt feres leuius. Deinde per patienti-
am aduersitatum pro delictis facimus satis. quoniam quę per voluptatum blan-
dimenta perpetrantur | per contrarij doloris tolerationem purgari debent. Et cum
3. hoc contigerit | tunc est nobis dominus | ignis conflans (vt Malachias ait) et quasi
herba fullonum | excoquens et emundans quicquid in nobis feculentię sordisq̧
restabat. Ad hec in tribulationibus ardentius ad supplicandum accedimus | pro-
ptius ad exercenda pietatis studia exurgimus | perseuerantius de cęlestibus cogi-
ps. 118. tamus. Hoc testatur Dauid dicens | Bonum mihi domine q̄ humiliasti me | vt
discam iustificationes tuas. Denique cum calamitatibus oppressi obsecramus | fa-
ps. 119. cilius exaudimur | eodem Sancto attestante | cum ait | Ad dominum cum tribula-
rer clamaui | et exaudiuit me. Quod si vehementior ingruerit tempestas | orandum
erit | vt

erit | vt vel illa liberemur | vel vires nobis ad resistendum suppeditentur. Ipso do-
mino precipiente ac dicente | Inuoca me in die tribulationis tue ꝛ eruam te | ꝛ ho- ps.49
norificabis me. ꝛ in alio psalmo | In tribulatione inuocasti me | ꝛ liberaui te. Con- ps.80.
tingit preterea vt miserijs grauati ad illius opem confugiamus | de cuius bonitate |
dum sine his ageremus | parum recordabamur | ocio tabescentes ac delicijs. Esai Esa.26
as hoc docet dicens | Domine in angustia requisierunt te. ꝛ in euangelio Gerase-
ni nō ante venisse referuntur ad Jesum | q̄ iacturam passi fuissent porcorum. Nec mar.5.
filius luxuriosus prius ad patrē est reuersus | q̄ dilapidatis bonis | que ab eo ac- luc.15.
ceperat | coepit esurire. Tunc autem ꝛ virtute magis proficimus | cum contra casus
aduersos luctamur. Hic enim solus campus est constantie | fortitudinis | humilita-
tis exercende. In quibus dum laboramus. cetera conseruantur. Cum enim pre-
sentium rerum felicitas plurimis scatere solita sit vitijs | e cōtrario infelicitas ipsa
custos innocentie sit necesse est | in his qui ante infelicitatem innocentes erant. Fe-
licitas terrena luxurie ministra est. contaminat ꝛ confundit intelligentie puritatē.
Inde mens cupidinibus corrupta inter turpe ꝛ honestum nullum agit discrimē |
eoq̄ facillime inclinatur | quo malarum voluptatum appetitus impellit. At vero
in calamitatibus anxia sollicitudine excussus animus | ignauie abijciens caliginem
sapientie luce incipit illustrari | ꝛ quo magis premitur | eo magis quidem ad sobrieta-
tem rationēq̄ se se transfert. Tunc ꝛ fragilitatem nostram plenius recognoscimus |
ꝛ summi dei potentiam sublimius contemplamur. Ex rebus autem prospere flu-
entibus plerūq̄ supra humane conditionis vires efferimur | ꝛ dum plagas non
sentimus | de ipso omnium que in mundo accidunt plagarum autore minus cogi-
tamus. Manasses dum feliciter regnaret | pessimus erat | amisso regno ꝛ in seruitu- manas.
tem redactus optimus euasit. Unde ait scriptura | Et cognouit Manasses | q̄ do- paral.
minus ipse esset deus. Non ergo antea nouerat | q̄ malis compellentibus vires .2.33.
illius considerasset | quem in prosperitate contempserat. Hoc est quod in Hiere- hier.31
mia dicitur | Castigasti me domine | ꝛ eruditus sum. Paulus quoq̄ apostolus ante paul9.
lupus rapax ecclesieq̄ persecutor | postq̄ aūt Christi voce perterritus incidit in cecita- act.9.
tem | de lupo versus est in agnum | ꝛ qui aduersus Christum steterat pro synagoga | act.22.
pro Christo stare coepit aduersus synagogam | vim diuinitatis eius inter flagella
expertus | ꝛ illum ipsum confitens | cuius confessores fuerat persecutus. Quod si tm̄ pro-
desse queunt aduersa | nōne fallitur | q illa in malis ponenda arbitratur?

De patientia Job. ꝛ quare bonis accidant mala. Cap. xviij.

Ut autem omnium presentium tempestatum magnitudinem superes | quan-
ta passus fuerit vir deo charissimus Job | ꝛ q̄ ad omnē erumnarum impetum
immobilis permanserit | semper tibi occurrat. ꝛ si multo grauiora illum leniter pla-
cideq̄ pertulisse inuenies | pudeat te in leuioribus minus esse fortem. Siquā opum
tuarum iacturam feceris | illi de immensis pecudum armentorūq̄ gregibus nihil
relictum est preter vnū seruū | q ab inimicis cuncta die vno direpta atq̄ ablata nū-
ciauit. Si filio orbatus es. Illius filios ꝛ filias oēs vnius dom9 ruina simul extin-
xit. Si aduersa laboras valitudine | Ille a planta pedis vsq̄ ad verticē capitis vlce-
ribus totus labefactus | nō in lectulo sz in sterquilinio sedēs | nō molli linteolo sz du-

riore fictilis vasis testa vulnerum saniē deradebat. nō habuit amicos q̄ sic lāguentē cōsolarentur | sed qui magis exasperarēt | exprobrantes ei peccata | quoꝝ expers erat. Insup vxor ipsa ad impatientiam vrgebat | vt deo malediceret ⁊ moreretur. Ille tñ in se firmus | ⁊ aduersuꝫ queq̄ difficilia spiritus sancti virtute stabilitus | p omnibus gratias agebat deo | ⁊ nullis erūnis | nullis doloribus | nullis obtrectantiū molestijs ab ipsa quā in deum habebat charitate potuit separari. In corpore miserabiliter fracto integra permansit fides | ⁊ hominem omnibus miserijs oneratum sola in deo spes sustentauit. Quod si tāta ac talia iustis quoq̄ inferantur ad probationem | quare conqueritur peccator cum castigatur ad correctionem? Uerberaris q̄ peccator es | vt de peccato doleas | de quo fortasse nō doleres | si impunitus dimitteretis. nō dolēdo autem | sanari omnino non posses. Tu puniris vt resipiscas | p̄ceteris vt conualescas. Iustus autem plectitur | vt per patientiam maius sibi future remunerationis meritum acquirat | ⁊ veluti de igne aurum | ita ille de miseriaꝝ angustijs purior exeat atq̄ clarior. Hinc satis constat | q̄ꝫ male cum illis agitur | qui nihil aduersi patiuntur | ⁊ tamen peccare nō cessant. Manet enim eos post breuē p̄sentium rerum successum nunq̄ꝫ finiēdus cruciatus ⁊ horrenda apud inferos supplicia. Alia etiam p̄sentis felicitatis infelicitatisq̄ ratio est. qm̄ dum differtur in fine iudicium discretioq̄ iustorum atq̄ iniustorum | interim taꝫ prospera q̄ꝫ aduersa mundi huius omnibus communia sunt. ideo ⁊ his aliquando bene | ⁊ illis male. Ceterum obduratis ⁊ in scelere perseuerantibus male cedit prosperitas | q̄a insolentiores reddit. Iustum autem neq̄ prospera extollunt | neq̄ frangunt aduersa. in vtroq̄ rerum euentu eandem seruat animi constantiam. Sed in aduersis si non melior | certe tutior efficitur. Semper enim ad delinquendum magis prouocant | que secundo flatu feruntur.

De patientia martyrū. Cap. xix.

Porro ad confirmandam patientie virtutem | p̄ter ea que hactenus dicta sunt | Martyrum Christi victorias atq̄ triūphos cōtemplari operepreciuꝫ erit. Equulei | lamine | sartagines | fustigationes | omnia tormentorum genera proponebantur illis | qui gentilium deos adorare nollent. At vero fortissimi fidissimiq̄ Christi milites perferre multo grauiora q̄ꝫ Tyrannorum impietas excogitare poterat | parati erant. Promissis etiam ingentibus ad sacrificanduꝫ sollicitabantur opū | honorum | dignitatum. Sed qui suppliciouꝫ territicationibus non cedebant | nec pollicitationum quidē magnitudine moueri poterant. Itaq̄ in proposito p̄stātes non modo imperata nō fecerunt | verum etiā Christū suū liberius cōfidentiusq̄ predicarunt | palā docēdo hunc q̄dē dei veri esse filium | ⁊ Idola vana nō deos esse | sed maloꝝ demonū inuēta | vt homines impie credulitatis laqueo captos in baratruꝫ traherent perditionis. Cūq̄ post multos corporis cruciatus ad necem dānarentur | finē vite intrepidi expectabant. magisq̄ timebant ne dimitterentur | q̄ꝫ ne occiderentur. Fortiores ergo ⁊ tormentis ⁊ carnificibus ⁊ regibus fuere | dum p iustitia | p verita

tes | p deo certarent. Uicerunt supplicia patientia | prophana Imperatorum edicta constãti atq; immota christiani nominis pfessiõe. Deos deasq; colere cõpellebant. Illi vero his cõtẽptis Christũ crucifixũ colẽdũ adorãdũq; esse asseuerabant. Cũ hac sentẽtia finire martyrij victoria erat. Uulnera aũt corpore excepta | mẽbrorum lacerationes | exustiones | fidelis milicię insignia extimabant | et inuictę virtutis certissima testimonia. Atq; ita romani principes omnium potẽtissimi | vrbiũ | puinciarũ | regnorum victores a solis Christi seruis et inermibus et paucis et mori volẽtibus victi sunt. Quũ ne vnũ quidẽ ex his q cõstanter Christũ cõfitebant | in suã trahere sentẽtiã totis imperij viribus potuerũt. Postremo vt omnibus pateret ipsos esse superatos | manus dederunt his quos persequebantur | et abiecto falsorum deorum cultu | pro quo pertinacius q̃ p finibus regni stabãt | religionẽ Christi quã delere nitebant | susceperunt. Quid est enim aliud in sententiam aduersarij cõcedere | nisi plane se victum confiteri? De ijs igitur q totũ fere terrarum orbem suo subdiderant imperio ipsi Christi milites triumpharunt | nõ armis pugnantes sed patientia | nõ viribus sed fide. tãto ista fidelis patientię virtus omni vi humana potẽtior extitit atq; validior. O pstantissimã pro Christo patientium virtutẽ. Inuictos vicerunt. totius orbis dñatoribus imperare coeperũt | dum pro Christi nomine nihil nõ sustinẽdũ iudicant | dum illis quoq; a quibus vulnera patiuntur | mederi desyderant | dum denique in tenebris errãtibus lumẽ ostendere veritatis cupiunt. Qui enim calicem dñi per patientiã bibebãt | inebriati sunt vino charitatis. ita vt pro illis quoq; orarent a quibus cędebantur | illis viã salutis aperirent | quorum immanitate ipsi trucidabantur. Magis eis dolori erat | persecutores suos errore interire | q̃ se illorum sęuitia excruciari morteq; affici. Omnibus itaq; aduersariorum iniurijs fortior in ipsis erat dilectio. I | nunc miser et infelix homo minus ab altero offensus | leuius lęsus | irascere et exardesce furore | et odij stimulis agitatus vindictã para | vt et illum pro cuius salute mori debueras perdas | et ipsemet infelicius intereas. Nolenti enim iniuriam remittere | deus peccata nõ ignoscit. Nunq̃ in sanctorum martyrum cõsortium venire poteris | qui illorum tolerantiã nõ fueris imitatus. Uindicari vis de inimico? et te dei manet vindicta. Ipse qui tibi ignoscere volenti parabat patiẽtię coronam | iniuriam referenti debita impatientię ingeret supplicia. Amãdo inimicos non vlciscendo ad martyrij gloriã peruenitur. et is cum Christo regnat | qui cum Christo pati mauult mala q̃ reddere. Martyr es | si bonũ reddis pro malo. sin vero malum malo rependis | Christi aduersarius es | qui iubet et inimicos diligere. Hic nempe gloriosissimus fuit martyrum triumphus | pati iniuriã | et pro iniuria referre beneficiũ | vitam impendere | et animas lucrari Christo. Uidebant impij q̃ illi constantes essent in proposito | q̃ parati ad omnia extrema subeũda potius | q̃ vt Christum desererent | et cogitare cogebantur | nequaq̃ vanum esse | quod tormentorum patientia vitęq; impendio defendi cernebant | miraculorum etiam magnitudine | quę per illos fiebant commoti conuertebantur. et qui paulo ante in Christianos grassati fuerant | cum Christianis necari optabant. Atq; ita auctis ampliatisq; rebus christianitas preualere coepit | infidelitas dissolui et euanescere. crux sancta adorari | idola vana euerti. Christus dominus excoli | diaboli potestas calcari. Ipso denique martyrum sanguine creuit ecclesia | et effuso cruore plus



guior facta per q̃ vberē emisit segetem fidelium filiorum. O beata mors / que mortalibus largita est immortalitatē / infidelibus fidem / ꝛ errātibus veritatē / pereuntibus salutem / ꝛ pro Christo patientibus gloriā. Cui vnq̃ regū principūq̃ terre tā boni attulere opes / delicie / amicicie / victorie / regna / imperia / quantum vni fideli
petrus martyri sua tormenta? Petrus per crucem / Paulus per gladium / per ictus lapi-
paul⁹. dum Stephanus / atq̃ alij per alias corporis afflictiones ascensum / sibi ad celū
stepha parauerunt / ꝛ nunc omnes bonis perfruuntur eternis / nunc cum domino suo re
nus. gnāt / q꞉ pro nomine eius mundi aduersa forti animo pertulerunt. Futurorum ergo bonorum spe erecti etiam in tormentis animo gaudebant. ꝛ cum flagellati fu-
Apli. issent Apli / ibāt gaudentes a conspectu concilij / qm̄ digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Ad quod sane gaudium ꝛ nos inuitant atq̃ hortantur / volentes ꝛ martyrij sui habere socios / ꝛ glorie consortes. Unde Iacobus apostolus /
Iaco- Omne gaudium inquit existimate fratres mei / cum in tentationes varias inciderі-
bi.1. tis / scientes q̄ probatio fidei vestre patientiam operatur / patientia autem opus p-
pria.4 fectum habeat / vt sitis perfecti ꝛ integri ꝛ in nullo deficientes. Ipse etiam Apostolorum caput Petrus / Communicantes Christi passionibus gaudete / vt ꝛ in reuelatione glorie eius gaudeatis exultantes. Uas electionis Paulus non solum gau-
ad ro.5 det / sed etiam gloriatur / Gloriamur inquit in tribulationibus / scientes q̄ tribulatio patientiam operatur / patientia autem probationē / probatio vero spē / spes autē non confunditur. q꞉ charitas dei diffusa est in cordibus nostris propter spm̄ sctm̄ /
ad cor. qui datus est nobis. ꝛ iterum ait / Libenter gloriabor in infirmitatibus meis / vt in-
2.ca.12 habitet in me virtus Christi. propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis / in contumelijs / in necessitatibus / in persecutionibus / in angustijs pro Christo. Gaudent ergo atq̃ etiam gloriantur in pressuris huius mundi omnes Sancti / ꝛ nos dolebimus? Doleat q̄ diffidit / gaudeat āt ꝛ glier / q̄ spe3 suā in deo collocauit.

De exhortationibus ad patientiam martyrij. Cap. xx.

Quod si milites suos rex ipse celestis non in delicias ꝛ voluptates huius seculi / sed in conflictum ꝛ certamen seuientium persecutionum destinabat / vt vincentibus inestimabilis boni donatiuū distribueret / profecto ad militiam eius nullo modo pertinere poterit / qui non ita se subiecerit / vt pro tuenda veritate nec supplicia nec mortem subire recuset. Is demum Christo militat / qui sepe mundi
16. turbinibus quatitur / ꝛ nunq̃ superatur. dicente ipso domino / In mundo pressuram habebitis / sed confidite / ego vici mundum. Quando hic qui vicit mundum / seruos suos confidere iubet / nullus de victoria futura dubitandi relinquit locus / Quã enim virtute ipse vicit mundum / eam aduersus persecutiones certantibus
luc.21. nobis commodabit / vt vincamus. Immittent vobis inquit manus suas / ꝛ persequent tradētes in synagogas ꝛ custodias / trahentes ad reges ꝛ presides pp̄ nomē meū. Ne āt terreamur subdit / ꝛ ego dabo vobis os ꝛ sapiētiā / cui nō poterūt resistere ꝛ ɔtradicere oēs aduersarij vr̄i. Demū vt ppposito p̄mio ad omnia p̄petiēda ma
luc.21. gis alacres redderet ait / In patiētia vr̄a possidebitis animas vr̄as / Hec ē.n. qđ ali
matth. bi dixit / Qui pdiderit animā suā in hoc mūdo / in vita eterna inueniet eā. Possi de
.10. re ergo animas est / nō hic s3 in eternitate viuere. Omnis q̄ppe possessio in presenti

dubia est ꝛ incerta| in futuro autem erit stabilis ꝛ perpetua. Quod vt luculentius
intelligas| rursum ille alibi ait| Beati qui persecutionem patiuntur propter iusti- matth.
tiam quoniam ipsorum est regnum celorum. beati estis cum maledixerint vobis ·5·
homines| ꝛ persecuti vos fuerint| ꝛ dixerint omne malum aduersum vos menti-
entes propter me. gaudete ꝛ exultate| quoniam merces vestra copiosa est in celis.
Quam certe mercedem si alta mente considerabimus| terrena omnia facile con
temnemus. neqꝫ omnino quicqꝫ toleratu graue videbitur| quoties bona| que pro
malorum perlatione cōpensanda sunt cogitabimus. Immensa enim ꝛ ineffabilia
sunt illorū bona de quibus in apocalypsi dicitur| Hi sunt qui venerunt de tribu- apocal.
latione magna| ꝛ lauerunt stolas suas in sanguine agni. ideo sunt ante thronum ·7·
dei| ꝛ seruiunt ei die ac nocte in templo eius. ꝛ qui sedet in throno| habitabit super
illos. nō esurient neqꝫ sitient amplius| neqꝫ cadet super illos sol| neqꝫ vllus estus. qm̄
agnus qui in medio throni est| reget illos ꝛ deducet eos ad vite fontes aquarū| ꝛ ab
sterget deus omnem lachrimam ab oculis eorum. Talia secum meditabatur Pau- ad phi
lus cum diceret| Et saciari ꝛ esurire| ꝛ abūdare ꝛ penuriam pati| omnia possum in lip.4.
eo qui me confortat. Hinc est quod de illo in gestis Apostolorum legimus| Cū p act.21.
phetante Agabo discipuli eius didicissent| ipsum hierosolimis vincula passurū| ꝛ
animo consternati rogassent| vt supersederet illo proficisci| Quid facitis respondit
flentes ꝛ affligentes cor meum? ego autem non solum alligari| sed ꝛ mori in hieru
salem paratus sum propter nomen dn̄i Jesu. Non est ergo suorum lachrymis mo
tus| nō mortis periculo deterritus| vt a proposito desisteret| tanto amore flagrabat
Christum omnibus quibus poterat euangelizandi| decernēs non ante a predica-
tione eius cessare| qꝫ in corpore viuere cessasset. neqꝫ solum Paulus| qui plus omni-
bus laborauit| certum ac deliberatum id habuit| sed plane omnes illi| qui suppli-
cia necemqꝫ pati maluerunt| qꝫ fallacibus diis libamenta offerre.

Verba. S. Martyrum ad Tyrannum in ipsos seuientem. Cap. xxi.

Quid enim aliud dum torquerentur| tacendo ad infidelem Tyrannum dice re videbantur| nisi Vre| tunde| diuide| lania| idola tua non adorabimus. Christum autem dei filium confitemur| cum patre ꝛ spiritu sancto vnum deum| vnum dominum. Potes corpora ista Cesar cruciatibus absumere| facere vero vt aliud sentiamus aut loquamur non potes. Dummodo hac in parte fortitudo nostra tue preualeat| iuuat in illa qua te potentiorem existimas| nos esse imbecilles atqꝫ imbelles. Quo enī magis nos affligis grauiusqꝫ excrucias| magis vita eterna dignos efficis| ꝛ dum nocere arbitraris prodes. Tua seuitia nr̄a est gloria. Cum nos interficere credas| carcere isto corporis liberas. vnde soluti de terra tollimur ad celum| ꝛ pro patientie virtute a domino coronamur| non corona sicut est tua peritura| sed nunqꝫ deficiente| nunqꝫ defutura. Libet itaqꝫ abste interimi| vt viuamus cum Christo| quē nulla vi nobis potes auferre| neqꝫ nos vlla questione| vllo tormentorum genere a charitate eius separare. Hoc te frustra prorsus conaturum scies| cum etiam ipsa postrema in mortem anhelantium voce Christum inuocari| Christum glorificari audieris. ꝛ tunc demum te victum senties| sed fateri pudebit. Nos enim in isto fidei agone voti nostri compotes erimus| tu tui nequaqꝫ. qui ideo nos

torques | vt a Christo auertas | et ad deorum quos palam contemnimus | cultum compellas. Et cum hoc quod maxime cupis perficere in nobis minime valeas | nonne superatus es nostra constantia | nostra pro christo fide | quos ne interficiendo quidem vt tibi assentiamus potes inducere? Citius saxa scopulosque et montes de loco suo mouebis | quam nobis fidem Christo datam eripies. Non tamen stabilitatis nostre nobis laudem damus. Christi beneficio fortes sumus | Christi virtute in nobis manente tibi non succumbimus | Christo denique adiuuante contra omnia aduersa luctamur | et potimur victoria. Eidem gratias agimus | et cum poenis afficimur | et cum in sententia veritatis perseueramus. Tota autem perseuerandi ratio est | quia post laborem in illo requiescere speramus | semper beati futuri | qui semper vsque in finem fuimus fideles | nec victi seuitia tua sed probati. His quidem et huiusmodi verbis illos vel locutos | vel loqui potuisse quis dubitat? nisi qui euangelio non credit | et peruerse mentis aure non admittit veritatem. Ipsorum enim omne studium fuit | domini sui vestigia obseruare | cum morum integritate | tum patientia persecutionum. Prebuit ille se nobis in exemplum | et qui resistere poterat violentie hominum atque omnes simul vno verbo oris sui interficere | maluit iniurias pati | et ignominiosa crucis morte consumi | vt suis fidelibus humilitatem patientiamque commendaret. Quamobrem ait | Qui non accipit crucem suam et sequitur me | non est me dignus. Quid inquies agam | si desit persecutio? si nemo ad impietatem compellit? quomodo crucem domini portare debeo? Si paratus es impia suadentibus nunquam cedere | et prius omnes omnium tormentorum cruciatus forti animo subire | quam Christum deserere | crucem domini geris | et ipsum sequeris | illoque te dignum prestas. Da igitur operam ne prompta desit voluntas ad patiendum tunc quoque cum patiendi non suppetit occasio. Quod si feceris | tu quoque a domino in pace collectus cum sanctis martyribus dicere poteris | Ego sum pauper et dolens | et salus tua deus suscepit me | laudabo nomen dei mei cum cantico | magnificabo eum in laude. Interim martyrium tuum sit | castigare corpus tuum | et in seruitutem redigere vt obediat spiritui | vigilare | orare | ieiunare | die ac nocte in lege dei meditari | euangelij precepta obseruare | amicos inimicosque diligere | nemini malum pro malo reddere | et pati potius quam inferre iniuriam. Talis vita eos etiam ad beatitudinis gloriam euexit | quos persecutionis gladius non attigit. Quotidianum quippe martyrium est | aduersus carnis molestias diabolique dolos assidue stare | et non sinere suffodi domum | nec irruentibus vitijs vasa diripi virtutis. Oportet igitur superbiam repellere humilitate | libidinem castitate | parsimonia luxuriam | patientia iracundiam | liberalitate auaritiam | et breuiter vitium virtute. Sic vincere non equidem minus laudabile esse reor | quam execranda infidelium imperia per tormentorum patientiam superare. Nam qui ita vitam instituerit | eum iam idoneum esse scias ad omnia dura difficilia atque aspera pro nomine domini perferenda. Non potest non habere talem tolerandi affectum | qui domino in omnibus obsequendi gerit curam. Audi Hieronymum dicentem | Vtinam ob domini mei nomen atque iustitiam cuncta gentilium turba me persequatur et tribulet. vtinam in opprobrium meum stolidus hic mundus exurgat | tantum vt ego merear a Christo laudari | et sue pollicitationis sperare mercedem. Quoties igitur exercende patientie cessat occasio | non cesset in nobis ipsa patiendi voluntas | et martyrum glorie participes esse merebimur.

matth. .10. · ps. 68. · .S. hieronym⁹.

Quod non debemus vltro se offerre supplicijs. Cap. xxiiij.

VErum tamen in persecutionibus vltro se offerre impijs non debemus. Qm̃ temerarium est obijcere se periculis nulla cogente necessitate. Unde precepit dominus dicens / Cum vos persecuti fuerint in ista Ciuitate / fugite ad aliam. matth.
Et ipse secessisse in desertum dicitur / cum Joannem Herodis gladio peremptum .14.
audisset. Qñ etiam Judei ad feriendum illum lapides corripuissent / abscondit se Jo.8.
(vt euangelista ait) ⁊ exiuit de templo / Poterat omnes vnico nutu interimere / ⁊ maluit fugere / vt nos doceret etiã imbecilliorum iracundiam potius deuitare / q̃ resistendo magis accendere. Paulus Damasci Judeorũ insidias / ⁊ prepositi Arete regis minas per murum in sporta depositus effugit / non tamen mortis metu ad cor. .2. II.
sed dilatione / vt adhuc superuiuens multorum saluti consuleret. Nunq̃ enĩ cessauit predicando / disputãdo / scribendo / omnes quos erroribus implicitos cernebat / ad viam veritatis reuocare. vt q̃ illos quos ad Christũ conuerterat / in fide solidaret / sęuissimi Neronis furorem contempsit. Suo igitur exemplo monstrauit / tunc quidem mortem non esse timendam / cum prospiciendum est saluti aliorum. tunc vero fugiendam / cum magis expedit vt fugiamus q̃ vt comprehendamur. exempli gratia / Inter Hereticorum turbam fideles q̃ persequentium occulte christianus es / vides alios deprehensos torqueri / cędi / laniari / quandiu fortiter tolerãt nec a fide recedunt / non est vt te ipsum prodas. Cum autem aliquis eorum titubare coeperit / ⁊ supplicijs victus cędere / palã eum exhortari ad patientiam debes / ⁊ in periculo animę alienę vitam propriam contemnere. Plus enim debemus diligere bonum animę / non nostrę modo / verum etiam alienę / q̃ bonum corporis nostri. hoc enim temporale est / illud ęternum / hoc carnale / illud spiritale. preferenda autem sunt carnalibus spiritalia / ⁊ temporalibus ęterna / ⁊ mortalibus nunq̃ moritura. Quod site quoq̃ in hoc pietatis agone intrepide currentem ab infidelibus occidi contigerit / gaude. quia iam cum illo viuere incipies / qui pro omnibus occidi voluit / ⁊ in illo inclyto gloriosoq̃ martyrũ coetu receptus exultabis / tuq̃ donaberis corona victorię sempiterna.

Quod multũ pdest in calamitatibus recolere pass. xp̃i. Cap. xxiij.

IN omni autem pressura ⁊ afflictione siue mentis siue corporis / commodissimum erit / domini Saluatoris labores atq̃ dolores pro nobis vltro susceptos ad memoriam reuocare / secũq̃ ratiocinari ac dicere / Quis ego sum / vt aduersis presentium infelicitatum casibus grauari non debeam / cum dominus meus / q̃diu in terris versatus est / non ocio delectatus sit sed fatigatione / non voluptatẽ vllã corpis appetierit / s; tribulatiões ⁊ angustias ⁊ cruciat⁹ ⁊ cõuitia ⁊ pbra ab impijs illata / ⁊ acerbissimã atq̃ despicatissimã crucis mortẽ. Ille saluãdi mei grã q pien; / cũ deus eẽt. hominẽ assũpsit. hõ fact⁹ nũq̃ cõquieuit / Judeã / galileã / Samariã pagrãdo ignaros instruere / ęgrotos curare / mortuos suscitare / multa mira ⁊ incredibilia opari. Cũq; in omnib⁹ diues esset / elegit sibi pauptatẽ / alioꝝ impẽsis vitã sustẽtauit / alieno vsus est hospitio / esuriuit / sitiuit / fatigatus ẽ. flesse plures legit / risisse nunq̃. Adhuc puer quęsitus est ad necem. deinde adultus odia semp perpessus est impiorum. a discipulo venditus ac proditus est / a Judeis cõphẽsus ⁊ afflict⁹ / q̃ g peccatũ nõ fecerat / ligatur / accusatur / falso testimonio circũuenit / conspuitur / alapis cęditur / deluditur / maledicitur / spinis coronatur / arundine verberatur /

nudus flagella sustinet | nudus crucem ascendit | in manibus ac pedibus pla-
gas patitur clauorum | lanceę in latere | atq; de tot vulneribus manante cruore to-
tus perfunditur. Cumq; moriens sitiret | aceto felleq; potatur. tam dire cõsumptus
hostiam se deo patri pro omnibus obtulit. Quis sum ego | vt indigner | & iniquo
animo feram | siqua mihi calamitas incidat | siquod incommodum patiar | siqua
me inuidorum infestet persecutio? cum presertim nihil mali mihi inferri possit | qđ
peccata mea non mereantur. Non ergo grauate perpetiar | quod iuste irrogatur | sed
dominum meum deprecabor | vt concedat mihi in omnibus patientiam | & in ipsa
patientia scelerum meorum purgationem atq; veniam. vt qui me dignatus est fa-
ad cor. cere laborum suorum participem | faciat tandem & glorię consortem. dicente Apo-
.2.ca.1. stolo | Sicut socij passionum estis | sic eritis & cõsolationis. & iterum | Si inquit cõ-
ad tim. mortui sumus | & conuiuemus | si sustinebimus | & cõregnabimus. Igitur siue per-
.2.ca.2. secutionis turbo totam inuaserit ecclesiam | siue priuata lacessiti fuerimus inuidia |
siue opes vis aliqua rapuerit | siue morbi sęuierint | siue charissimorum mortes fre-
quentarint | siue aliud aliqđ aduersi acciderit de omnibus gratias agere nos opor-
tebit | & in omnibus confiteri ac dicere | Iustus es domine | & rectum iudicium tu-
Job.5. um. Scriptum est enim | Increpationem domini ne reprobes | quia ipse vulnerat
act.16. & medetur | percutit & manus eius sanabunt. Paulus & Sylas in Macedonia vir-
gis cęsi | carceri traditi | in vincula cõiecti | deo laudes decantant. Et ipse dominus
noster accepto calice gratias egit | vt nobis documento esset | ad persoluendas gra-
tias deo | quoties aduersitate aliqua grauati fuerimus atq; afflicti. per calicẽ enim
tribulationes mundi huius intelligimus. iuxta illud | Transeat a me calix iste. Cu-
ius igitur prouidentia cuncta contingunt | illi de cunctis gratię agantur | vt per hoc
probetur | nos & patientes esse in aduersis | & in prosperis non ingratos.

De impatientię vitio erga deum. Cap. xxiiij.

ET quoniam virtus optabilior atq; amabilior fit vitij comparatione | restat
exo.16 vt euoluamus impatientię mala. Per impatientiã murmurauerunt Is-
exodi. rahelitę egressi de ęgypto cum esurirent in deserto Syn. & iterum in Raphadin cũ
.17. sitirent. saturauitq; illos dominus manna de cęlo pluente & aquis fluentibus de
petra. Uide q̃ mitis | q̃ misericors est deus. non continuo impatientiam nostrã
punit | sed interdum votis murmurantium facit satis | vt beneficio prouocet ad pe-
nitẽtiam. At vero si benefacta non profecerint | nec murmurationũ cessauerit im-
pia temeritas | tunc demum vlciscitur ingratos & iuste poenas exigit ab obstinatis.
nu.11. Ideo illi tandem cęlestẽ cibum fastidiẽtes cum ollas carnesq; egyptias cõcupissent |
coturnicum nubes vento delata | locum in quo castra fixa erant operuit. volente
domino vt discerent | q̃ male cedant illa quę intẽperanter cõcupiscuntur. Adhuc
inquit carnes erant in dentibus eorũ | & populus pcussus est plaga magna. Mul-
ti enim ex illis cum vsq; ad nauseam carnis edulio se implessent | veluti veneno
nu.20. hausto | sic repente mortui conciderunt. Pari aduersus deum proteruitate vsi
nu.21. sunt ad aquas contradictionis cum sitim paterentur. postremo ad mare rubrũ
itineris labore offensi | quando iratus dominus misit ignitos serpentes | quorum
veneno morsibusq; disperibant. Quid ergo aliud agit | qui aduersitate oppressus

in deum indignatur/ nisi vt ab eo prorsus destitutus faucibus incidat serpētis antiqui diaboli? & post temporale malum quod patitur/ ęternis tradatur supplicijs? Hoc nempe illud est/ quod Salomon in prouerbijs ait/ Qui impatiens est/ sustinebit damnum/ & cum rapuerit aliud apponet. Primo enim damno rapto/ id est accepto/ aliud applicat/ & malis quibus affligitur/ cumulum addit. Quid autem dementius/ q̄ tribulationum pondus grauare linguę procacitate aut aliqua immodica animi perturbatione? Quicquid enim patienter toleratur/ leuius fit. Quid etiam magis perniciosum/ q̄ deum iratū/ cum placare humilitate debeas/ impatientię tumore magis prouocare/ vt citius pereas? Ideo rursū Salomon ait/ Impatiens operabitur stultitiam. & iterum/ Qui impatiens est exaltat stultitiam suam. Quomodo exaltat stultitiam? Impatientiam vtiq̄ non refrenans prolabitur in iram/ de ira in furorem. de furore in quandam belluarum feritatem/ vt iam non modo impatiens/ verum etiam sęuus impiusq̄ existat. Nullum enim crudelitatis genus est/ ad quod non compellet impatientia si te ab illa diutius possideri permiseris. Per impatientiam fratrem suum occidit Cayn. Fratrem suum in seruitutem vendiderunt filij Iacob. Fratres suos interfecit Gedeonis filius Abimelech. Saul rex Sacerdotes Nobę impie perimi imperauit/ quia illi pij erga Dauidē extiterant. Athalia Iorami regis vxor defuncto ochozia nepote regiam cędibus impleuit/ neminem regij sanguinis relinquens viuum/ pręter vnum Ioam/ qui furtim subtractus fuit neci. Manahen Samarię rex thersa oppido capto/ nequem in eo virilis sexus viuum relinqueret/ mulieres etiam pręgnantes scidisse fertur. Herodes non minus in filios crudelis q̄ in hostes fuit/ vt Iosephi historia testatur. & vt in euangelio discimus/ indigne ferens Christum puerum a Magis adoratum/ omnes Bethlemi infantulos qui bimatum non excesserant/ interimi iussit/ ipsum simul perdere volens/ quem quis ex illis esset ignorabat. Huius vero successor Ioannis bap. plusq̄ prophetę caput ad se deferri mandauit/ ne de nece eius/ a quo de adulterio se argui indigne ferebat/ incertus esset. Ad talem ergo ac tantam animi trucidentiam facile perueniet impatiens/ nisi mature ab ingenitę proteruię vitio submoueat/ & iracundię motum pro viribus cōpescere assuescat. Minoribus igitur delictis obstaculum faciat/ ne ad maiora prorumpat. quū ne minima quidem hinc decedentium impunita erunt/ nisi ante pro illis poenitudinis opera laboreq̄ satisfactum fuerit. Hoc tibi in euangelio operariorum vineę parabola testatur/ qui inuidię a dn̄o arguuntur/ eo q̄ denario pro opera accepto/ alijs q tardius ad operandum accesserant/ ex conductoris liberalitate tantūdē datum fuisse dolebant. Non est itaq̄ negligendum sed maxime curandum/ vt etiam ab his caueas/ quę vel leui increpatione digna cognoueris. Paulatim decidit inquit Scriptura/ q minima contēnit. Habet & inuidia suā impatientiā/ quę mortē affert nisi caueatur. Dolere enim te cogit/ q̄ alij affluant diuitijs/ pręsint honoribus/ multę apud omnes opiniōis sint/ & te vel pcędāt gloria/ vel equēt. Talis pfecto diaboli liuor est/ q semp tristatur ac moleste fert/ q̄ iusti eo ascēdāt/ vnde ipse decidit. Quid dicā de illis/ quorum in tantum excedere solet furor/ vt aliquid aduersi passi in deum maledicta euibrēt atq̄ iaculent. Proh facinus omniū sententijs execrandum. lingua illa quam fecit deus/ ipsum blasphemat/ & creatura creatorem suū verbis petulātibus inuadere audet. ipsum regē regū ac dn̄m dn̄antium

Prouer. .19.

Prouerb. .14.

Cayn. filij iac. abime. Saul. athalia manahen. herodes.

herodes.

matth. .20.

ecclias tici.19.

In deū maledi cta pferens.



in ep'la. plena probri procacitate lacessere nō verēt. cum Michael Archangelus (vt Iudas
.I. ap'ls testat') de moysi corpore altercādo non sit ausus ipsi diabolo iudicium inferre
blasphemię. Hoc tā immane nefas in seruis vr̄is puniēdo coercere terreni Princi
pes / aut mirari desinite / si vos vna cū illis diuina verberat vindicta. Siquis vos
vel leuissima offēderit cōtumelia / cōtinuo maiestatis lęsę reus peragitur / ⁊ acerbi-
us et q̄ȝ meret punit'. Mulctatur q̄nq̄ȝ q in aliquē priuatū hominē indigne conui-
ciatus fuerit / sola in deū cōtumelia tuta est. Poena ab homine expetitur ob iniu-
leuit. riā homini illatā / ⁊ deū maledicentis scelus nulla denunciatione reprimitur. Ubi
.24. nunc est illa Iudeis data dei lex / qua blasphemi lapidibus obrui iubent'? qua q̄dā
cum altero rixatus cū nomē dn̄i maledixisset / extra castra eductus est / vt hominuȝ
consortio indignus / ⁊ lapiduȝ ictibus interēptus linguę impietatē morte corporis
daniе- persoluit? Ubi est illud babylonij regis vno miraculo cōuersi edictuȝ / Quicūq̄ȝ de
lis.3. um Sydrach Misach ⁊ Abdenago blasphemauerit / dispereat ⁊ domus eius va-
stetur? Uos vero tot p̄digijs / tot miraculis in dei veri cultu confirmati eiuscemodi
crimē dimittitis impunitū. Qua in re plane ostenditis terrena vobis curę esse nō
cęlestia / ⁊ nomen vos habere christianoꝝ nō religionē neq̄ȝ iustitiā. Uir enim fide-
lis obturare statim manibus aures debet / ne voceȝ dn̄ȝ suū maledicentis audiat /
vel repēte auersus fugere / ne sacrilegi oris petulātię fauere videatur / si māserit / ve.
auscultarit / ⁊ simul cum maledico ipso diuinā incurrat vltioneȝ. Qd̄ si murmurā-
tis populi contumaciam deus iustus sępissime corripuit / q̄uo sceleratissimorum
hominum impietatem nō castigabit? ⁊ si a murmuratione quoq̄ȝ aduersus deum
cauendum sit / quāto magis a maledicto siue plasphemia? Cūq̄ȝ omnis impatiētia
ad phi- iustitiam dei non operet' / nō frā de salute philippēsiuȝ solicitus Ap'ls. / Omnia in-
lip.2. quit facite sine murmurationibus ⁊ hęsitationibus / vt sitis sine querela / si simpli
ces filij dei / sine rep̄hensione in medio nationis prauę ⁊ puersę. Ex his ostēditur / eū
qui patiens est / nunq̄ȝ murmurare / nunq̄ȝ cōqueri / sed inter malos quoq̄ȝ mitem
atq̄ȝ māsuetū esse / ⁊ inter inquietos quietū. Impatiens autē prius ipse suę ingratitu-
dinis causa est / deinde et alioꝝ. hos odit / illis irascitur / alios cōtumelijs / alios affi-
cit verberibus. ipse vero intra se iracundia ęstuat / bile tumet / liuore consumitur.
ecclesia- iuxta illud / Zelus ⁊ iracundia minuēt dies. duȝ ergo alteri nocere affectat / se ipsuȝ
stici.30. perdit. immo quod deterius est / seipsum ęterna poena dignum efficit / dum alte-
rum odio atq̄ȝ maliuolentia persequi non desistit.

De impatientię vitio erga proximum. Cap. xxv.

PErsequamur igitur nunc in proximos impatientiam / ostendamusq̄ȝ quāto
ipsa suo autori detrimento sit. Hęc est quę nos facit iracundos / ita vt leuissi
mis interdum de causis intēperanter commoti rixemur / depugnemus / ad arma
cōcurramus. Canuȝ ferocium ista rabies est / qui p̄tento tm̄ contra se digito irritan
tur / ⁊ frendenti rictu hominem allatrant. Turpe est aūt nobis caninā habere ira-
cūdiā / ⁊ ad qualibet offensiunculā indecētius q̄ȝ oporteat turbari ac furere / ⁊ esse
domū sup̄ arena fundatā / quam ventorum euertit flatus / vel arundinē illaȝ / quaȝ
etiam leues aurę grauiter exagitant ⁊ percellunt. Uir quidē vlla in re modestiam

seruabit / qui cohibere nescit iracundiam. Salomonis ista sententia est dicentis / Qui ad indignandum facilis est / erit ad peccandum procliuior. Ille preterea qui in paruis grauiter irascitur / magnam iniuriam quomodo feret? non ne in rabiem tunc ventetur / cum paulo deterius lesus fuerit / Quanquam eos etiam qui non leduntur / ineffrenata impatientia interdum in rabiem agit / sicut et illos / de quibus paulo ante locuti sumus / qui neque fratribus neque liberis / neque dei sacerdotibus / neque foetibus in aluo matrum adhuc latentibus pepercere. Ut autem ista quoque minus miremur / Moabitarum impatientia facit. qui regis Idumeorum ossa de tumulo eruta ignominie causa igni cremarunt. Quis erit iracundie finis / si neque morte eorum / quos odio habet satiatur? et in corpora quoque humo obruta desevit? Merito igitur tantam animorum feritatem et innationes incredulas vltus est deus / dicente Amos propheta / Super tribus sceleribus Moab / et sup quattuor non conuertam eum / eo quod incenderit ossa regis Idumee vsque ad cinerem. et mittam inquit ignem in Moab / et deuorabit edes Carioth / et morietur in sonitu Moab / in clangore tube / et disperdam Iudicem de medio eius / et omnes Principes eius interficiam cum eo dicit dominus. Quod si ita infidelium impatientiam punit interdum deus / quanto magis credentium / quibus leges dedit et precepta et noticiam sui? Iure igitur ac merito Salomon dum ponderaret impatientis furentem iracundiam / Graue est saxum inquit / et onerosa arena / sed ira stulti vtroque grauior. et prosequitur dicens / Ira non habet misericordiam / nec erumpens furor / et impetum concitati quis ferre poterit? Quid autem infelicius quam carere misericordia et dilectione / sine qua beatitudinem consequi nequimus? Iccirco impatientia ipsa / quia charitati contraria est / deo etiam qui charitas est aduersatur et repugnat / animum a celestium contemplatione auertit / et eterni boni reddit negligentem. Impatientia enim tota de rebus terrenis est. a quibus certe quanto secedimus longius / tanto proximiores deo efficimur. Cui quidem si iungi volumus / humilitate opus est / et patientia et omni mansuetudine / non supercilio / non indignatione neque ira / que deus odit et execratur. Post hec mentem quoque hominis excecat impatientia / et que recta veraque sunt / non sinit dignosci neque intelligi. Ideoque ista animi perturbati passio maxime in iudicijs faciendis cauenda est. Nunquam enim iuste iudicabit / qui iratus est. Nam si ille cui iratus fuerit / pro crimine delato mulctari merebitur / hic vlciscendi auiditate iuste poene modum excedet. aut si de rebus lis erit / omissa iudicij consultatione aduersus eum cui infensus est / ferre sententiam festinabit / et conuertet (vt in Amos propheta est scriptum) in amaritudinem iudicium / et fructum iustitie in absinthium / non causam consyderans dum iudicat / sed personas. Nec solum iniustum verique nescium hominem facit impatientia / sed etiam si ei ratione non resistitur / ad insaniam vsque adducit. vnde furere dicitur is qui impatientie stimulis actus ira inflammatur. Ardent oculi / tremunt labia / frons adducitur / arterie clamoribus intumescunt / os distorquetur / verba sine delectu effutiuntur / facies aut rubore aut pallore suffunditur / et breuiter nihil tam simile alienate mentis homini quam homo preter modum iratus. Quod si aspectui tam foedo non satis credis / facta inspice. Princeps ille Sacerdotum in Christum iratus ipse sua scidit vestimenta. quid autem dementius / quam in alterum indignari / et a semet poenas exigere? Achab etiam rex Israel / quod Naboth Iezrahelita vineam suam ipsi petenti neque vendere neque commutare voluit / tantum furoris concepit / vt domum reuersus lectulo se iniecerit / panemque non

puer. 29.

moabite.



amos. 2.

puer. 27.

amos. 6.

facies irati.



mat. 25

reg. 3. 21.

comederit | inedia se conficiens | donec vxoris tandem visus consilio | Nabotho p
reg.2. dolum sublato agellũ eius vi possedit. Achitophel iudaicę militię Princeps Absa
.17. lonis partes secutus | indigne ferẽs q̄ ille aduersus Dauidẽ patrẽ vti suo cõsilio no
luerit | sibi ipsi suspẽdio mortẽ cõsciuit. Quis insanus vnq̃ȝ in alterȝ foedius desęuit |
Job.5. q̃ȝ in seipsũ irę ĩpatiẽs Achitophl? Recte itaqȝ dr | Stultũ interficit iracũdia. qñ qdẽ
eo vsqȝ insaniunt | vt nec suę vitę parcant | ꝛ dũ in alterȝ sęuiendi negat facultas | in
maledi semetipsos grassantur. Sunt preterea qui irati Sanctos maledictis lacessant | sed
cti in sã cum dominum eadem oris petulantia prouocare non formident | minus mirum
ctos. est | q̄ etiam seruos eius quo possunt offendant. de quibus quia satis paulo ante
dictum sit | hoc tantum dicendũȝ restat | q̄ nec a sanguine eorum | quos deo famu-
lari vident abstineant | cum indignantur. Quãuis enim eiusdem religionis sint cuȝ
his quos infestant | diuersis tamen moribus viuunt | semperqȝ melioribus inui-
reg.4.6 dent atqȝ aduersantur. Hinc est q̄ Joram Samarię rex a Syris obsessus | cum fa-
Joram mes vrbem inuasisset | quid ageret nesciebat | ꝛ ex dolore in furorem versus man-
dauit interimi Heliseum prophetaȝ | qui nisi prescius cauisset | innocẽs Regis ma-
le indignantis culpa periisset. Rex vero quia penitentia ductus humiliauit se | pro-
phetã persequi desijt | ꝛ obsidione liberatus est ꝛ fame. tantum prodest repentina
Pa. praui propositi poenitudo. Asa quoqȝ hierosolymę rex | quoniaȝ ascito sibi Syro-
paralip ruȝ exercitu ab inuasione Basę Samarię regis se defenderat | coargutus ab Ana-
.2. 16. ni propheta | q̄ fiduciam habuerit in rege Syrię ꝛ non in domino | iussit illum mit
ti in neruum | ꝛ dei nuncium in vincula conijcere non fuit veritus. Sed male illi
cessit ista audacia plurimi de populo perierunt | ipse anno deinde tertio pedum
hier.36 dolore cõsumptus est. Sȝ neqȝ Joachimo Judeę regi fuit impune | Hieremię vo-
ioachiȝ lumen per manum Baruch scriptum | in quo mala super regno suo ventura pre-
dicebantur | manibus discerpsisse tradidisseqȝ igni | ipsosqȝ voluminis autores cõ-
prehendi iussisse. quesitos ad necem (vt scriptura ait) dominus abscondit | ac de re-
ge pro culpa puniendo dixit | Non erit ex eo qui sedeat super solium Dauid | ꝛ ca-
dauer eius proijcietur ad ęstum per diem | ꝛ ad gelu per noctem. insuper mala quę
reg.4. in volumine descripta fuerant, se adducturum affirmauit. Igitur non multo post
.24. vrbe euersa | ipse cum populo abductus est babylonem cathenis vinctus | atqȝ in
hero- captiuitate perijt. Herodis tetrarchę exercitum parua quidem Arabuȝ manu ad
des. internicioneȝ pene cęsum ideo fuisse quibusdam ꝛ Judeis visum est (vt Josephus
lib.18. refert) quia Joannem bap. precipuę sanctitatis virum interficere ausus fuerit | vt
ca.14. liberius sceleratis nuptijs | quas ille arguebat | abuteretur. His exemplis discant
Superbi q̃ȝ male indignentur aduersus eos | qui se se Christi seruitio dedicarunt.
ad ro. Tu quis es (inquit Apostolus) qui iudicas alienum seruum? domino suo stat aut
.14. cadit | stabit autem. potens est enim deus statuere illum. Quod si nefas est iudicare
seruum dei | quanto magis eundem odio habere | iniuriaqȝ afficere? Et si nemi-
nem simultate atqȝ inimicicijs persequi debemus | quanto minus eos | qui pro
omnibus quotidie precationi insistunt quotidie pro omnibus sacrificia offerunt |
deumqȝ nobis propiciare totis viribus contendunt. nobis baptismum | nobis pec
catorũ remissioneȝ subministrant | ęgrotantibus assistunt | mortuos efferunt | pro
elatis deo supplicant? nunquid redditur pro bono malum | vt his infensi simus |
quibus pro beneficio parem gratiam referre non possumus? Quod autem ne

liber irasci debeas / audi veritatis magistrum in euangelio dicentem. / Omnis qui matt.5.
irascitur fratri suo / reus erit iudicio. qui autem dixerit fratri suo racha / reus erit cō-
cilio. qui autem dixerit fatue / reus erit gehennę ignis. Nemo igitur non reus est / q
fratri irascitur. Ulcio fratris irasci rationabile quidem est / fratri autem irasci ratio-
ni contrarium est. Ex odio enim proficiscitur / quicquid mali in personam tantum
confertur. Disce itaq; tres esse male irascendi gradus / alium alio nequiorem. Si ta
citus irasceris / ⁊ linguam a cōtumelia coerces / reus es iudicio. quia quod ira cun
ctę motus intra te deliquit / hoc rationis iudicium / ne foris erūpat refrenauit. Gra
uius autem peccas / cum iratus in verba opprobrij prorumpis / tantoq; magis / quā
to furiosius id egeris. Racha hebreum est / ⁊ vanum designat. fatue autem turpius
dictum est. Illa ergo impatientię indignatio rea est concilio / vbi adhuc pēdet sen-
tentia / donec vel progrediaris irascendo vt damneris / vel regrediaris poeniten-
do vt venia dignus habearis. Porro si vlterius progressus fueris / ⁊ furoris impe-
tu in aduersum ferri non destiteris / ⁊ fratrem tuū quasi fatuum ex animi maliuo
lentia despexeris / reus eris gehennę ignis. nisi cessabis ab iniuria / ⁊ amare incipies
quē oderas. Tales ergo excursus habet impatientia / vt hominem immoderate fu
rentem / vsq; ad abyssum inferni deuehat / ⁊ poenis illis / quarum nullus finis est /
irreuocabiliter tradat / si ei vsq; ad vitę exitum dominata fuerit.

De ira non viciosa sed vtili ⁊ de ira dei. Cap. xxvj.

Est tamen ira quędam rationi parens / cum vitijs irascimur vel nostris vel
alienis. hoc est / cum illa corrigi ⁊ emendari cupimus. Hinc sane ⁊ in nos
voluntariam corporis castigationem assumere consueuimus / vt mortifere volupta
tis incitamenta excludamus / ⁊ carnem spiritui repugnantem / veluti lasciuiens
iumentum fatigatione aliqua laboreq; dememus. Illos vero qui curę nostrę com
missi sunt / si monitis non obtemperarint / minis verberibusq; persequimur / nō no
cendi causa / sed gratia iuuandi. vt qui sponte se se corrigere noluerit / corrigantur
saltem inuiti / ne pereant. Ira igit̄ ista / quia ratione nititur / non modo non culpan
da est / sed etiam necessaria. Charitati enim proxima est / dum per eam hominum
saluti consulitur / medicorum more / qui putrescentia vlcera incisiōibus cauterioq;
curare aggrediuntur / ⁊ morbo irati dum sęuiunt / restituendę sanitati operam im-
pendunt. Hinc est illud ecclesiastis / Melior est ira risu / quia per tristitiam vultus .7.
corrigitur animus delinquentis. Tristem tantummodo vultum aduersus ęquali-
um seniorumq; crimina ostendere oportet / ne malefacta eorum mitiore aspectu
probare videamur. ira tamē abstinendū erit / ne magis exasperemus eos / in quos
animaduertendi ius non habemus. Illa ira duntaxat nobis concessa est / qua vel
subditos corripimus ne delinquant / vel nosmetipsos affligimus / ne malarum
cupidinum blandimentis vincamur. Porro ira hęc tantum ab ea quę prohibetur
differt / quantum ratio ab insania / quantum verum ab errore / quantum deniq; iu
uandi appetitio a cupiditate nocendi. Hanc sequamur / si nobis / si alijs quibus
presidemus consultum volumus. Illam vero brutam ⁊ irrationalē declinemus /
tanq; ⁊ nobis ⁊ omnibus qui ea vtuntur / noxiam atq; perniciosam. Per hanc iu- phinee
stificat᷒ ē phinees / cū viꝝ israhelitā ⁊ madianitidē meretricē turpiter coeūtes pugi- nūi.25.

Cayn. one confodit. Per illā autem dānatus est Cayn / alijq multi / qui sanguinē innocē
gen.4. tē indignati effuderunt. In hac deum imitamur / qui peccatis offensus irascitur.
In illa diabolum / qui cum malus sit / bonis inuidet / et iratus eos deijcere nititur
pu.27. de altitudine virtutum. Dei autem ira percutit vt sanet / mortificat vt viuificet / et
meliora quidem vulnera sunt diligentis / q̄ fraudulēta oscula odientis. Hic pre-
terea qui diligendo vulnerat / interdum odiendo ledere desinit. vnde loquit / Nō
osee.4. visitabo sup filias vestras / cum fuerint fornicate / et super Spōsas vestras / cū adul
terauerint. Magna ira est inquit Hieronymus / cum peccantibus non irascit de-
us. hoc est cum peccātes punire differt. Quos autem ad correctiōe affligit / ō illis
ps.88 ait / Uisitabo in virga iniquitates eorum / et in flagellis peccata eorum / misericordiā
autem meam non auferā ab eis. Nullā tn̄ iracundie perturbationē patitur deus /
neq dum corripit corrigendos / neq dum punit obstinatos. apud se semper placi-
dus est atq tranquillus / apud illos vero iratus et furens / qui maluz quod merue
runt patiuntur. Ita nos q̄ minimum perturbare debet iracundia / cum delinquē-
tes punimus / sed mouere charitas / vt punitos disciplina nostra emendet / et a vitijs
reuocet ad virtutem. Publici quoq iudicij Presidem ab odio atq ira procul esse
oportet dum iudicat. Debet tamen meritas ab illis q mali aliquid perpetrarunt /
poenas exigere / siue vt ipsi corrigantur / siue vt alij reprimantur similis poene me
tu / quā damnatos iuste perpeti viderint. Equidē ita reor / inter iram et iustitiā dei
nihil interesse / nisi q ire vocabulum tunc vsurpet scriptura / cum peccata vindicā
tur / Iustitie autem nomen etiam ad remunerationem pertineat bonorum / in qua
nullus ire locus est / sed benignitatis. Audiamus ergo in psalmis monentem / Ira
ps.4. scimini et nolite peccare. Irascitur et non peccat / qui non odio mouetur hominis
cum indignatur / sed criminis / qui punit / non vt ledat / sed vt ledendo emendet. qd
quidem opus non inimicicie est / sed beniuolentie et dilectionis.

De remedijs Iracundie. Cap. xxvij.

NOn possumus efficere / quin aliqn plus ē q̄ oportet irascamur. Qd quidē
moyses id sanctitate quoq predictis hominibus interdum contigisse satis constat.
exo.32. Moyses iratus preuaricationi plebis vitulum adorantis / tabulas legis digito dei
leui.10. scriptas confregit. Idem iratus fuisse dicitur filijs Aaronis Sacerdotis / q hyrcuz
dauid. quem pro peccato oblatum comedere debuerant / totum in holocaustum obtule-
reg.2. rint. Dauid in absalonem filium iratus fraterne cedis reum / vix amicorum preci-
.14. bus exoratus post biennium coram se apparere illum permisit. Hi tamen excusa-
biles videnẗ / q in delinquētes animo extiterint idignato / nec sine cā irati fuerint.
hier.20 Sed quo pacto excusabitur nescio ipse in vtero matris sanctificatus Hieremias?
hierem vel ipse ore dn̄i laudatus Iob? Ambo enim ob indignationē impatiētiaq mētis /
iob.3. diei in qua nati sunt / maledixisse referuntur. Alter conquest⁹ est q pbra irrisionesq
pferret p sermonibus dei / quos in ppl̄m vulgabat / Alter q supramoduz miserijs
calamitatibusq oppressus esset. Quasi vero nō liceat dn̄o qcqd vult de seruis suis
ion.4. facere? Ionas ē sanctus ppheta mortē sibi expetiuit / indigne ferens / q Niniue ser
ionas uata suā fefellerit diuinationem. Unde arguit a dn̄o dicēte / Putas ne bn̄ irasceris
apli tu? Quis autē excusare illū audet / q increpatione accusatur diuina? Quid de Aplis

dicit: et his quidem a sapientia dei electis: non ne indignati fuisse memorantur | cũ mar .x.
a filijs Zebedei principatũ peti audissent: Sed quẽadmodum illi ab ambitione
ad humilitatẽ | et ab indignatione ad placabilitatẽ domini admonitionibus reuo
cati sunt | ita et nos quoties repentina aliqua mentis ęgritudine cõmoti fuerimus |
q̃ primum ad ęquanimitatis remedia recurramus. Morbus inueteratus plus
laboris exigit in medendo | recẽtis vero facilis curatio est. Primum cauendę tibi
sunt contentiones | et eorum q natura iracundi sunt | consortia fugiẽda. Litibus foroq̃
abstinendũ | dicente Apostolo | Seruum dei litigare nõ decet. Cum nemine pertinaciter ad tim. .2.ca.2
contendas | quia arrogantię vitium est. Delatoribus nõ facile credas | neq̃ de absen-
te obtrectantium iniuria irascaris. Inualidus est ad lędendum q tibi corã negociũ
exhibere nõ audet. Quod si presentium offensam moderate ferre debemus | quãto ma
gis absentium? Si contigerit vt irę motũ cõcipias | conceptum reprime | et quod
intra te natum est | intra te et moriatur | nec verba exterius prorũpant nec opera. Audi
psalmistã dicentẽ | Turbatus sum | et nõ sum locutus. et iterum | Cor meũ cõturba- ps.77.
tum est intra me. Abortiuũ igitur fiat | quicquid iracundia intra te conceperit. Paruum cõ ps.108.
cepta indignatio nocet | ędita multũ. Viperarum genimina sunt | quęcunq̃ parere so
let furor. Irascimini et nolite peccare ait Apostolus | sol nõ occidat super iracundiã ve ad E-
stram. Irasci hominis est | per irã nõ peccare christiani est. Illis autem solem iustitię phe.4.
occidere credas | qui iram in odium conuertunt. Nunq̃ cito in alterum excande-
scas. dilatio incipientem sedabit motum. Obserua itaq̃ Jacobi apostoli preceptũ
Sit inquit omnis hõ velox ad audiendum | tardus ad loquendum | et tardus ad .I.
irã. Ira enim viri iustitiã dei nõ operatur. Obliuiscere iniurię | et de vindicta ne co-
gites. Ima patientię vitium est vlcisci cupere. Patientię aũt virtus offensam me
moria nõ retinere. Diuinę legis est preceptum | Nõ quęras vltionẽ | nec memor eris leui.19
iniurię Ciuium tuorum. Deũ time | et irasci quoq̃ timebis. Obserua. Apostolum dicen ad E-
tẽ | Omnis amaritudo et ira et indignatio et clamor et blasphemia auferatur a vobis | cũ phe.4
omni malicia. Cui sententię Salomon astipulatur dicens | Aufer iram tuam a cor eccl.12.
de tuo | et amoue maliciã a carne tua. Hoc ipsum scũs propheta in psalmis iubet cum ait | ps.36.
Quiesce ab ira | et derelinque furorẽ | noli emulari vt malefacias. quoniam q malignant ex-
terminabunt. Nihil existimes laudabilius | nihil Christiano dignius placabilitate
atq̃ clementia. et rursum nihil indecentius neq̃ foedius immanitate | superbia | ira |
impatientia. Reticulũ iecoris offert dño | q tolerationem superat iracundiã. In iecore leui.4.
enim in ipso humore felis irę receptaculum esse creditur. Et quoniam hoc sacrificiũ in lege
pro peccato offerri iussum fuit | puto quod is q in omnibus patiẽs fuerit | et preteritorum cri-
minũ facile veniã consequetur | et in futurum inocẽtiã custodiet | Iusta aũt inocẽtia iter bonos
cõputabitur. Super oia vero proderit | mẽte reuoluẽ | tũ quę patiẽtibus proposita sint pre-
mia | tũ q̃lia impatiẽtibus tormẽta. Cogitare quoq̃ q̃nta pro nobis pertulerit dñs | quãta
oẽs | q nũc cũ illo sunt Sancti | vt tali dño digni inuenirentur.

De benedicendi studio. Cap. xxviij.

POst hęc optimũ erit | ad seruandã erga oẽs humanitatẽ animiq̃ mansuetu
dinẽ benedicentię linguam assuescere | ac semper veluti immane precipitium
sic euitare maledicti verbum. Omnibus benedicere | et ne maledicentibus quidẽ ma-
ledicta referre | magnę constantię | magnęq̃ tolerationis indicium est. Benedic

ecc. 3. liberis tuis. quia scriptum est | Benedictio patris firmat domos filiorum. Bene
gen. 27 dixit Isaac filio suo Jacob | et domino annuente cuncta que illi in votis fando con
ge. 49. gesserat | feliciter successerunt. Ipse etiam Jacob vita decedens benedixit nepoti
bus suis | Manasse et Ephraim | diuinitusque inspiratus futuras filiorum sortes ce
luc. vl cinit. Benedic seruis tuis. Christus dominus benedixit discipulis suis. Etenim si
timo. cut Lucas ait | ab eis in celum recessurus eleuatis manibus benedixit eis. ostendens |
quod quicunque sua benedictione se dignum exhibuerit | ipsum in celum euntem sit
leui. 9. secuturus. Benedic populo tuo. Moyses et Aaron Sacerdos benedixerunt po
pulo | et apparuit gloria domini omnibus qui aderant | vt ait scriptura. Ut ergo be
nedicentium merita testaretur | miram manifestamque sui splendoris visionem ocu
lis humanis obiecit dominus | et quantum sibi benedicta seruorum suorum place
ant aperte significauit. Atque vt benedicendi magis studiosos redderet | ipse quo
num. 6. modo benedicat docere voluit. Sic inquit benedicetis filijs Israel | et dicetis eis.
Benedicat tibi dominus | et custodiat te. ostendat dominus faciem suam tibi | et
misereatur tui. conuertat dominus vultum suum ad te | et det tibi pacem. Utque sci
amus omnibus benedicendum esse. Idem dominus in euangelio pro maledictis
luc. 6. quoque iubet referri benedicta dicens | Benedicite maledicentibus vos | et orate pro
deu. 33 persequentibus vos. Moyses diem suum obiturus conuocatis Tribubus ne in
testatus decederet | singulis benedixit | et que futura erant simul prophetauit. Quis
igitur dubitet | quin illi spiritu sancto repleantur | quos benedicere | beneque omnibus
salomon optare plurimum delectat. Salomon cui celitus infusa sapientia erat | arca in tem
reg. 3. plo collocata victimisque immolatis benedixisse dicitur ecclesie Israel templumque
.8. dedicasse. Sed quoniam iuxta apostoli sententiam | Templum dei est quod estis vos |
templo dei benedicit | quisquis fideli populo benedicta impendit. Discant nostri temporis episcopi prom
tiores esse ad benedicendum | ne templo dei maledixisse arguantur | et si temere et non merito
aliquem fuerint execrati. Sic tutius est in benedicendo quam in deuouendo errare. Scien
duo bene dum preterea duo esse benedictionum genera | alterum spiritale | alterum terrenum. Spiritalis bene
dictionum dictio de virtutibus est premioque earum. terrena de diuitijs | de frugum vbertate | de
genera. corporis incolumitate | de honoribus | de victoria subiugationeque inimicorum | et
alijs huiusmodi | que in leuitico promittuntur obseruatoribus mandatorum dei.
quaestio. Qua in re quidem queri potest | Cur multi prophete sanctique legis | qui preceptis
diuinis pro sua virili semper obtemperabant | egestates | angustias | persecutiones
passi sint | et post illos Apostoli Christi | martyres aliique fideles? Quia certe illa terre
na bona Ciuitates | prouincie | regna solent appetere | turba videlicet in perferendis
angustijs minus fortis | ne tententur supra id quod possunt. Sanctos vero atque per
fectos | vt appareat quam constantes quam firmi sint in contemnendis omnibus que diu
stare nequeunt | et in illis que eterna sunt diligendis | necesse est aduersitatibus crebris
nisque probari. Neque ideo fit illis iniuria siue dolus | quod terrenis bonis minus abun
dent | quando ea ipsimet quidem pre celestium desyderio contemnunt atque asper
nantur. maluntque in aduersis experiri | quam in prosperis ocio torpescere. Prospera enim
plerumque ad ignauiam compellunt | aduersa magis incitant ad virtutem. Que in
sic patiendo spiritalium benedictionum gratiam acquirunt | bonis vtique non his
modicis et caducis | sed illis ingentibus et eternis fruituri. que pressius euidentiusque
in euangelio quam in lege promissa sunt. Quamquam lex quoque spiritalis est | si tollatur ve
lamen | et

lamen/ et ea que scripta sunt/ non omnia iuxta litteram intelligantur. Spiritalis
benedictionis meminit Apls/ vbi ad Ephesios scribens ait/ Benedictus deus et Ad E-
pater domini nostri Jesu Christi/ qui benedixit nos in omni benedictione spiritali phes. I.
in celestibus in Christo. Profecto qui huius benedictionis particeps est/ eius con
uersatio in celis est/ non in terra. Proinde nec terrena bona ad eum spectant/ qui
his expeditius capere properat celestia. Nos ergo talem ante omnia benedictionē
tā proximis nostris q̃ nobis ipsis impertiri semper optemus et p̄cemur. qua impe
trata/ nec aduersa efficere poterūt/ vt indignemur/ nec prospera vt lasciuiamus.
Bona igitur et. dicamus omnibus et optemus/ ita tamen/ vt semper anime ratio
habeatur magis q̃ corporis. vt quod cuiq; ad beatitudinem adipiscendam accō-
modatius futurum sit/ hoc est in presenti tempore contingat/ siue id triste putatur:
siue letum. cum nihil tam graue sit/ vt id non eleuet spes bonorum que promissa
nobis expectamus. Sic igitur benedicatur omnis homo qui timet dominum/ vt
exuberet frugibus virtutum/ vt bonorum operum foecundus sit/ vt anime sanita
te perfruatur/ vt hostes inuisibiles vincat/ et omnes carnis molestias superet/ fide
firmus/ spei plenus/ charitate feruidus/ et ad bona tandem perueniat sempiterna:
benedicatq; ei dominus ex syon/ qui fecit celum et terram. Hic quippe benedicen
di mos Apostolorum proprius fuit/ vt eorum scripta testantur. Omnes fere Pau Apli.
li epistole sic finiuntur/ vt eis ad quos directe sunt/ gratiam precentur et pacem/ nō
huius mundi pacem vel gratiam/ sed dei patris et domini nostri Jesu christi et spi
ritus sancti. Nihil ei deesse poterit/ quem vbiq; dei gratia comitabitur. Qui autem
linguam suam ad benedicendum assuefecerit/ hic vere Christi seruus habebitur:
illorum in celo copulandus consortio/ quorum morē in terra fuerit emulatus.

De maledicendi nequitia. Cap. xxix.

Ut autem benedicendi studio diligentius incumbamus/ opportunum vi-
detur nunc scrutari/ quantum mali maledicis et impure lingue hominibus Reg.
propositum sit. Semeim cuius maledicta patienter pertulerat rex Dauid/ vltus est .3. .2.
postea rex Salomon, et ille qui regem incessere ausus fuerat/ capite mulctatus poe
nas dedit. non ab eo hoc passus cui iniuriam intulerat/ sed ab eo qui punire debu
it alijs illatam. domino iubente/ Principi populi tui non maledices. Magis ta- exo. 22.
men poena illa verenda est/ de qua Apostolus ait/ maledicos a regno dei excludē ad cor.
dos cum fornicarijs et Idolorum cultoribus. Qui autem inde repulsi sunt eos ad pma. 6.
inferos cruciari certum est. Quoniam impij ac scelesti non solum bono summo pri
uantur/ sed et supplicijs ascribuntur eternis. Ita vt lingua nequā nulli perniciosi-
or sit/ q̃ ipsi cuius est. Mordet alios maledicus/ et semet maledictionis sue telo cō
ficit/ similis vipere illi/ que cum manum Pauli apostoli mordicus apprehendis- act. 18.
set/ nihil illum lesit/ sed ipsa in ignem excussa et exusta perijt. Perire non debuit
dicet aliquis/ que non lesit. sed ideo non lesit/ quia deo prohibente ledere non po
tuit. perijt autem quia ledere voluit/ et mortem quam alteri inferre tentauit/ iuste
ipsa pertulit. Sic maledicus/ dum oris sui procacitate alios offendere concupiscit:
licet non offendat/ tamq̃ si offenderit/ poenas dabit. Unde in lege scriptum est:
non solum qui percusserit/ sed etiam qui maledixerit patri suo vel matri/ morte exo. xxi.

levi.19 moriatur. ꝛ in alio loco | Non maledices inquit surdo | nec coram ceco pones offen
diculum. Maledicit surdo q de absente obloquitur. Cecum offendit | qui oppri
mit incautum. Hinc etiam ait | Nō eris criminator ꝛ susurro in populis. Denicꝫ
adeo magnum vitium est maledictia | vt probis honestisqꝫ viris interdicta sit cū
pu.4. maledico cōsuetudo. dicēte in puerbijs Salomone | Remoue a te os prauū | ꝛ de
hier.ix. trahentiū labia sint procul a te. de quibus Hieremias ait | Sagitta vulnerans lin
gua eoꝝ. Uulnerāt enim ꝛ illos qui libenter in alios dicta auscultant | ꝛ illos de q
bus dicta sunt | si impatienter tulerint. Ipsi tñ q detrahūt | multo magis sibi qꝫ ali
osee.7. is nocēt. dño p Osee pham succlamāte ac dicēte | Cadēt in gladio principes eoruꝫ
a furore lingue sue. idest q alios lingue sue petulātia peruertūt | ipsi cadēt gladio
diuini iudicij | ꝺ quo surgere vltra nō poterūt | cū corruerint in interitū sempiternū.
qō. Queris quare in pphetis ꝛ in psalmis legūtur maledictiones. ille qdē nō ex odio
execrātis | sed ex vaticinio futurū pdicētis ꝺicte sunt. ꝛ cū Sctōꝝ in scripturis ma
ledicta Judicis dei sniē sint | nobis q futuroꝝ ignari sumus maledicere minime li
cet. nisi forte cū hereticos impijs assertionibus ecclesiā pturbātes apostolica auto
ad gal. ritate deuouemus. Hoc egit Paulus | cū Galatis | quos docuerat | a pseudo aplis
.5. timeret. Utinā ingt abscindant q vos cōturbāt. Maledixit ꝛ Petrus Simoni ma
act.8. go | q spūs sancti donū venale putauit | pecuniā offerēdo | vt miracula faciēdi pote
statē acciperet. Oēs itaqꝫ q puersi aliqua doctrina recte religioni aduersant: qꝛ deo
iniuriā faciūt | sub anathemate censent. vt pote diuersi ab ecclesia | ꝛ nō Christi sed
sathane mēbra facti. p qbus tñ oramus | vt dño miserāte errorē suū agnoscāt | ꝛ cō
uertant ꝛ salui fiant. Atqꝫ ita eis ēt quoꝝ impietatē maledicimus | benedicere sole
mus | dū illos ab ignorātie tenebris ad lucē veritatis reuocari cupimus ꝛ pcamur.
Maledictio vero que illis infertur | q maledicēdi nō sunt | plerūqꝫ diaboli sugge
balaā. stione fit. ꝛ tūc qdē inuisā dns nobis erit Balaā ariolus | q (vt in numeris legimus)
nū.22 a Balach Moabitarū rege conductus | vt malediceret Israhelitis | ꝛ e contrario a
dño iussus vt benediceret | maluit deo qꝫ regi optēperare | atqꝫ pro maledictione in
tulit benedictionē. Amalech deuorās interptat | eūqꝫ designat | q deuorare animas
hominū cōcupiscit. Sed q Balaā est | de phēsis inimici dolis | magis querat bñdi
cēdo obsequi deo | qꝫ maledicendo diabolo. Qui enim obsequetur deo | merebitur
premium | qui diabolo | supplicium.

De calumnia ꝛ detractione. Cap. xxx.

Ad hec qñ omnis offensa | quā p lingue intēperantiā alicui irrogamus | ma
ledictum dici potest | etiam ille q cōuitiat | quiqꝫ famā carpit aliorum nō mi
nus maledicus est | qꝫ q deuotatione aliquē dānat. Cōuitijs autē cōtendere atqꝫ ri
pue.xx xari | insanire est. dicente Salomone | Omnes stulti miscentur contumelijs. Et ite
rum | Labia stulti miscent se rixis | ꝛ os eius iurgia prouocat. Tales quippe clemen
tissimum dominum ad iracundiam puocant | vt qꝫ per Sophoniā pphetā minat
soph.2. dicens | Audiui opprobrium Moab ꝛ blasphemias filiorū Ammon | que expro
brauerunt populo meo | ꝛ magnificati sunt super terminos eoꝝ. ppea viuo ego di
cit dominus exercituū deus Israel | qꝛ Moab vt Sodoma erit | ꝛ filij Ammon q
si gomorra. Ad inferos ergo precipites delabentur Sodome ꝛ Gomorre vrbium

instar| q linguā a cōtumelijs ꝓteruoqȝ nō coerceāt. Nā hoc quoqȝ illorū vitiū est| q
tā impatiētes ad ferendā cōtumeliā sint| q̄ȝ auidi ad inferēdā. Gaudēt insilire do-
mos aliorum| suo autē velut in domū equi neminē admittūt. atqȝ hec ferme natura
cōtumeliosorum est. Eadē ratio detractorum habet. nisi q minus ei credit| q irat⁹
opprobrat| q̄ȝ qui odiū celās de moribus ꝓnūciat alienis. vt quē ipse insectat| alijs
quoqȝ dissimulata inimicicia facilius odibilem reddat. Sed videamus qualiter ⁊
hi a domino plectantur. Maria qm̄ Moysen ꝓbro taxauerat| lepra perfunditur| ⁊ nū.12.
extra castra ꝓpellitur. Illis ēt q de ꝓplo ipsum cōtumaciter offenderāt| denegatū nū.14
fuit terrā ingredi promissionis. Ex quo apparet detractores ab ecclesie cōmunio-
ne alienādos| ⁊ promissam fidelibus paradisi regionē nō ingressuros: nisi ad pe-
nitentiam conuersi sese correxerint. De isto hominum genere psalmista ait| Exa- ps.lxiij.
cuerūt vt gladiū linguas suas| intenderūt arcū| rem amarā| vt sagittēt in occultis
immaculatum. qbus ⁊ imprecatur dicens| Muta fiāt labia dolosa| que loquūtur
aduersus iustū in sup̄bia ⁊ abusiōe. Quin ēt ipse dn̄s minacibus admodū verbis
aggredit detractorē dicens| Os tuum abūdauit malicia| ⁊ lingua tua cōcinabat ps.57.
dolos| sedēs aduersus fratrem tuū loq̄baris| ⁊ aduersus filiū mrīs tue ponebas
scandalum. hec fecisti ⁊ tacui| existimasti inique q ero tui similis: arguā te| ⁊ statu-
am illa cōtra faciē tuā. Et qm̄ nihil terribilius est| q̄ȝ incidere in manus furētis dn̄i:
subdit ꝓpheta ⁊ ait| Intelligite nūc hec qui obliuiscimini deū| neqn̄ rapiat ⁊ nō sit
q eripiat. ⁊ paulo post| Deus cōteret ingt dētes eorum in ore eorū| molas leonum
confringet dn̄s. Quorum dētes? quorum leonum molas? Illorum vtiqȝ de qui- ps.lvj.
bus alibi ait| Filij hominum dentes eorum arma ⁊ sagitte| ⁊ lingua eorum gladi-
us acutus. ⁊ alibi| Acuerūt ingt linguas suas sicut serpētes| venenū aspidū sub ps.13
labijs eorum. Quos ēt dānādos declarat dicēs| Caput circuitus eorū| labor labio-
rum ipsorum operiet eos| cadēt sup eos carbones| in ignem deijcies eos| in mise-
rijs nō subsistent. p carbones ⁊ ignē ⁊ miserias poene designantur inferni| ceteris
atrociores. quales reor ⁊ ille diues patiebatur| totius qdē ardēs| lingue tn̄ magis luc.xvi
sentiens ardorē. quā solā refrigerari frustra petijt. Ex quo apparet q̄ȝ graue pecca-
tum sit detractio| que talē meret animaduersionē. Quod si melius est (vt Salomon eccl.7.
ait) bonū nomen q̄ȝ diuitie multe| nō ne magis peccat qui famā aliorum praua su-
gillatione denigrare conatur| q̄ȝ qui bona diripit| ⁊ innoxios exuit opibus? Unde
idē dicit. Cogitatio stulti peccatū est| ⁊ abominatio hominum detractor. Et hunc puer.
qdē veluti pestē quandā nos fugere suadet dicēs| Cū detractoribus non cōmiscea- .24.
ris. qm̄ ingt repēte cōsurget perditio eorū| ⁊ ruinā vtriusqȝ quis nouit? Periculosa pu.24.
est enim cum peruersis conuersatio| ne ipse quoqȝ peruertaris| ⁊ vna cū illis pe-
reas. Nō solū ergo cauēdos esse| sed ēt detestādos docet Dauid cū ait| Detrahētē ps.c.
secreto ꝓximo suo hunc persequebar. Siqn̄ in eiusmodi hominē incidere cōtige-
rit| nō prebeamus aures| ora auertamus| nō delectari nos sed offēdi suis sycophā-
tijs malignus nugator cognoscat| ⁊ pudore confusus obmutescet. Id quoqȝ Sa-
lomon testatur dicens| Uentus aquilo dissipat pluuias| ⁊ facies tristis lin- pue.25
guam detrahentem.

De delatorum malignitate. Cap. xxxi.

xxviij. Delator est q suis criminationib⁹ discordias conserit | maledicit in ecclesiastico: vbi scriptū est | Susurro & bilinguis maledict⁹: multos enim turbauit pacē habētes. & flagelli inget plaga liuorem facit | plaga autē linguę cōmmuet ossa. Cui
pue.25 simile est illud Salomonis | Jaculum & gladius & sagitta acuta hō q loquit cōtra primū suū falsum testimonium. Delatorum enim ea quoq; malignitas est | vt vbi vera crimina quę deferant desunt | falsa cōfingāt | & mentes nimis credulas mendacio puertāt | & vbi quietis ac pacis triticū satum est | supseminēt Zizania tumul
ps.11. tus & dissensionis. & hi qdē prophetico ore cōdēnant | cū dr | Labia dolosa in corde & corde locuti sunt | disp̄dat dn̄s vniuersa labia dolosa. In corde & corde loqtur delator | quia duplex est. simulat se amicum illius | ad quē crimen defert | cui tn̄ auferre nititur qđ amabat | eū cui ipse amic⁹ erat accusando. disp̄det aūt huiusmodi accusatorē dn̄s | qr siue falsum | siue verū dixerit nō voto corrigendi p̄ximū suū | sed
ps.51. in inuidiam mittēdi verba profert Cui iterum pphēta poenā denūciat increpando ac dicēdo | Dilexisti oīa verba p̄cipitationis lingua dolosa | ppea deus destruet te in finē | euellet te | & emigrabit te de tabernaculo tuo | & radicē tuā de terra viuentium. Sunt preterea q assidue cōtentionibus seruiūt | litigāt | iurgantur. de quibus
pue.17 Salomon ait | Qui meditat discordias | diligit rixas | & q exaltat os suū | quęrit ruinā. Interdū de re leuissima inter se dissidētes ad⁹ maximos furibūdi prūpūt clamores. inde ne manibus qdē tēperāt. De verbis enim ad verbera facile peruenire propriū cōtētiosorū est atq; cōtumaciū. Cūq; diu obstinatis animis fuerit altercatum | sanguine & cędibus ptinax finitur contentio | vsq; adeo noxiū esse solet | nolle linguę moderari | & supbię vitio ab altercationibus non recedere. Recte ita q; Ja
.3. cobus apostolus | Vbi Zelus in quit & contentio | ibi incōstantia & omne opus pra
eccl.28 uū. Scriptum est autem | Abstine a lite | & minues peccata. Multiplicātur qppe nequitię | iracūdia exardescit | concipitur odiū | ex quo mala ingētia oriri solēt | si lingua a velitatione non cohibeat. Reliquū est | vt qui ita obduratus fuerit | diabolo
pue.17 flagellandus tradatur. & hoc iuxta Salomonis sentētiā dicētis | Semp iurgia quęrit malus | angelus autē crudelis mittetur cōtra eū. Neq; enim potest particeps esse ęterni boni qđ mitibus datur | neq; expers esse malorum | quę pessimum quęq; manēt | quia malis mentem animūq; non auerterit | & odij sermonibus non absti
pue.17 nuerit. Unde rursum Salomō ait | Qui puersi cordis est non inueniet bonum | & qui vertit linguam | incidet in malum.

De maledicentię vitande cura. Cap. xxxij.

Ut autem cuncta maledicentię vitia deuitemus | imponēdū est ori frenū taciturnitatis. Quemadmodū loquacitas prona est ad lites & cōtentiones | ita
ps.139. silentium quietis & placabilitatis est custos. Uir linguosus (vt in psalmo dicitur)
pue.29 non dirigetur in terra. & in puerbijs | Uidisti hominem velocē ad loquendū | stulti
pue.25. tia magis sperāda est | q̄ illius correctio. & iterum | Sicut vrbs patēs | & absq; murorū ambitu | ita vir q nō pōt in loquēdo cohibere spiritū suū. Sicut ergo vrbs illa quā moenia nulla ptegūt | facile aditū p̄stat inimicis | ita incōsulta garrulitas peccatis blande subeuntibus aperit ianuas cordis. Cor autem quo repletum fuerit | hoc per oris claustra effundet | cum in verba proruperit. Ex abundantia enim

cordis os loquitur. ꝛ que procedūt de ore / de corde exeunt / hominēq; coinquināt.
E diuerso autem scriptum est. Qui odit loquacitatē / extinguit maliciā. Tacit⁹ ꝛ sen eccl. 19
satus honorabitur. Recordatus est Job / duo quędā se fando emisisse / quę emissa
nollet / ꝛ ait / Manum meā ponā sup os meū. vnuz locutus sum / qd̄ vtinā nō dixis lob. 39.
sem / ꝛ alterum / quibus vltra nō addā. Hūc igit imitemur / ꝛ poeniteat nos verbo-
sitatis / qua certe nō bis / sed milies lapsi sumus. qd̄q; multiloqo nos deliqsse memi
nimus / silentio emendemus. Bonos viros taciti audiamus / vt discamus. Cauea-
mus autē cuz malis multuz loqui / ne subuertamur. Rapsaci assyrioꝝ duci / cuz hie- esa. 36.
rosolymā obsedisset / ꝛ plebē verbis ad dedirionē solicitaret / nihil respōdere pmisit
Ezechias rex ꝛ suos tacere iussit. Corrūpunt enī; bonos mores colloq̄a praua. Se- seuer⁹.
uerū Sulpiciuz / qui diui Martini thuronēsis epi vitā scripsit / cuz se iā in senectu sulpici-
te sua deceptū a Pelagianis agnouisset / silentiuz vsq; ad mortē tenuisse / Hierony- us.
mus tradit. vt qd̄ p dicacitatē deliquerat / tacēdo dilueret. Et tu ne lingua labaris:
obserua qn̄ loqui / qn̄ tacere debeas. a Salomone diuinę sapientię viro est dictū:
Tēpus tacēdi / tpˢ loquēdi. Os tuū aperi discere volentibus / Cōtendere autē rixa- ecclesia
riq; parantibus claude. neq; nisi necessitate cogēte respōdeas / nisi vtilitate suadē- stes. 3.
te loquaris. Quicqd̄ pręterea dicitur / supuacaneuz est. De omni autē verbo ocioso
reddituri sumus rationē in die iudicij. Qd̄ si de ocioso / qd̄ de turpi? qd̄ de morda-
ci? qd̄ de rixoso irā inimiciciasq; prouocante? Audi Apli pceptuz / Stultas ꝛ sine di- ad tim.
sciplina quęstiones deuita / sciens q: generāt lites. seruū autē dn̄i nō oportet litiga scd̄a. 2.
rē / sed māsuetuz esse ad omnes / docibilē / patientē / cum modestia corripientē eos q
resistunt veritati. ꝛ itez / Omnis sermo malus inqt / ex ore vr̄o nō procedat / sed si- Ad E-
quis bonus / ad ędificationē fidei / vt det gratiam audientibus. Audi ꝛ prophetaz phe. 4.
dicentē / Quis est hō q vult vitā / ꝛ diligit dies videre bonos? phibe linguā a malo: ps. 33.
ꝛ labia tua ne loquantur dolū. diuerte a malo ꝛ fac bonū / inquire pacē ꝛ psequere-
re eā. Audi ēt Aploꝝ principē Petruz / Nolite reddere malū p malo / nec maledi- epla. 3.
ctum p maledicto / sed e cōtrario benedicite. q: in hoc vocati estis / vt benedictio-
nē hereditate possideatis. Memēto quoq; q indignus habetur monachi noie / q
tacere nescit cum oportet. dicēte Jacobo aplo / Siquis putat se religiosum nō refre epla. 1.
nans linguā suā / sed seducēs cor suuz / huius vana est religio. deinde ait / Siqs ver- Idē. 3.
bo nō offēdit / hic perfectus est vir / pt ēt freno circūducere totuz corpus. Potest er-
go omnibus corporis sensibus imperare / qui sic linguę suę fungitur officio / vt nō
delinquat. Recordare etiam ideo duas quidē te habere aures ꝛ os vnum / vt mul
ta audias / ꝛ pauca loquaris. Lingua si bene vteris iuuat / si male / perimit. Salo- pue. 3.
monis hęc sententia est dicentis / Qui custodit os suum / custodit animam suam:
qui autem inconsyderatus est ad loquendum / sentiet mala. ꝛ iterum / lingua placa pue. 15.
bilis signum vitę / quę autem immoderata est / conteret spiritum. ꝛ rursum / Re-
sponsio mollis frangit iram / sermo durus suscitat furorem. lingua sapientum ornat
scientiam / os fatuorum obullit stulticiā. Quę igitur malum dementia est, / cum tui
arbitrij sit linguam facere bonam / committere potius vt facias malam? Beatus Job. 6.
es si cum beato Job dicere poteris / Nō inuenietis in lingua mea iniquitatez / nec
in labijs meis stulticia personabit. Beatus es / si tibi ad dominum conuerso cum
Hieremia gloriari licebit dicente / Quod egressum est de labijs meis / rectum in hie. 17.
conspectu tuo fuit.

In fine operis peroratio. Cap. xxxiiij.

